re terre vigilabunt. Jone. ij. Subleuabit
de corruptiōe vitā. ij. Machab. vij. Rex
mūdi defunctos nos pro ſuis legibus in
eterne vite retributionē ſuſcitabit. Et in
eodē. E celo iſta poſſideo ſed ꝓpter dei
leges hec ipſa deſpicio qm̄ ab ipo me ea
recepturū ſpero. Eiuſdē. vij. Juſte ⁊ reli-
gioſe de reſurrectiōe cogitās. Mat. vlti.
Multa corpora mor. que dor. ſur. Jo. v.
procedēt qui bona fecerūt in reſurrectio-
nem vite. Eiuſdē. xi. Scio q̄ reſurget in
reſurrectione in nouiſſimo die. i. Cor. vi.
Deus ⁊ dñm ſuſcitauit ⁊ nos ſuſcitabit ꝑ
virtutē ſuā. Eiuſdē. xv. Si reſurrectio mor
tuorū non eſt neq; xp̄s reſurrexit. Jbidē
inſipiens tu qui ſeminas non viuificat.
Jdē in eodē. Omnes qdē reſurgemus.
Jtē oportet corruptibile hoc induere in
corruptionē. Et. ij. Cor. iiij. Scientes qm̄
qui ſuſcitauit ieſum ⁊ nos cū illo ſuſcita-
bit. Eph. iiij. Donec occurramus oēs in
virū perfectū in menſurā etatis plenitudi

mõ xp̄i. Phi.iij. qui reformabit corp⁹ hu militatis nr̄e. Preterea theſ.iiij. Nolum⁹ vos ignorare de dormiẽtibus. Jac.v. Aurū ꝫ argētū noſtrū eruginabit: ꝫ erugo eorū in teſtimoniū nobis erit ꝫ mãduca bit carnes veſtras ſicut ignis. Erit ergo caro vr̄a in futuro. Act.xxvi. qd incredi bile iudicat̃ apud nos ſi de⁹ mortuos ſu ſcitat? ¶ Rõibus ſic põt corporū reſurre ctio ſuaderi. Primo ꝫ iuſticiā iudicis iuſti.ſ.i cui⁹ terra multa ſunt digna p̄mio ꝫ ſuppli cio quē nec fallit ignorãtia nec ꝓhibet i potētia neceſſe eſſe q̄nq̄ ↄuerti i iudiciū. Sꝫ talis iudex de⁹ eſt ergo ei⁹ iuſticia q̄n q̄ ↄuertit̃ in iudiciū. Sed hoc nō fit in p̄ñti vniuerſaliter cū mali floreãt ꝫ boni opprimant̃: fiet ergo i futuro ꝫ reddet de us vnicuiq̄ put meruerit. Ergo homini bus q ſibi ſeruierūt mercedē reddet qd̄ fi eri nō põt niſi ipſi reſurgant. Tali argu mēto vſus eſt barnabas ad ꝓbãduꝫ reſur rectionēꝫ p̄his q erãt rome vt legit̃ in li. clemētis. Juſtū eſt inqt quēlibꝫ ſeruiẽteꝫ alicui remunerari. ꝫ inde vt prius. ¶ Si qs tñ dicat homines poſſe remunerari i aĩabus ſine corpoꝝ reſurrectiõe nō valet reſponſio. Cuꝫ eni aĩa ſine corpe hõ non ſit: nec remuneratio aĩe ſine corpe eſt re muneratio hominis. Preterea cū hõ ſer uierit deo ꝫ corporalib⁹ opibus ꝫ ſp̄ualí bus ꝫ nō min⁹ de⁹ ſit liberalis remunerã do q̄ hõ ſeruiẽdo vtroq̄ modo ꝫ in cor pore ꝫ in aĩa debet remunerari. Jtē ſimi liū meritoꝝ apud eūdē iudicē ſimilis de bet eſſe remuneratio. Ergo cū xp̄s ſeruiē do patri in corpe ꝫ in aĩa meruit in cor pore ꝫ aĩa remunerari. alij ſimĩliter do ſeruiẽtes ſimilē remuneratiõnē merebū tur. i.cor.xv. Si reſurrectio mortuorum nō eſt neq̄ xp̄s reſurrexit. Jtē in p̄s. Nun quid eni vane ↄſtituiſti oēs filios homi nū. vane ſiue fruſtra ſunt ↄſtituti ſi ptici pes nō ſunt beatitudinis ſi mortuī nō ſurrecturi. Preterea ſi corp⁹ aĩe ↄpatitur quare nō ↄregnabit. ꝫ glorificabit̃ Jtem cum aĩa naturaliter appetat eſſe in corpe qd̄ oſtẽdit dolor q eſt in ſeparatiõe. ꝫ oĩs appetit⁹ naturalis in pfecta aĩe beatitudi ne debeat ipleri corp⁹ tradet̃ ei ſine quo appetit⁹ eius naturalis nō ipleretur. Pre terea cū ↄſtet aĩe ꝑpetue nō ſufficere or ganuꝫ neceſſario corruptibile ex p̄ria or dinatiõe corp⁹ hũanuꝫ nō fuit tale. ergo cū per xp̄ꝫ reſtauratio pfecta fiat ꝑpetuū corp⁹ aĩe tradet̃ fiet ergo reſurrectio cor porū. Jtē cū alique actiões corpales ſint meritorie vt opa mĩe de qb⁹ legit̃. Mat. xxv. Caro ſic ſocia aĩe ē i merito ſic ſocia debet eſſe ei⁹ in p̄mio ꝫ ex quo partē p̄cij ſoluit partē debet habere lucri q̄ nō erit niſi caro reſurgat ergo ipa reſurget. Jteꝫ corp⁹ humanū finis eſt ceteroꝝ corporūꝫ q̄ cū inter cetera corpa quedaꝫ hēant eſſe ꝑpetuū corp⁹ humanū habituꝝ eſt eſſe ꝑ petuū. Finis eni melior eſt hijs que ſunt ad finē qd̄ aūt eſt diuturni⁹ meli⁹ eſt. Jtē corpa que habēt eſſe ꝑpetuū habēt illud ex dei bonitate ꝫ ad creature vtilitatē nō ad vtilitatē dei cū ipe bonoꝝ noſtroꝝ nō egeat. Nec ad vtilitatē creature pure cor poralis cū illa nulli⁹ boni ſit perceptiua. Jtē nō principaliter ad vtilitatē creature ſp̄ualis cū illa creatura corpali non egeat ergo ad vtilitatē creature parti ſp̄ualis ꝫ ptim corpalis q̄ nō videt̃ eſſe niſi hõ. Si nō aliq̄ creature corpales ꝑp hoĩeꝫ hūt eſ ſe ꝑpetuū multo forti⁹ hõ habitur⁹ eſt eſſe ꝑpetuū. Jtē aut corp⁹ humanū ſe hꝫ ſolū ad aĩam vt organū ad tēpus neceſſariuꝫ aut nō. Si primo mõ que cã eſt q̄ aĩa tm̄ doleat cum illud organū graue: ꝫ onero ſū ſit ſibi ſeperet̃ ab ea q̄ nō eſt ãplius ei neceſſariū quis ſapiens doleat cū a naui exit ad portū ſeccurū. Si vero nō ſe hꝫ vt organū ſolū ſꝫ vt mã cū q̄ aĩa pficit ſpēm vnã reꝝ ꝫ creaturã nobiliſſimã cū creatu re min⁹ nobiles eē ꝑpetuū hēant. Jtē cū aĩa rõnalis habeat aliq̄s vires que ſine corpe nō poſſunt pfici vt prius oſtenſum eſt aut ipa nō pficietur oĩno i futuro aut corpus ei iteruꝫ vniet̃. ¶ Jtem due cauſe vnionis aĩe ad corp⁹ aſſignantur a gre gorio nazanzeno vna vt ꝑ agones certa minū que eſt inſunt aduerſus terrena ce leſtis glorie hereditatē acquirat. Et ſicut aurū igne preſentis vite erūpnatū proba tur examine. Alia cauſa eſt vt hãc deterio rē nãꝫ corpis ſecū trahat ac ſurſuꝫ ſuperi us ſedib⁹ collocet. vnde vna cauſa vnio nis eius eſt bonū aĩe alia bonum corpo ris vtraq̄ aūt cã requirit̃ vt corpus reſur gat. De primo patet iuſtuꝫ eſt enim vt ca ro que fuit ſocia in certamine ſocia etiaꝫ ſit in gloria de ſecunda idē manifeſtū eſt.

¶ De errore illo qui dicit. vnumquemqȝ
poſſe ſaluari in ſua fide vel lege. xxiiij.

Sequitur de errore illo qui ponit
vnumquemqȝ ſaluari in ſua fide
vel lege ex quo credit eaȝ eſſe bo-
nam ꝛ deo placentē. Cui errori occaſio-
nem dedit ꝙ cogitauerit paucitateȝ eſſe
ſaluandorū ſi ſoli xp̄iani boni ſaluarent.
Dixerūt eni. Cum deus nō ſit minus pro
nus ad miſerendū q̄ ad puniendū quo-
modo tā pauci ſaluabūtur. ſ. xp̄iani ꝛ il-
li nō oēs ſed ſolū boni qui pauci ſunt re-
ſpectu malorū. Multitudo etiā iudeorū
ꝛ gentiliū damnabitur. Quare dei mia
tantā multitudinē creauit cū preuideret
eā damnādā. ¶ Et dicendū cōtra hmōi
errorē ꝙ nō eſt mirū ſi pauci ſunt ſaluā-
di. cōparatione eorū qui ſunt damnādi.
viliorū eniȝ ſemper eſt maior multitudo
q̄ precioſorū vt ferri ꝛ plūbi q̄ auri ꝛ ar-
genti. ꝛ lapidū cōmuniū q̄ gēmarū ꝛ q̄r-
cuū q̄ cedrorū vel palmarū. Et maior eſt
aceruus palee q̄ grani ꝛ maior numerus
ſtultorū q̄ ſapiētū. Eccle. i. Stultorū infi-
nit⁹ eſt numerus: ſic ſtulti ſunt vocati pau
ci vero electi. Mat. xx. Preterea cū in tā-
ta multitudine hominū pauci ſint reges
tēporales. qd mirū ſi pauci habituri ſint
regnū celeſte. Itē cū pauci ad regnū celo
rū venire curent. qd mirū ſi pauci p̄ueni
unt. Quomodo eni peruenient ſi perueni-
re nolunt. Itē qd mirū ſi pauciores aſcē
dant in celū q̄ deſcendant in infernū cū
facilius ſit deſcendere: q̄ aſcendere. Et ſi
pauciores intrāt per anguſtā portā para
diſi q̄ per latā portā iferni. Mat. vij. In-
trate per anguſtā portam qa lata porta ꝛ
ſpecioſa via que ducit ad perditioneȝ ꝛ
multi ſunt qui intrāt per eā. Quā angu-
ſta porta ꝛ arecta via que ducit ad vitā ꝛ
pauci ſunt qui inueniūt eā. ¶ Falſitas di
cti erroris ſic pōt manifeſtari. Si aliquis
volēs corporaliter ambulare nollet preui
dere vie p̄icula cū poſſet: Si oculis clau
ſis aut auerſis a via vellet incedere meri
to imputaretur ſibi ſi quid ei mali ex hoc
accideret. Itē ſiquis vellet ire ad aliquē
locū viā ignorās ꝛ peritū habēs qui viaȝ
oſtēderet ꝛ ducatū preberet ꝛ nollet ſibi
viā oſtendi vel ducatum preberi. merito
iputaretur ei ſi qd mali ei ex hoc accide-
ret hec duo cuiuſlibet animus bn̄ diſpo-
ſitus audita approbat. ergo cū p̄icula ſpi-
ritualia magis ſint periculoſa ꝛ lō magis
cauenda. Si qs orta illa negligens fuerit
preuidēda vel precauēda. merito ei im-
putabitur cū in periculū ceciderit. Ergo
negligētia querēdi viā veritatis ꝛ ſalutis
vel ductu p̄prie rōnis vel q̄rēdo ab alio
q̄ circa eaȝ credit eſſe adeo inſtructuȝ vel
implorādo diuinū auxiliū cū aliud auxi-
liū: ei deſit negligētia eſt culpabilis ꝛ dā-
natione digna. Unde de illo q̄ ignorans
eſt ex negligētia hmōi. verū eſt illud Pri
mo. Cor. xiiij. Ignorās ignorabitur. Da-
uid noluit itelligere vt bene ageret. Glo.
potuit intelligere vt bene ageret. ſed no-
luit. Itaqȝ veniā nō habet. Ambro. Qui
poſſent ſcire ſi vellent ſtudium adhibere
nō neſcientes ſed cōtemptores iudicabū
tur. Si vero aliqs ſeductor ſub pretextu
catholici doctoris alicui ſimplici p̄dicet
pie credēdū ꝙ deus cor ſimplicis auer-
tet ne illi errori. Sibi p̄iculoſo credat ni
ſi negligentia eius vel aliqua culpa obſi-
ſtat Cuſtodit deus oēs diligētes ſe vt le-
gitur in Pſal. ij. Prouer. ij. Cuſtodiet re
ctorū ſalutē ꝛ protegit ſimpliciter gradi
entes. Itē intelligendū eſt in illo caſu in
quo aliquis inuenit doctores cōtrarios
vnū fidelē ꝛ aliū infideleȝ nec ſufficit ex
p̄prio ſenſu vel ex dictis eorū vel ex vita
diſcernere. Cui potius credendū ſit. Dei
eni mia ei nō deerit niſi impulſando ad
eā negligēs fuerit. Infideles vero negli-
gentes valde ſunt. Et in inueſtigādo per
ſeipſos ſalubrē veritatē ꝛ inquirendo ab
alijs. Et implorando diuinū auxiliū. ꝛ in
faciēdo veritatē quā iam nouerūt. Qui
vero negligit facere bonū quod nouit fa
ciendū nō meretur accipere noticiā faci
endi id quod nondū nouit. Qui vero in
talento intellectus qd iā accepit fideliter
negociatur dignus eſt vt talēta eius ad-
datur. Mat. xxv. ¶ Si verū eſſet qd po-
nunt q̄ ſunt p̄dicti erroris nihil eſſet vir-
tus vel vitiū ſimpliciter. Credēti eniȝ de
virtute ꝙ eſſet vitiū vitioſum eſſet agere
ſm virtuteȝ. Et credenti de vitio ꝙ eſſet
virtus eſſet vitioſum agere ſecunduȝ vi-
tiū. ¶ Secundū hoc idē valeret error er
ranti ꝙ veritas eā cognoſcenti. ¶ Que-
dam vtilia ad deſtructionē dicti erroris.
Require ſupra in capitulo vbi oſtēſum eſt

ꝙ vnica ſit fides vera. ¶ In hoc vero ꝙ deus creauit tantã multitudinẽ hominũ quã preuidebat eſſe dãnãdam: mirari de bes diuitias bonitatis dei q tante multi tudini tot ⁊ tanta dedit bona cum tamẽ preuideret eos futuros igratos: mireris etiã peruerſitatẽ hominũ q largitorẽ di uini bonorũ donis eius impugnant. Nec ſolũ ad dei miam debes habere oculũ ſꝫ etiã ad dei iuſticiã que non minor eſt q̃ eius mia: que illos quos mia creat paſcit ⁊ regit ⁊ ſeruat: ingratos de acceptis be neficijs merito damnat. Quid mirũ ſi iu ſticia peccatoribus reddit qđ meruerunt. Nemo miratur de hoc ꝙ ignis calefacit vel ſol illuminat vel dei mia bonis bñfi cia tribuit ſic mirari nõ debes ſi iuſticia dei eos q rebelles ſunt deo punit. Nõ mi ratur aliquis. Si qđ ſeminat aliqs hoc metat. Sic mirandũ nõ eſt ſi peccatores mala metent: que ſeminãt. Eccle. vij. No li facere mala ⁊ nõ te apprehendent. Et iterũ nõ ſemines mala in ſulcis iuſticie: ⁊ nõ metes ea in ſeptuplũ. Gal. vi. Que ſeminauerit hõ hoc ⁊ metet. Aug. dicit. Aliqs ſi deus vellet: iſti boni eſſent. Sed melius voluit vt qđ vellent eſſent. ſi bo ni nõ infructuoſe. Si mali non impune. Eccle. ii. Deus ab initio cõſtituit hominẽ ⁊ reliqt eũ in manu conſilij ſui. Et paulo poſt. Appoſuit tibi aquã ⁊ ignẽ ad quod volueris porrige manum tuã ante homi nẽ vita ⁊ mors bonũ ⁊ malũ qđ placue rit ei dabitur illi. ¶ Mirari etiã debes ſa pientiam: ⁊ bonitatẽ dei q penis malorũ vtitur ad bonũ electorum. Inextimabile eni gaudiũ erit electis in futuro cũ pfecte agnoſcent pulchritudinẽ iuſticie diuine quã tanto plus amabũt quãto amplius cognoſcent ⁊ tanto amplius gaudebunt quanto amplius agnoſcent ⁊ amabunt. Pſalmus. Letabitur iuſtus cũ viderit vi dictam. Itẽ miam ⁊ iudiciũ cantabo tibi dñe. duplex erit materia cantus ſaluatis. ſ. mia electorũ ⁊ iudiciũ reproborꝝ. Greg. Oipotens deus qa plus eſt miſerorũ cru ciatu nõ paſcitur: qa aũt iuſtus eſt ab ini quorũ vltiõe in perpetuũ nõ ſedatur. Sꝫ iniq oẽs eterno ſupplicio deputati ſua q dem iniqtate puniũtur ⁊ tñ ad aliqđ ar debunt. ſ. vt iuſti oẽs ⁊ in deo videãt gau dia que pcipiant ⁊ in illis reſpiciãt ſup plicia que euaſerunt q̃re tanto magis in eternũ diuine gratie debitores ſe eſſe co gnoſcent q̃nto in eternũ mala puniri cõ ſpiciunt que eius adiutorio vicerunt.

¶ De errore illorꝝ q dicũt aĩas in morta li pec. decedẽtes nõ puniri eternalr. xxv[illegible]

Egit de errore eorꝝ q dicunt aĩas que in mortali decedũt nõ puniẽ das eternaliter. Qui error valde pículoſus eſt: funditus eni deſtruit ſapiẽ tiam ⁊ bonitatẽ in cordibus hominũ cũ euacuet timorẽ domini. q eſt principiũ ſa pientie. Prouer. i. Et ſine quo nõ eſt iuſti ficatio. Eccle. i. Timor dñi expellit pecca tum nã q ſine timore eſt nõ poterit iuſti ficari. Error iſte dum impunitatẽ homi nibus promittit pronitatẽ ad peccandũ efficit in eis: Impunitas enim eſt nutrix tranſgreſſionũ vt ait. Ber. huic errori oc caſionem dare potuit illud. Mat. vij. In qua menſura menſi fueritis remetiet vo bis. Et illud. Apo. xviij. Quantũ glorifi cauit ſe ⁊ in delicijs fuit tantũ date ei tor mentũ ⁊ luctũ. Nõ eſſet inquiũt mẽſura pene ſecundũ menſurã culpe ſi peccato momẽtaneo pena eterna redderetur. Sꝫ verba predicta ſic intelligẽda ſunt vt fi at cõparatio in genere vt q multũ pecca uit multũ puniatur ⁊ qui minus pecca uit minus. ⁊ q amplius: amplius. Nõ ꝙ ſit neceſſe penã eſſe equalẽ culpe ſcḋm du rationẽ immo q̃ntum ad durationẽ mul to maior põt eſſe q̃ culpa ſicut multipli citer põt oñdi. Et primo p penas ab hũa no iure poſitas q̃ multo amplius durant q̃ peccata pro qbus inflicta ſunt durauer rit. Augu. xxi. libro de ciuitate dei. Octo genera penarũ in legibus eſſe ſcribit Tu lius. Damnũ vincula: verbera: talionẽ: ⁊ ignominiã: exiliũ: mortẽ: ſeruitutẽ. Quid horũ eſt ꝙ in breue tẽpus pro cuiuſlibet peccati celeritate arctetur vt tãta vindi cetur mora q̃nta deprehẽditur ppetra tum vbi forte talio. Diurnũ bellũ acqrit ppetuã ſeruitutẽ. Preterea cũ perpetra tio pcti vulneratio ſpiritualis ſit qđ mi rũ ſi a vulneratiõe breuiſſimi tẽporis re linquatur vulnus multe durationis aut etiã mors a qua nõ eſt regreſſus ad vitã niſi miraculoſe. Itẽ cũ ppetratio peccati caſus ſit in profundũ qđ mirum ſi caſus iſte breuiſſimo tpe fiat ⁊ tñ qui ſic ceci

dit in profundū multo tp̄e maneat. Item
cū perpetratio peccati tranſgreſſio ſit le-
gis nō eſt miruȝ ſi mutilatio que ꝑpetua
eſt naturaliter pro illa infligatur cū etiā ꝑ
petratio peccati ligatio ſit peccātis ſm il
lud. Prouer. v. Funibus peccatorū ſuoꝝ
quiſqȝ ꝯſtringitur. Nō eſt mirū ſi ille q
ligatur in breui tp̄e diu ligatus maneat.
Item cū peccator breui voluptate ſe ven
dat: qd mirū ſi emptori eius acqritur ius
ꝑpetuū? Preterea cū nō ſit minor dei iu-
ſticia q̄ mia nec minus ſit eterna q̄re mi-
ratur qs ꝙ dei iuſticia eternaliter puniat
malos ⁊ nō miratur ꝙ dei mia eternali
ter remuneret bonos cū pariū cauſaruȝ
pares ſoleāt eſſe effectus Preterea per ſe
notū eſt qđ q addit ſuper pctm̄ ſuū cōtu-
maciā ſeu ipenitētiā auget merito ⁊ pe-
nā: ⁊ quātū durat iniuria debet durare ⁊
pena. Quia ḡ exiſtēs in inferno addit ſu
per pctm̄ ſuū cōtumaciā vel impenitētiā
nulla ei⁹ vera penitētia vel emēdatio eſt
apđ inferos: ⁊ tā diu durat dei iiuria q̄-
diu ei nō emēdat: ⁊ merito durabit ſem-
per ipſi⁹ pena. Preterea pctōr peccauit i
ſuo eterno vſqȝ ad morte: in pctō pſeuerā
do iō merito punieť i eterno dei iudicio.
Petrus. iiij. li. Di xl. Scire veli quō iuſtū
ſit vt culpa que cū fine ꝑpetrata eſt: ſine
fine puniať. Gre. Hoc recte diceret ſi di-
ſtrictus iudex nō corda hoium ſed fcā pē
ſaret. Iniq eni iō cum fine deliquerūt: qa
cū fine vixerūt. Nā noluiſſent vtiqȝ ſi po-
tuiſſent ſine fine viuere vt potuiſſent ſi-
ne fine peccare. Oſtēdūt eni qui i pctō ſem-
per viuere cupiūt qui nunq̄ deſinūt pec-
care cū viuūt: ad magnā ḡ iudicantis iu
ſticiā ptinet vt illi nunq̄ careāt ſupplicio
qui in hac vita nūq̄ voluerūt carere pec
cato. Quia eternā voluit hic peccati per
fruitionē eternā inueniet vindicte ſeue-
ritatem. Itē maculatio imaginis diuine
ſemper manebit in aīa dāmnati: vñ cum
peccatū quantū ad maculaȝ ſemper ma-
neat. pena pcti merito ſemper manebit.
Aug. Merito in celeſti ciuitate imaginē
ipſorū ad nihilū rediget deus qui in ſua
terreſtri ciuitate imaginē ipſius ad nihi-
lum redegerūt. Itē quāto minus bonuȝ
eſt deo ꝙ ei preferť tāto maior cōtume
lia ei iſertur. Cū igitur oē qđ eſt vel eſſe
pōt in infinitū minus bonū ſit deo ꝗcqđ

ei preferatur iſinita cōtumelia iſertur ei:
in omni autē mortali pctō aliqd ei pre-
fertur. Peccare eni eſt ſm Aug. ſpreto in
cōmutabili bono hōis ꝯmutabilibus ad
herere. In oī eni mortali pctō infert deo
iſinita cōtumelia. Merito aūt a deo pro
quolibȝ mortali inferť iſinita pena. Itē ſi
qs peccaret in aliquē equalē ſibi: aliquā-
tū peccaret in eū: ⁊ ſi ſimile peccatū ꝯmit
teret in maiorē ſe magis peccaret: vt ſi i
ſacerdotē. Et ſi in maiorē ſacerdotē: vt in
epm̄ tūc magis peccaret. Ergo ſi peccat i
deū q in infinitū maior eſt quolibȝ puro
homie: in infinitū magis peccat. Cū igiť
iſinituȝ ſit peccatū quo qs ꝯtēnit deū me
rito iſinita pēa ei debeť. Itē obligatiōes
⁊ trangreſſiones ꝓportionales ſūt: Qui
eni eq̄liter tenēt ad aliqd faciendū eq̄li-
ter peccāt nō faciēdo illđ: ſȝ obligatio qua
qs teneť deo obedire ⁊ ſuire iſinita eſt: er
go culpa trāgreſſiōis eſt iſinita: Qđ obli
gatio iſinita ſit. ſic ꝓbatur: Nō ē poſſibi-
le ꝙ creatura rōnalis liberet ſe a debito
obediēdi vel ſeruiēdi deo. Ergo cū obli-
gatio illa ſit itranſibilis iſinita eſt. Prete
rea ſi quis dediſſet mille marchas gratis
alicui aliquātuluȝ eſſet obligatus ei: ergo
cū ſolus occulus vel lingua in iſinituȝ ꝓ-
cioſior ſit in illis marchis auri in infinitū
magis obligat⁹ eſt hō deo rōne oculi ſo-
lius vel lingue q̄ eſſet ratione mille mar
charum auri. Quid ergo erit de obliga-
tione: que eſt ratione totius corporis: ⁊
quid de illa que eſt ratione anime: que
in infinituȝ melior eſt corpore. Patet er-
go ꝙ obligatio obediendi vel ſeruiendi
deo infinita eſt. Iteȝ ſi anima rationalis
nō deberet durare niſi per diem vnā ta-
men eſſet obligata deo ratione diurne vi
te aliquāta obligatione ⁊ ſi per duos di-
es ratione vite duoꝝ dierum eſſet obli-
gata deo duplo maiori ⁊ ſic aſcendēdo:
ergo ratiōe infinite vite obligata eſt deo
obligatione in infinitū maiori. Cum er-
go obligatio infinita ſit culpa: tranſgreſ-
ſionis eſt infinita ⁊ ideo merito debetur
ei infinita pena. ¶ Item cū opera dei in
vniuerſo cōpleta ſint opera iuſticie eius
diminutionē nō habebunt. Et ſicut re
tributiones eius ꝑpetue erunt ita ⁊ vin-
dicte ⁊ pene perpetue erūt. Preterea cuȝ
mala merita omnino noſtra ſunt. Bona

vero merita fere oīno ſunt dei magis de bentur nobis de iuſticia pene maloꝝ meritorum q̄ premia bonoꝝ. Ergo magis ſumus puniēdi pro iuſticia de malis meritis q̄ remunerādi pro bonis. Si ḡ eternaliter pro bonis aliqs eſt remunerandus multomagis eternaliter ꝓ malis erit aliqs puniēdus. Itē proportionalia ſunt peccata penis. Si igitur nō eſt ꝯparatio pcti ad peccatum nō erit cōparatio pene ad penā cum igitur nō ſit cōparatio peccati eius qui furatus eſt ouem ⁊ peccati eius qui occidit hominē innocentē. non erit cōparatio pene ad penā. Ergo ſi pena primi peccati eſt temporalis pena ſecundi erit ꝑpetua ergo deus aliquos perpetuo punit. Si forte ad hoc dicatꝰ ꝙ licet poſſibile ſit aliquē mereri penaꝫ eternam tamē clementia dei non ſuſtineret eū puniri tanta pena. Querimus ab eo vtrū ſuſtineret deus eū puniri aliqua pena vel nulla: ſi nulla euacuatur dei iuſticia. Si aliqua ergo vel temporali vel eterna ſi eterna habeo ꝓpoſituꝫ. Si tēporali cuꝫ pena tēporalis cōparatione eterne minꝰ ſit q̄ leuatio vnius feſtuce de terra reſpectu excoriationis vel detrūcationis capitis. Sicut. Iudex deridēdus eſſet ſi eū qui meruiſſet excoriationē vel capitis detruncationē puniret leuatione feſtuce de terra ſic ridiculoſa eſſe videretꝰ dei iuſticia ſi debitorē pene eterne puniret ſola pena tēporali. Naꝫ ex hoc euacuaretur dei iuſticia. Iteꝫ legitur. Iſa. vlti. vermis eorū nō morietur ⁊ ignis eorū nō extinguetur. Iero. Ignis ille tādiu ſuccenditꝰ q̄diu habet materiā qua vorax flāma paſcatur. Materia iſta mala voluntas eſt que ſemper viuet in dānatis. Ideo ignis ille nunq̄ extinguetꝰ. Aug. voluntas punitur ſine ſupplicio nō ſine corpe vt que delectatur in peccatis ipa puniatꝰ in penis. Job. xx. Lucet qui fecit oīa nec tamē cōſumetur. Glo. Cuius vita mortua fuit in culpa eius mors viuet in pena. Item glo. Nō cōſumetꝰ in morte ſꝫ vt ſine fine crutur viuere ſine fine cōpelletꝰ. In pſ. mors depaſcet eos. Glo. ħ. dr̄ a ſimili iumētoꝝ que nō radicitus herbas vellunt ſed ſumitates capiunt. vnde iterū herbe naſcūtur ad paſtū Sic ⁊ illi morte depaſti reuiuiſcunt qa nō deficiunt. Greg. Morte immortali morietur impij. Ber. in epl'a ob hoc inflexibilis ⁊ obſtinate mētis punitur eternaliter malū licet temporaliter perpetratū: qa quod breue fuit tempore vel opere longe eſſe conſtat in pertinaci volūtate. ¶ Auctoritates noui teſtamētī que penarū eternitatē oſtendunt require ſupra in capitulo vbi deſtruitur error eorum qui ponūt animas nō eſſe in corporibus humanis ſed demōes incluſos ibi vt agant penitentiā. ¶ Itē merito penā eterna punietur qui gloria eterna a malo reuocari voluerit. Itē cū bonitas dei ſumme odiat maluꝫ ſicut ſumme diligit bonuꝫ ipa eternaliter puniet maluꝫ ſicut eternaliter remunerabit bonū. Itē in ꝑſenti tēpus eſt operandi. In futuro vero nō erit tēpus operādi ſꝫ pro opere facto hic mercedē recipiendi. Eccle. ix. Quodcūqꝫ poteſt facere manus tua inſtanter opare qꝛ nec opus nec rō nec ſciētia nec ſapientia erūt apud inferos quo tu ꝑperas. Nō metet ibi aliquis quod hic non ſeminauit ergo q̄ male vixit hic ⁊ in malicia vitā finiuit. nō ſaluabitur. Mat. vij. Nunqd colligunt de ſpinis vuas aut de tribulis ficus? Sic ex malicia vite quam hic aliqs habuit non colliget ibi dulcedinē ꝑmij. Merita etiā ibi mutari nō poterunt. Eccle. xi. Si ceciderit lignuꝫ ad auſtrū aut aqlonem in quocūqꝫ loco ceciderit ibi erit. Greg. iiij. li. Dialog. Qualis hinc quiſqꝫ egreditꝰ talis in iudicio pſētatur ⁊ vt breuiter dicamus. vita preſens diſponit de futura: vnde cuꝫ futura vita ſit ſine fine eo ꝙ anime ſunt immortales preſens vita preparat future: vel miſeriaꝫ ſine fine: vel felicitatem ſine fine.

¶ De errore ponentium animas in caritate migrantes ⁊c.

equitꝰ de errore illo q̄ ponit aīas eorū qui in caritate decedūt nulla pena purgatoria in futuro puniendas. ¶ Qui error habet tres errores ſibi annexos. Primus eſt ꝙ nulluꝫ peccatum eſt veniale. Secūdus eſt ꝙ q̄n dimittitur culpa dimittitur pēa illa ꝙ ſi decedat nulla pena purgatoria punietur Tertius ꝙ ſuffragia eccleſie nō proſunt mortuis. ¶ Circa primum errorem notādum eſt ꝙ qui ſunt illius erroris nō ſentiunt de domino in bonitate cum credāt

cuȝ pro quacūq; offenſa ſeruis ſuis iraſci
ad mortē: dicunt eni oē peccatū eſſe mor
tale. Et eſt error iſte inprobabiliſſimus.
Nō enim eſt veriſimile ꝙ pater miarum
pro q̄cunq; offenſa filios ſuos exheredet.
Itē veriſimile eſt ꝙ ſicut habet gladium
mortis eterne quo vtitur in ſeruos mali-
uolos ꝓ magnis offenſis ſic habeat vir-
gam correptionis vel purgatiōis tranſi-
torie: qua pro leuibus offenſis vtatur in
filios ſuos ⁊ ſicuti non oīs infirmitas vel
vulnus corpale ad mortem eſt ſic nec oīs
infirmitas ſpiritualis mortalis eſt. Itē ſi
cut nō omnis caſus corpalis eſt ad con-
fractionē colli. ita nec oīs caſus ſpiritua-
lis ad mortez eſt. Prouer. xxiiij. Septies
in die cadit iuſtus ⁊ reſurget. poeta. Qui
cadit in plano vix tū hoc euenit vnq̄.
Sic cadit vt tacta ſurgere poſſit humo.
nō ꝓiciuntur vaſa precioſa oino proq̄-
cunq; inquinatione ſed purgātur. Sic nec
nīe. Et ſi in morte in aliq̄ imūditia inue-
niuntur nō tū pro q̄cunq; dānantur. Itē
ſi oē peccatū mortale eſt cū omne dictuȝ
vel factuȝ vel cōcupituȝ cōtra legē dei ſit
peccatū. Omne factū dictū vel cōcupituȝ
cōtra legē dei erit peccatū mortale: ergo
ieiunare vel helemoſinā dare ꝓpter ina-
nē gloriā erit mortale peccatū. Et breui-
ter. Cuȝ aliqd fiet de quo lex dei dicit: ne
fiat: erit mortale peccatū. qđ ſi verum eſt
nullus erit ſine mortali peccato. Itez cū
opus virtutis ſit imediate opus vicij ſeu
pctī erit ꝙ erit in ſupfluitate vel diminu
tione. Si vero omne tale opus eſt morta
le peccatuȝ ergo qcūq; in cibo excedet ⁊
potu mortaliter peccabit. Itē cum malū
ſit priuatio modi vel ſpei vel ordinis oē
opus qđ erit priuatū modo ſeu menſura
debita erit mortale peccatū: peccatū eniȝ
⁊ mortale peccatuȝ cōuertibilia ſunt ſm
hunc errorē. Ergo qcūq; nimis amat fi-
lios ſuos mortaliter peccat. Itē cū dicere
alicui cōuitiū ſubito ante perfectā delibe
rationem rōnis malū ſit ſic erit ſimiliter
mortale peccatū. Et ideȝ erit in alijs ope
ribus ꝓhibitis ꝙ ante pfectā rōnis deli-
berationē mortalia peccata erūt. Et ſecū-
dum hoc nullus eſt in pſnti vita qui vni-
uerſaliter caueat a mortali peccato. Pre
terea in multis locis loquitur. ſacra ſcri-
ptura de peccato q non poſſunt intelligi
de ſolo mortali. Et exempli cā de paucis
tangemus legitur. Prouer. x. In multilo
quio nō deerit peccatū. Nō pōt hoc intel
ligi de mortali peccato qa multotiens eſt
multiloquiū ſine mortali. Itez Ec. ij. Si
diues fueris nō eris immunis a delicto.
Et Mat. xij. De oī verbo ocioſo qđ lo-
cuti fuerint homines reddēt rationez de
eo in die iudicij ergo oē verbuȝ ocioſum
peccatū mortale eſt ergo aliqđ peccatum
eſt veniale. Itē i. Cor. iij. Fundamētum
aliud nemo pōt ponere preter id qđ po-
ſitū eſt: qđ eſt xp̄s ieſus. Siqs aūt ſuphe-
dificat ſuper hoc fundamentū auruȝ ar-
gentū lapides precioſos ligna. fenū ſtipu
lam vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit.
Dies dn̄i declarabit qa in igne reuelabi-
tur. ligna fenū ſtipulan e venialia vł groſ
ſiora vel leuiora intelligūtur. ſicut patet
ex hijs que ſequūtur vniuſcuiuſq; opus
q̄le ſit ignis ꝓbabit. Si cuius opus mā-
ſerit qđ ſuphedificauit mercedē accipiet.
Si cuius opus arſerit hoc detrimentum
patietur ipſe aūt ſaluus erit ſic tū q̄ſi per
ignē. Itez legitur. i. Jo. i. Si dixerimus
qa peccatū nō habemus ipſi nos ſeduci-
mus ⁊ veritas in nobis nō eſt. De morta
li peccato nō videtur hoc poſſe intelligi
cū illud nō ſit in amicis dei. Itē eiuſdez.
v. Diſtinguit ioānes peccatū ad mortē ⁊
peccatuȝ nō ad mortē. Eſt ergo aliquod
peccatū mortale ⁊ aliquod quod non eſt
mortale. Itē in pſalmis. oīs homo men-
dax. Quod mendatiū mortale itelligi nō
poteſt. ⁊ Eccle. vij. De negligentia tua
purga tecum paucis.

¶ De errore ponentium ꝙ quando di-
mittitur culpa: dimittitur pena propter
quod non oportet purgari. 26.

Circa ſecundū errorē eſt notāduȝ
ꝙ error iſte valde ꝑiculoſus eſt.
Cuȝ occaſionez dat peccatoribus
ad deū tardius cōuertendi. facit eniȝ pa-
ris cōditionis quātuȝ ad impunitatē eos
q cōuertuntur in fine vite ſue ⁊ eos q cō-
uertuntur in iuuētute. Nulla eni pena ſe-
cunduȝ eos vtriq; poſt mortē punientur.
Error iſte valde eſt improbabilis: ſi eniȝ
ſacramentū penitētie debet vniuerſaliter
culpā ⁊ penā ſicut ſacramentuȝ baptizati
non iteratur: ne facilitas venie homines
faciliores faciat ad peccādū ſic ſacramen

ſum penitentie nõ debet iterari. Jtez ad
qd monet euangeliũ ad faciendũ dignũ
fructũ penitẽtie. Math. iij. Si cum aliqs
peniteret vniuerſaliter dimittitur ei pena
ſicut ⁊ culpa. Penitentia dũ eſt aliqs in
mortali non eſt meritoria poſtq̃ mortale
dimiſſum eſt non videtur eſſe neceſſaria
ſaltem ad ſolutionẽ a pena: cũ iã ille qui
peccauerit ſecundũ eos nullius ſit pene
debitor. Quare ergo tantũ ſacra ſcriptu-
ra monet ad penitẽtiã. Jtẽ que cauſa eſt
ꝙ hijs q magis peccauerũt maior peni-
tentia iniũgatur ſi tota culpa cũ tota pe
na dimiſſa eſt. Jtẽ cõſtat ꝙ antiq patres
multa pena puniti ſunt ⁊ in exilio huius
mũdi ⁊ etiã poſt mortẽ licet culpa morta
lis eſſet eis dimiſſa fuerũt eni in inferno
donec xp̃us eduxit eos. ſecundum illud.
Oſee. xiij. Morſus tuus ero inferne. Act.
ij. Quẽ dñs ſuſcitauit doloribus ſolutis
inferni iuxta quod impoſſibile erat illũ
teneri ab eo. Et Apo. i. Fui mortuus ⁊ ec
ce. ſum viuẽs in ſecula ſeculorũ ⁊ habeo
claues mortis ⁊ inferni. Et ad. Colo. ij.
Delens quod aduerſus nos erat cyro-
graphũ decreti qđ erat cõtrariũ nobis ⁊
ipſum tulit de medio: affigens illud cru-
ci expoliãs principatus ⁊ poteſtas trãſdu
xit cõfidẽter. Et i pſalmis. Aſcendit mal.
cap. d. ca. Si illi debitores fuerunt pene
poſt dimiſſionẽ culpe videtur ꝙ nõ ſemꝑ
dimittatur tota culpa cũ pena. Preterea
ſi hoc eſſet videret euacuari iuſticia dei
⁊ eſſet dedecus culpe ſine decore debite vi-
dicte. Jtem pena ꝓportionalis eſt culpe.
Sed cũ peccator nõ imponit finẽ culpe
ſue debetur ei pena infinita: ⁊ acerbior:
ſecundũ quod culpa maior fuerit. Ergo
cũ peccator penitẽdo iponit finẽ ſue cul-
pe debetur ei pena finita ⁊ tranſitoria ⁊
maior vel minor ſecundũ qđ culpa ma-
ior vel minor fuerit. Preterea cũ deus pa
ter potius voluerit ꝙ ꝓprius filius penã
tranſitoriã ꝓ genere humano ſolueret q̃z
ꝙ ipſe eã remitteret. nõ eſt veriſimile ꝙ
ita de facili penã peccatoribus remittat
qn ſaltẽ pena trãſitoria eos puniat. Ber.
Qui nõ parcit filio nunqd parcet figmẽ
to nunqd parcet ſeruo neq̃: Si forte dica
tur ꝙ penitẽtes de peccatis in pñ̃ti pu
niendi ſunt in futuro non: ergo dei miã
magis ꝓpitia erit hijs q differunt cõuer

ſionem ſuã vſq; in finẽ vite q̃z hijs q in
iuuentute cõuertuntur: cũ a primis penã
nõ exigat ⁊ ab alijs exigat: ⁊ ſic benigni
or erit deus in cõtemptores benignitatis
ſue q̃z in alios. Roma. ij. An diuitias bo-
nitatis eius ⁊ longanimitatis cõtemnis.
¶ Falſitas huius erroris apparet aperte
ex illo verbo. i. Corin. iij. Si cuius opus
arſerit detrimentũ patietur ipſe cũ ſaluus
erit ſic autẽ q̃ſi per ignẽ. Ergo aliq ſaluan-
di in futuro punietur. Preterea nõne ali
qs decedere poteſt cũ nimio amore filio-
rum vel preſentis vite inuitus moriens:
quẽ mors nõ videtur purgare. Cũ eã no-
lens nõ recipiat q neceſſario poſt mortẽ
purgabitur. ⁊ ſic purgatus ſaluabitur.
Jn pſalmis trãſiuimus per ignẽ ⁊ aquã.
⁊ eduxit nos in refrigerium.

¶ De errore ponentiũ ꝙ ſuffragia eccle
ſie nõ poſſunt defũctis: ⁊ ẽ tertius. xxvij. 27

Circa tertium errorẽ q ponit ſuf-
fragia eccleſie nõ ꝓdeſſe mortu-
is. Notandũ ꝙ valde deteſtabi-
lis eſt cũ in mortuos ſeuiat. ¶ Quantũ
eni in ſe eſt ſuccurſũ eccleſie aufert mor-
tuis q igne purgatorio cruciãtur: ipſa fa-
cit cõtra illud. Eccle. vij. Mortuo ne pro
hibeas gratiã. Si peccaret q prohiberet
elemoſynã dari ei quẽ crederet eſſe indi
gentẽ: vel etiã de quo dubitaret vtrũ eſ-
ſet indigens multo fortius peccãt iſti: q
impediunt ne ſubueniatur eis q igne cru
ciãtur. Prouer. iij. Noli ꝓhibere benefa-
cere eum q poteſt ſi vales ⁊ ipſe benefac.
Falſitas huius erroris in parte apparere
poteſt ex predictis cũ prius oſtenſum ſit
aliquẽ poſſe decedere cum venialibus: ⁊
cũ debito pene tranſitorie pro mortali: qꝛ
veriſimile eſt: ꝙ eccleſia penã illã poſſit
ſoluere pro illis qui deceſſerunt exemplo
capitis ſui. ſ. xp̃i q peccata noſtra tulit ſu-
per lignũ. i. Pe. ij. Gal. vi. Alter alterius
onera portate ⁊ ſic adimplebitis legẽ xp̃i.
Jtem cũ ad preces ſanctorũ aliqbus det
deus gratiã: ⁊ remittat penã eternã veri
ſimile eſt: ꝙ ad preces eorũ remittat penã
purgatoriã. Jtem ad lacrimas marie ⁊
marthe ſuſcitauit ieſus lazarũ. Jo. xj. Et
ad preces petri tabita ſuſcitatur a mor-
te. Act. ix. Ergo ad orationes ſanctorũ re
mittitur pena purgatoria mortuis. Ad
idem facit: quod legitur. ij. Mach. xij.

Mat.xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt: cogitatio ꝓ defunctis exo. vt a pec. ſol. Et .i. Cor.v. Si mortui non reſurgunt quid facient q baptizantur pro mortuis. Ro.2. Baptizari pro mortuis eſt facere pro illis opa que habēt purgare. ⁊ .i. Joā.v. Qui ſcit frem ſuū peccare peccatū nō ad mortem petat ⁊ dabitur ei vita peccanti nō ad mortez. Eſt peccatū ad mortez non pro illo dico: vt roget quis cū pro peccatis maximis viuentium rogandū ſit vt Stephanus rogauit pro lapidatoribus ſuis ⁊ chriſtus ꝓ crucifixoribus ſuis nō videtur intelligendū eſſe de oratione pro viuis ꝙ dicit Jo. nō pro illo dico vt roget qs ſed pro mortuis: pro defunctis eniz in mortali nō eſt orandū vt ſaluentur: ſed pro defunctis in veniali. Unde ſuꝑ illud eſt peccatum ad mortē non pro illo ⁊c. dicit Interlinearis Qz qui in hac vita nō corrigitꝰ poſt mortem eius fruſtra venia poſtulatur. Item Jaco. vlt. Orate ꝓ inuicem vt ſaluemini Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Cū oratio effuſa ī terra in celo opetur iuxta verbuz. Greg. eodem modo in purgatorio operabitꝰ ibidē valet quod legitur beatum andream dixiſſe dño cum dominus differret exaudire eū orantem pro quodam ſene qui in peccato carnis vſqz ad ſeptuageſimū annuz fuerat. Dñe deus pro mortuis obtinemus pietatē tuam ⁊ nunc iſte qui te noſſe deſiderat cur non ſaluabitur? Tunc venit vox de celo ad eum dicens obtines andrea pro ſene. Si ad preces beati andree deus homini inueterato in peccato dedit gratiam veriſimile eſt ꝙ ad preces eccleſie remittat penam purgatorij. Preterea quid obſtat ꝙ ad preces eccleſie hijs qui deceſſerunt in caritate nō poſſunt valere. cum eccleſia ſit in ſtatu in quo pōt mereri? Illi autē qui in caritate deceſſerunt cū amici ſint dei in ſtatu ſunt in quo ſunt digni hoc beneficio habent ergo dei gratiā ⁊ eius gloriam expectant adherendo etiam corpori eccleſie tanꝗ membra dum viuerēt dignos ſe fecerūt: ⁊ quodāmodo meruerūt vt tales preces eis valerent ſi ꝓ eis fierent. Cibus corporis cōmunis eſt omnibus membris que ſunt in corpe: vnde quom illi qui ſunt in purgatorio mēbra ſunt eccleſie ⁊ maxime indigentia merita eccleſie ſe debēt extendere ad eos. Preterea eodem ſpiritu ſancto viuificantꝰ mēbra illa: que viuificantꝰ membra que adhuc ſunt ſuper terram: ergo remiſſio culpe vel pene que donum eſt ſpiritus ſancti debet ſe extendere ad id quod innuitꝰ a dño. Mat.xij. Qui dixerit ait dominꝰ contra ſpiritum ſanctū verbū nō remittetur ei neqz in hoc ſeculo neqz in futuro. In qua ſententia vt ait Grego. iiij. libro dial. Datur intelligi quaſdam vero in futuro poſſe laxari qꝺ eniz de vno negatur ꝯſequenter de quibuſdam cōceditꝰ. Sed tamen hoc de paruis minimiſqz peccatis fieri poſſe credendum eſt. Sicut eſt aſſiduus ocioſus ſermo. Immoderatꝰ riſus vel peccatum cure rei familiaris que vix ſine culpa vel ab ipſis agitur qui culpam qualiter declinare debeant ſciunt. Preterea hoc ipſuz pertinet ad gloriam dei qꝺ ad preces ſanctoruz tales mortui a pena liberentꝰ. Deus enim glorioſus eſt in ſanctis ſuis: nec ergo contrariū diuine iuſticie ꝙ ipſe impleat voluntatem amicoruz ſuoꝝ qui volūtatem ipſius pro poſſe ſuo implent. Idem enim velle idem nolle ea demum vera amicitia eſt: vt ait ſapiēs. .i. Roma. iij. Si cor noſtrū nō repͥhenderit nos fiduciam habemus ad deū ꝙ qcquid petierimus accipiemus ab eo: qm mandata eius cuſtodimus: ⁊ ea que ſunt placita coram eo facimus.

¶ De cāis erroꝝ: q̄ ſūt octo ad pūſ. xxviij

Deſtructis erroribus qui catholice fidei aduerſantur tangendum eſt de cauſis erroꝝ de quibꝰ octo aſſignare ſufficiat. ¶ Prima eſt ignorātia capacitatis intellectus humani. Quidā enim nō attēdentes limitatum eſſe intellectum humanū: credunt eum eſſe capacez omniū: ⁊ ideo credūt illud nō eſſe quod ab eo nō capitꝰ. Sicut ſi aliquis crederet circulum ſolis omnia cōtinere ipſe crederet illa nō eſſe: que infra circulum illū nō continentꝰ. Similis error eſt in illis qui credunt non poſſe eſſe ſcientiam de magnitudine ſolis ⁊ lune ⁊ ſtellarum qz ipſi non habent eam. ¶ Secunda eſt auerſio intellectus a credendis ⁊ ab hijs que poſſunt hominē inducere ad credēdum ⁊ cōuerſio ad errores. Quidam enim ſic amant errores ſuos: vt contraria eis

nõ velint cogitare vel audire. Prouer. xviij. Non recipit ſtultus verba prudentie: niſi ea dixerit que verſantur in corde eius. Non eſt datum homini videre poſt tergum ſuum nec videre ſine intuitu ſic nec intelligere ea a quibus intellectus ſe auertit. Nolunt audire qui ſunt in erroribus aliquid de miraculis nec ſacra eloquia nec rationes doctorũ quib⁹ poſſent ad verã fidem induci: ideo nõ eſt mirum ſi remanent in erroribus ſuis. ℂ Tertia eſt rerum ſubtilitas: ⁊ intellectus groſſicies qui turbidum habet viſum: pilum q̃ ab alijs videtur non videt. Sed nõ ideo contendere debet: igitur eum nõ eſſe: nõ videt viſus humanus quicq̃d videt a quilinus. ℂ Quartum eſt: diſtantia a credẽdis quidam enim cõmorantur in ſenſibilibus: que longe ſunt a credẽdis que ſũt inuiſibilia nõ appropinquãtes ad illa: nec ſtudio nec exercitatiõe. Ideo nõ eſt mirũ ſi illa nõ vidẽt ipſi ſenſum volũt habere ducem ad credenda qui cecus eſt: quãtũ ad ea vnde ſic diſputant de ſpũalibus ſicut ceci de coloribus. B. ſuper cant. Quo modo lux incaſſum circumfundit oculos clauſos vel cecos ſic animalis homo nõ pcipit ea que ſunt ſpũs dei Aug. De⁹ lux eſt nõ corporũ ſed mentiũ: hanc lucẽ qui nõ videt eſt quaſi cecus in ſole. ℂ Quinta eſt negligẽtia queredi dei adiutorium ad ea credẽda. Fides enim nõ eſt naturalis imo eſt ex electiõe diue bonitatis ⁊ donũ gratuitũ. Si eſſet naturalis eadem eſſet apud oẽs nec eſſet tãta diſſenſio de ipſa quãta eſt: iõ petẽda eſt a deo. Mat. ix. Credo dñe adiuua incredulitatẽ meã. Eph. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidẽ: ⁊ hoc nõ ex vobis dei. n. do. eſt. Et. i. Joã. v. Dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verũ deũ. Sicut ſol nõ videt niſi ex lumie ſuo ſic lux intelligentie nõ videt: niſi ex lumine ſuo. ſ. ex luce gratie quã infundit. S; aliqui ſunt vt veſpertiliones ſolem nõ videtes de nocte quãdo volant: q̃a tunc ſol nõ lucet ſup terrã: dũ lucet vero cũ nõ vident: q2 tunc dormiunt: ſic iſti ſolẽ intelligẽtie ideo nõ vident: q2 in nocte ſunt: nõ ipſe eis nõ luceat luce; gratie infundendo nõ tamen propter hoc debẽt affirmare eum nõ eſſe. ℂ Sexta eſt obſtaculum peccati. Quidam eni; immũditia operũ ſuorum quaſi obiectu manuũ lumen ſolis itelligẽtie a ſe repellũt. Job. xxiiij. Ipſi rebelles fuerũt lumini. ℂ Septĩa eſt ſuperbia que eſt velut inflatio faciei iterioris. Auguſti. vij. libro cõfeſ. Timore meo ſeperabar a te ⁊ nimis iflata facies claudebat oculos meos. Ber. ſup cãtica. Superbo oculo veritas nõ videt ſincero patet. Et ſup illud. Jere. xlix. Arrogãtia tua ⁊ ſupbia cordis tui decepit te. Dicit. glo. Omnis hereticus arrogans: quia ſuperbia facit hereticũ nõ ignorantia. Auguſtinus. Supbia meretur illud. Abacuch ij. Quomõ vinũ potante; decipit ſic erit ſuperbus: vnde Grego. De ſuperbis. Tãto ingt a dei luce longe ſunt: quãto apud ſe hũiles non ſunt. ℂ Octaua eſt affectio inordinata intellectũ trahens ad ↄtraria fidei vt timor iordinat⁹: vel amor vl' odiu;. Affectio inordinata eſt, velut lippitudo reſpectu oculi iterioris. Auguſti. ſi q̃s alteri digito ſolẽ oſtẽderit: ⁊ videre nõ potuerit culpet potius oculi lippitudinẽ: q̃ digiti oſteſionẽ: hãc lippitudinẽ purgari oportet. Auguſti. Purgãdus eſt animus vt pſpicere illã lucẽ valeat. Timor multos retraxit ne crederẽt in xp̃m. Qui eni credebãt xp̃o deſpiciebant ab alijs ⁊ extra ſynagogã fiebãt. Ideo q̃ gloriã amabant: ⁊ ↄtemptu; iſtũ timebãt volebant ad xp̃m conuerti. Jo. v. Quõ credere poteſtis qui gloriã ab inuicẽ recipitis ⁊ gloriam que a ſolo deo eſt non queritis. Amor etiã diuitiaru;: ⁊ timor ammittendi locu;: ⁊ gentẽ iudeos impedierũt ne in xp̃m crederẽt. Amor diuitiarũ eſt oculus auarorum: ⁊ amor deliciarum oculus voluptuoſorũ. Zach. v. Dicitur de impietate. hic eſt ocul⁹ eorũ in vniuerſa terra. Prouer. xxi. Lucerna impiorũ peccatũ. Ideo auaro videt aliquod licitu; quod alijs nõ videt: q̃a auaricia eſt lucerna ei. Secundũ ea; eni iudicat. Et luxurioſo videtur illa quã nimis amat pulchra cũ ſit deformis: q2 amor facit eũ errare in iudicio illo. Odiũ etiã intellectũ multorũ a fide auertit. Multi valde odiẽtes prelatione clericorũ dicũt deo obediendũ eſſe: ⁊ nõ homini. Aliqui etiã ex eis dicũt ſolis bonis plãtis eẽ obediẽdu;. Dicũt etiã ordinẽ nõ eſſe neceſſariũ ad hoc q̃ aliq̃s ligget vel ſoluat: ⁊ q̃ non eſt neceſſe. v ſaliu

quis confiteat peccata ſua ſacerdoti. Et q relaxatiões quas epiſcopi cõſueuerũt facere nõ valẽt: nec ſuffragia eccleſie pro ſunt mortuis. Jtẽ timẽtes errores ſuos iuramẽto ppalari dicũt in nullo caſu eẽ iurandum. Jtem timẽtes ſe occidi dicũt in nullo caſu eſſe hominẽ interficiẽdum ſic tranſierũt heretici in affectum cordis.

29. ¶ De differẽtijs fidei. xxix.

Ltimo in tractatu de fide deſcendendum eſt ad diuerſitates fidei. Et ſpecialiter ad has diuerſitates deſcendimus que ſunt. Fides viua. Fides mortua. Fides nõ ficta ſiue pbata Fides magna. Fides modica. Fides explicita. Fides implicita.

¶ De fide viua. et fide mortua.

Jdes viua eſt: que potens eſt elicere debitas operationes que. ſ. per caritatẽ operant. Gal. v. Fides vero mortua que impotens eſt: ad debitas operationes. Jaco. 2. Si fides non habeat opa mortua eſt in ſemetipſa. Fides viua videt differre a mortua ſicut in cãdela viua lux flãme differt a lumie: qd remanet poſt extinctionẽ candele q pre ſui paruitate inſufficiens eſt ad regẽdos greſſus et ad oſtendendũ laqueos vel foueas et ad diſcernendum quid pulchrũ quid deforme. ¶ Jtẽ fides viua videtur ſe habere ad mortuã ſicut lumen diei ad lumẽ noctis: vel ſicut lumẽ radij viui ſolaris calorẽ hãbẽtis ad lumẽ qd ẽ in vmbra tenebroſũ et ſine calore. ¶ Jtem fides viua nõ ſolũ tenebras ignorantie expellit: ſed etiã torporem excutit. ¶ Fides vero mortua eſt velut animal mortuum nec ſe nec aliquid potẽs mouere motu q ſit perfectus: nec eſt greſſus licet i cadauere tremor vel palpitatio quãdoq3 remaneat. ¶ Jtem ſicut carboni viuo muſca timet inſidere ſic tẽptator fugit eum qui eſt fidei viue nõ habẽs fiduciã q ei poſſit preualere. i. Pe. vlti. Cui reſiſtite fortes in fide et Ja. iiij. Reſiſtite diabolo: et fugiet a vobis. ¶ Fides mortua minus potens videt eſſe q3 dubitatio. Si quis eni dubitet de aliquo cibo vel potu vtrũ ſit venenatus ſola dubitatio cohibebit eũ ne cibũ vl potũ illũ ſumat. Fides aũt mortua nõ cohibet homines a phibitis delectationibus que ad modum veneni mortem aie inferunt. Jtem fides mortua fides demonis eſſe dicitur nõ hominis vnde ſuper illud ad Thimo. i. Cõfitentur ſe noſſe deũ: factis autẽ negant. dicit Glo. Auguſtin9. Nolite tanq3 de fide ſecuri eſſe: adiungite fidei recte vitã rectã vt xpm cõfiteamini verbis. et non factis bene viuendo. Nã ſi cõfitemini verbis et nõ factis fides talium pprie fides eſt demoniorũ. Jtem Auguſtinus cũ dilectiõe. Fides chriſtiani ſine dilectione fides demonis. Jmmo fides chriſtianorũ q deũ non timent inferior videtur eſſe fide demonũ. Jlli eni deũ timent. Jaco. ij. Tu credis q vnus eſt deus: et bene facis et demones credũt: et cõtremiſcunt. Auguſtinus. Utinã quomodo demones iudicẽ ſic homines agnoſcerẽt ſaluatorẽ. Eccle. Demones viderunt et tremuerunt homines viderũt et occiderunt. ¶ Fides mortua facit ad augmentũ culpe et pene. Ad augmentũ culpe: qa ſicut cognitio agrauat culpã ſic ignorantia attenuat. Augmentata aũt culpa augmentatur et pena. Ber. Ad cumulũ dãnationis videtur nobis relicta fides future pmiſſionis. ¶ Fides mortua in malo chriſtiano dicitur ſe habere ſicut obligatio religionis in apoſtatata monacho q deterioris cõditionis videtur eſſe q3 ſi nunq fuerit monach9. Sicut natura bona in angelo malo: honorabile eni eſt valde eſſe angelũ bonũ. Jgnominioſum eſt vero angelũ eſſe malum: ſicut ignominioſum eſt eſſe malum chriſtianũ licet ſit valde honorabile eſſe chriſtianũ bonũ. ¶ Fides mortua ficus eſt maledicta fructus nõ habens. Math. xxi. ¶ Fides vero viua arbor eſt florens per firmũ ppoſitum ſeruiendi deo et folia debita habens. ſ. ſermonẽ q fit ad hedificationẽ fidei vt det gratiã audiẽtib9 loquẽdo et fructũ debitũ bonorũ operũ pferens. ij. Cor. xiij. Si eſtis ex fide vos probate per opera. ¶ Fides mortua eſt velut corpus examẽ deo oblatum. Ja. ij. Sicut corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt: ita et fides ſine operib9 mortua eſt. Ber. ſuper cant. Quid fides que nõ operatur ex dilectione niſi cadauer examẽ. vnde honorans deũ munere fetido vnde placas deũ tue fidei interfector. ¶ Fides mortua ſignũ eſt dãnationis. In iudicio enim

fides illa oſtendet eum in quo fuit fuiſſe
chriſtianũ. Ex alia parte opera mala oſtẽ
dent eum xp̃i fuiſſe inimicum. Fides illa
oſtendet ꝙ fideꝫ xp̃o debuit opera vero
mala quod fidẽ ei nõ exhibuit: ⁊ per cõ-
ſequens ꝙ ꝓditor fuit: chriſtianus ma-
lus habens fidẽ mortuã ſecũ habet litte-
ras ſue dãnationis; per fidẽ eni ſcriptũ eſt
in corde eius ꝙ q talia peccata agunt re
gnum dei nõ poſſidebunt. In libro vere
conſcientie ſue inuenietur ſcriptura facta
ꝓpria manu ꝙ ipſe talia fecerit. Quedã
enĩ nota relinqtur in corde hominis ex
malis operibus vnde Glo. origenis. ſup
illud. Ro. ij. Cogitationũ accuſantiũ aut
defendentiũ. Sciendũ inqt ꝙ in illa die
cogitationes accuſabunt animas vel de
fendent. Nõ vtiqꝫ cogitationes que tunc
erunt. Sed iſte que nũc ſunt in nobis ꝗ-
rum note quedã: ⁊ ſingula relinquantur
in corde noſtro velut in cera. Que in oc
culto cordis poſite poſſunt cõſentire ma
lo in illa die reuelabuntur.

¶ De fide ficta: ⁊ non ficta.

Fides ficta: eſt fides fragilis. ſ. fi
des eorũ q ad tempus credunt: ⁊
in tempore temptatiõis recedũt
Math. deciotertio. De fide nõ ficta legit.
i. Thi. i. Finis pcepti eſt caritas de corde
puro ⁊ conſcientia bona ⁊ fide nõ ficta.

¶ De fide magna: ⁊ fide modica.

Sequitur de magnitudie: ⁊ modi
citate fidei. ¶ Ad magnitudinẽ
vero fidei quinqꝫ videntur perti
nere. ¶ Primo vt homo de deo magna
ſentiat vt Centurio. Math. octauo. Qui
credebat xp̃ꝫ ſolo verbo poſſe ſanare ſer
uum ſuũ ⁊ ſe indignũ eſſe vt xp̃s intra-
ret ſub tectũ ipſius: vnde dictũ eſt de eo a
domino non inueni tantã fideꝫ in iſrael
¶ Secundo vt homo bona tranſitoria
intuitu bonorũ eternorũ cõtempnat. He
bre. vndecimo. Fide moyſes grandis fa-
ctus negauit ſe eſſe filiũ filie Pharaonis
magis eligens affligi cũ populo dei q̃ tẽ
poralis penitẽtie habere iocũditatẽ. Ma
iores diuitias extimãs theſauro egyptio
rũ iproperiũ chriſti aſpiciebat eni in re-
munerationẽ. ¶ Tertio vt homo in ad-
uerſis de deo confidat. Math. decimo-
quarto. Modice fidei quare dubitaſti.
Eiuſdem. xvi. Quid cogitatis inter vos
modice fidei. Quarto vt homo ad lon-
gam credentiã bona ſua deo tradat. Ma
gni eni principes longã credentiam reg
nũt. Iſa. xxviij. Qui crediderit nõ feſtinet
⁊ Prouer. xx. Hereditas ad quã feſtina-
tur in principio in nouiſſimo bñdictionẽ
carebit. ⁊ Eccle. xx. Hodie feneratur qs
⁊ cras expectat: odibilis eſt homo hmõi.
Quinto vt in hoc cũ homo aliqd petit a
deo ⁊ nõ ſtatim accipit. ⁊ nõ ꝓpter hoc
a ꝓpoſito deſiſtat. Mat. xv. Dictũ ⁊ mu-
lieri in oratiõe iſtanti. O mulier magna
eſt fides tua fiat tibi ſicut vis. Ad impe-
trandum multũ valet fidei magnitudo.
Aug. ſup. Io. Quãtum vas fidei attuleris
tãto ad fontẽ tantũ iplet. ⁊ Ber. ſup. Cant.
Magna ſiqdem fides magna meretur.

¶ De fide explicita ⁊ implicita.

Conſequenter dicendũ eſt de illa
diuerſitate fidei que eſt fides ex-
plicita ⁊ implicita de qua breui-
ter notandũ ꝙ prelati debẽt habere fidẽ
explicitã de oĩbus credendis. Ad eos per
tinet. Illud. i. Pe. iij. Parati ſemper ad
ſatiſfactioneꝫ oĩ poſcenti rõnẽ de ea que
in nobis eſt fide ⁊ ſpe. Simplices vero
debẽt habere fidẽ explicitã de aliqbus ar
ticulis ⁊ de oĩbus implicitã vt. ſ. credant
verũ eſſe omne qd credit eccleſia ita ꝙ in
nullo ei contradicat particulare.

¶ Sex faciunt fidẽ cõmendabilem. xxx.

In ſumma notãduꝫ eſt ꝙ ſex ſunt
que faciunt ad hec vt fides ſit cõ
mendabilis. Primũ eſt ſimplici-
tas. In hijs eni que fidei ſunt. q ambulat
ſimpliciter ambulat cõfidenter. Prouer.
x. Ambro. Auferantur argumenta vbi fi
des queritur nõ eni recipiẽda ſunt argu-
menta fidei cõtraria in hijs que dei ſunt.
Piſcatoribus creditur non dialeticis iu-
xta eundẽ ambro. Ber. in li. De cõſidera
tione intellectus inqt. Si ſignata fidei tẽ
ptet irrũpere reputatur effractor ſcruta
tor maieſtatis. Ad fidei ſimplicitatẽ mo
uemur. Exo. xx. Si altare lapideum fece
ris mihi nõ edificabis illud de ſectis la-
pidib⁹. Si eni leuaueris cultrũ tuũ ſup
eo polluet. Acumẽ igenij q̃ per cultrũ in
telligitur ſup altare fidei leuãdus nõ eſt.
Ut ingeniũ noſtrũ in hijs que fidei ſunt
auctoritati. Sacre ſcripture preferamus.
Secundũ eſt viuacitas. Tertium magni

tiãõ de quibus eſt. Quartuz eſt feruor. Mat. xvij. Si habueritis fidem. Sicut granũ ſynapis dicetis monti huic tranſi hinc ⁊ trãſibit: ⁊ nihil ĩpoſſibile erit vobis. Glo. fidẽ perfectã grano ſynapis cõparat que ſit in facie humilis ⁊ in pectore feruens. Uilis vidẽtibus nec vllarũ virĩũ apparẽs ſed preſſuris trita q̃d intus habet oñdit. Quintũ eſt itegritas vt oẽs articuli credãtur explicite vel iplicite de q̃bus habitũ eſt prius. Sextũ eſt ſtabilitas vt hõ nõ facile relinq̃t fidẽ ſuã. Tob. ij. Uitã illã expectam⁹ quã deus dat hijs qui fidẽ. ſ. nunq̃ mutãt ab illo. Uñ valde reprehenſibiles ſunt illi qui videntes aliquẽ hereticũ vel magne abſtinẽtie vel libenter dantẽ helemoſinas credũt ꝓpter hoc eſſe ſane fidei. ⁊ dimittũt fidẽ ſuam in qua tãdiu uixerũt ⁊ quam parẽtes tenuerũt pro fide illius. Nõ acquieſcẽtes cõſilio ſalomonis. Prouer. i. Audi ingt fili mi diſciplinaz patris tui ⁊ ne dimittas legẽ matris tue. Qui iſto mõ decipiũtur nõ attendũt ꝙ nihil ꝓhibet eũ qui hꝫ os ſanũ ⁊ manũ ſanã habere oculũ infirmũ ſic nihil ꝓhibet illũ qui abſtinẽs eſt: ⁊ qui libẽter dat elemoſinas habere oculũ fidei corruptũ. Sicut qui iã eſt in poſſeſſione rei nõ de facili dimittit eã ſibi auferri ſic nõ debet hõ de facili relinquere fidẽ in quã nutritus eſt. In tali caſu qui cito credit leuis ẽ corde. Eccle. xviiij. Nec debet hõ moueri ſi aliquos hereticos videat vel abſtinẽtes vel miſẽcordes cum multo plures tales inueniant qui ſunt fidei catholice vel ſi aliq qui ſunt fidei catholice inueniãtur mali. Multi eniꝫ magne malitie ſunt inter hereticos ſed occultant eã quantũ poſſunt. Nec mirũ cũ ⁊ ſe ipſos occultent.

¶ Explicit tractatus de fide benedictus deus qui incipit ⁊ compleuit.

¶ Incipit tractatus de ſpe. A.

Oſt tractatum fidei agendum eſt de ſpe ⁊ hoc modo. Primo deſcriptiones ſpei ponẽtur. Secundo ꝯmẽdatõi ei⁹ iſiſtẽt. Tertio tãget de hijs q̃b⁹ ſpes adiuuat. Quarto de hijs q̃ ſpei aduerſant. Quito de reb⁹ ſperãdis. Sexto ad diuerſitates ſpei deſcẽdemus.

¶ Spei deſcriptiones. c. C.

Pes ſic deſcribitur in libro ſententiarũ a magiſtro. Spes ingt eſt certa expectatio future beatitudinis veniẽs ex dei gratia ⁊ ex meritis precedẽtib⁹. Pria pars huius deſcriptionis haberi poteſt ex. Glo. aymonis ſuper illud. Ro. v. Probatio vero ſpẽ. Spes inquit eſt certa expectatio glorie future. ¶ Et notandũ ꝙ ſpes. Quãdoq3 ſumit pro re quã ſperamus vbi ad Thi. v. Expectantes beatã ſpem. quãdoq3 vero pro certitudine glorie future: vt. Ro. v. Probatio vero ſpẽ. Glo. i. Certitudinẽ glorie future. Quãdoq3 pro virtute. i. Cor. xiij. Nunc manẽt. Spes fides caritas. Quãdoq3 pro motu virtutis: ⁊ ita deſcribitur hic. ¶ Itẽ notãdũ ꝙ ſicut duo ſunt: vbi eſt expectatio corporalis. Intẽdit eni adminus ad aliq̃d abſens vt fiat preſens vnde expectans dicitur quaſi extra rem poſitus ſpectans. Eſt etiã ibi permanentia in loco quantuꝫ ad corpus: ſicut duo ſunt vbi eſt expectatio ſpei. Eſt eni intentio animi ad futurã beatitudinẽ: quã intentionẽ. Auguſti. in libro de ciuita. dei. Uocat aſpectũ: oſtendẽs aſpectũ talẽ ad ſpem ꝑtinere. Prius eſt igt ſanos oculos habere quod fit per fidẽ. Deinde aſpicere quod fit per ſpeꝫ. Itẽ ibi eſt ꝑmanẽtia in loco ſpũali qui deus eſt: de qua ꝑmanẽtia legit. Jo. xi. Manete in me ⁊ ego in vobis. Et. i. Jo. iiij. Qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus i eo. Qui a deo per peccatũ recedit nõ habet expectationẽ que ad ſpẽ regritur. ¶ Itẽ notanduꝫ ꝙ eſt certitudo cognitiõis: que opponitur dubitationi: ⁊ hec pertinet ad fidem. Et eſt certitudo fiducie: que opponitur titubationi: vel deſperationi: ⁊ hec ꝑtinet ad ſpeꝫ. Et eſt certitudo ſecuritatis: que opponitur timori ſeperatiõis: ⁊ hec erit in patria: ¶ Itẽ notandũ ꝙ cũ motus ſpei ſit circa illa que ſupra nos ſunt: ad eliciendũ motũ ſpei valet cõſideratio liberalitatis dei: que ſeruiẽtes ſibi remunerat ſupra merita ꝑut decet ipſum. Et hec liberalitas dei grã vocatur i deſcriptione cũ dicitur veniẽs ex dei grã. valet etiã ad eliciendũ motũ ſpei cõſideratio proprij meriti: cũ deus promiſerit ſe redditurum premiuꝫ hijs qui ſibi debito modo

deſeruirent. Ipſe vero verax eſt: promiſ-
ſa ſoluens. vnde ſpes quaſi duabus ba-
ſibus innititur dei liberalitati: que ſibi
ſeruientes remunerat vt decet eaꝫ: ⁊ dei
iuſticie: que ſibi ſeruientibus ſoluit: que
pmiſit: ⁊ adhuc duo pertinēt due ptīcu
le vltime deſcriptiōis propoſite. ¶ Item
notandū ꝙ motū ſpei: quandoqꝫ prece-
dunt merita in actu vt in eo qui in cari-
tate eſt: ⁊ bona opera fecit quibꝰ ſperat
ſe habiturū beatitudineꝫ. quandoqꝫ ve-
ro merita precedunt motuꝫ ſpei non in
actu: ſed in ſola intentione vt in illo qui
eſt in peccato mortali qui interiꝫ facit qc
quid poteſt boni vt deus illuſtret cor ſuū
ad penitentiaꝫ qua preſumptione ſperat
ſe habituruꝫ beatitudineꝫ. Cogitat enim
per gratiā dei ſe adhuc habiturū merita
quibus beatitudo debeatur. ¶ Iteꝫ de-
ſcribitur ſpes ab Auguſtino in libro de
ciuitate dei. Hoc modo ſpes inquit eſt:
qua quis ad id quod credit ſe peruentu-
rum preſumit: poteſt etiam ſic deſcribi.
Spes eſt appetitus excellētis boni cū fi-
ducia obtinendi.

¶ De commendatione ſpei. .2. 2

Equitur de hijs que pertinēt ad
cōmendationem ſpei. ¶ Notan-
duꝫ ergo ꝙ ad ſpei cōmendatio
nē. ¶ Primo valere poteſt id ꝙ ſcriptu-
ra ſacra totiens monet ad ſpem. Multi-
plicatio enī admonitionis oſtendit vtili
tatem huius virtutis. ps. Sperent in te
qui nouerūt nō. te. Itē ſpera in dn̄o ⁊ fac. bo.
Item ſpera in eo ⁊ ipſe fa. Itē ſperate in
eo omnis cōuentus plebis. Item Mat.
xiiij. Habete fiduciaꝫ. ⁊ iterum. Io. xvij.
Confidite ego vici munduꝫ. Nec ſolum
ſcriptura ſed etiā natura videtur ad ſpē
mouere. Naturaliter enī qui debilis eſt: ⁊
timet cadere alicui rei adheret: ⁊ inniti-
tur vt patet in puero qui cū eleuatur ad
ſtandū: ⁊ exiſtimat ſe caſurū ſtati adhe-
ret alicui rei. Sic naturaliter ratio dictat
aīe agnoſcenti debilitatē: ⁊ inſufficentiā
ſuā ꝙ fortiori ſe adherere debeat ⁊ initi.
¶ Secūdo hoc quod ſcriptura ſacra to-
tiens beatos aſſerit ſperātes in domino.
Pſalmus bti oēs qui confidunt in dn̄o.
Itē beatus vir qui ſperat in eo. Itē bea-
tus vir cuiꝰ eſt nomen domini ſpes eius.
Prouer. xvi. Qui ſperat in domino bea
tus eſt. Iſa. xxx. Beati oēs qui expectant
eū vere beati qui ſperant in dn̄o optata
enim eis ſuccedūt. ¶ Tertio hoc qđ ſpes
oīpotenti innititur. Iſa. Quis ambulauit
in tenebris inquā aduerſitatis: ⁊ non eſt
lumen ⁊ fulgor. ſ. pſperitatis: Speret in
nomine dn̄i ⁊ innitatur ſup deū ſuū. Quia
ſpes oīpotenti innititur ideo firma eſt: ⁊
nō timet ruinā. Dauid. Qui cōfidunt in
dn̄o ſicut mons ſion. Spes eſt: que dicit
dn̄s firmamentū meuꝫ. Spes proijcit ſe
in deū. Ipſe vero non eſt ita crudelis vt
ſe ſubtrahat: ⁊ ſperanteꝫ in ſe cadere per-
mittat: iuxta verbū Auguſti. Quare do-
minus totiens nos ad innitendū ſibi mo
neret ſi ſupportare nos nō vellet. Nō eſt
illuſor deus vt ſe ad ſupportādū nos offe
rat: ⁊ nobis innitentibus ei in ruinā no-
ſtrā ſe ſubtrahat. Ro. v. Spes aūt nō con
fundit. Glo. Aug. Cōfunditur qui quod
ſperabat nō inuenit ſicut contigit illi qui
ſperat in homine. Hec aūt ſpes non con
fundit que eſt in deo qui nec fallit nec fal
lere poteſt. In pſalmo. In te ſperauerūt:
⁊ nō ſunt cōfuſi. Iteꝫ deus meus in te cō
fido non erubeſcā. Iteꝫ in te dn̄e ſperaui
nō. confun. in eter. Eccle. ⁊. Nullus ſpera
uit in eo ⁊ cōfuſus eſt. Falſitatis eſt non
preſtare fulcimētū innitenti. Sed verita
tis eſt non negare fulcimentū innitenti.
Unde cū dn̄s veritas ſit innitenti ſibi ſe
non ſubtrahit. ¶ Quarto ꝙ ſpes eſt ve-
lut arbor ſita in optimo loco adherēs di
uine bonitati vnde habundāter ſentit ef
fectuꝫ eius. Treū. iij. Bonus eſt dn̄s ſpe-
rātibus in eū. Spes eſt iuxta fontē diuie
mie: ideo miſericordie diuine beneficia
nō ceſſant influere ei. Dauid. In miſeri-
cordia tua ſperaui. Itē ſperantem in do-
mino miſericordia circūda. Itē fiat miſe
ricordia tua ſup nos q̄ ad. ſper. in. te. Iteꝫ
oculi dn̄i ſuper metuētes eū ⁊ in eis qui
ſperant ſuper miſericordia eius. Et iterū.
Ego aūt ſicut oliua fructifera ſperaui in
miſericordia dei mei in eternū. Spes ar
bor bn̄dicta eſt fructus vberes habēs cū
a miſericordia dei habudāter irrigetur.
Ier. xvij. Benedictus vir qui confidit in
dn̄o. Et ſubdit: erit q̄ſi lignū qđ trāſplā-
tatur ſuper aquas qđ ad humorē mittit
radices ſuas: ⁊ nō timebit cū venerit
eſtus. ps. erit tanq̄ lignum quod planta-

b rū eſt ſecus decurſus aquarū.¶ Quinto
cōmendabilis ē ſpes a multiplici ſuo ef-
fectu. Effect⁹ vnus ipſi eſt ſecuritas. Da-
uid In deo ſperabo nō timebo qd faciat
mihi hō. Merito ſecurus eſt ſperans in
dño ꝓtectoꝛ enī eſt dñs omniū ſperātiū
in ſe. Dauid. Dñs ꝓtectoꝛ vite mee a quo
trepidabo dñs ſperāti in ſe pro muro eſt
vndiqꝫ. Dauid. Dñs i circuitu populi ſui
dñs eſt ei turris foꝛtiſſima Prouer. xviij.
Turris foꝛtiſſima nomē dñi. Ad ipſū cō
fugit iuſtus ⁊ exaltabiť. Nomē dñi filius
dei dicitur. Iſa. xxx. Ecce nomē dñi venit
de lōginquo. Ipſe etiā eſt ſperantibus in
ſe altiſſimū refugiū. Ipſe etiā eſt ei vꝛbs
foꝛtitudis. Iſa. xxvi. Urbs foꝛtitudis nr̄e
ſyon ſaluator. Poneť in ea murus: ⁊ añ
murale murus eſt virtus diuinitatis. Añ
murale meritū hūanitatis vtrūqꝫ facit ad
ſecuritatē noſtrā. ¶ Itē ſpes mereť itelli-
gentiā ⁊ dei auxilium. De ꝑmo. Sap. iij.
Qui cōfidūt in eo itelligūt veritatē. Pro
uer. xvij. Diciť de expectāte futura bona
Quocunqꝫ ſe vertit prudenter intelligit.
Agnoſcit etiā aduerſa diligētib⁹ deū co-
opari in bonū. De ſecūdo in ps. In ipſo
ſperauit cor meū ⁊ adiutus ſum. ¶ Itē
ſpes liberat vel tribulationē amouendo
vt pꝫ i ſuſana. Daniel. xiij. Que flens ſu
ſpexit ad celū. Erat enim cor ei⁹ fiduciā
hñs in dño: ⁊ in ps. legiť. In te ſperaue-
rūt patres noſtri: ſperauerunt: ⁊ liberaſti
eos: vel liberat patientiā merēdo. q mo-
dus liberationis melior eſt. Gre. Melius
liberat: cū patientiā dat. Spes patienter
facit poꝛtari onus ꝑſentis miſerie Gen.
xlix. Uidit requiē ꝙ eſſet bona ⁊ terram
ꝙ eſſet optima ⁊ ſuppoſuit humerū ſuū
ad poꝛtandū. 2. Mach. vij. Mater pereū-
tes. vij. filios ſub vni⁹ diei tpe cōſpiciēs
bono aio ferebat ꝓpter ſpē quā in deum
habebat. Et Ac. xxviij. Propter ſpē iſrł
cathena circūdatus ſum. Greg. in moꝛa-
lib⁹. Ille bene nouit in exteriorib⁹ miſe-
rijs ſubſiſtere q ſcit de ſpe in eterna ſemꝑ
gaudere. ¶ Item ſpes ſaluat. In pſalmo
Qui ſaluos fac ſperātes. Prouer. 2. Qui
ſperat in dño ſaluabiť. Ro. ix. Spe. n. ſal
ui facti ſum⁹. ¶ Itē ſpes colūna eſt totū
ſpūale edificiū ſuſtentās: qua deficiēte ſpi
rituale edificiū coꝛruit: ⁊ mēs in baratrū
deſperatiōis ꝯcidit. Hec colūna in caym
defecit cū dño ait. Gen. iiij. maioꝛ eſt ini-
quitas mea q̄ vt veniā merear. ¶ Item
ſpes galea ſalutis eſt caput iterioris hoīs
ſ. intentionē illeſam cuſtodiēs. i. Thi. vi.
Induti galeā ſpem ſalutis. Spes etiā an-
choꝛa eſt animā ſeruans ne a procellis tē
ptationū adeo irrūpatur. Heb. vi. Diciť
apl'us loquēs de ſpe quā ſicut anchoꝛā
habem⁹ aīe tutā ac firmā. Glo. Augu. Si
videris fluctuare in mari iſto noli abrū-
pi ab anchoꝛa anteqꝫ itres in poꝛtū. Flu
ctuat nauis in anchoꝛis: ſed non longe a
terra ꝓicitur: nec in eternū fluctuabit: ⁊
ſi ad tēpus fluctuat. Itē ſpes hominē foꝛ
tem efficit. Iſa. xxx. In ſilentio ⁊ in ſpe
erit foꝛtitudo nature. Foꝛtitudinē inquā
ꝓpriā in foꝛtitudinē diuinā. Felix cōmu-
tatio iſta quā facit q ſperat in dño. Dum
enī de viribus ſuis diffidit: ⁊ de adiuto-
rio dei cōfidit quaſi ꝓpria foꝛtitudine ſe
exuit: ⁊ dei foꝛtitudine ſe induit. Dei enī
adiutoꝛium paratū eſt ei ꝓut de ipſo cōfi
dit. H ſuper cant. nil oīpotentiā verbi cla
rioꝛē reddit q̄ꝫ ꝙ oīpotentes facit oēs q
in ſe ſperant. Deniqꝫ oīa poſſibilia credē
ti. Idē in ſermonib⁹ quatenus in bonis
dñi fiducie pedē poꝛrexeris eatenus poſ
ſidebis. ¶ Itē ſpes baculus eſt valde ne-
ceſſarius peregrinationibus in via pre-
ſentis vite. Qui huic baculo innititur nō
coꝛruit. In. ps. non derelinquet omnes q
ſperant in eo. Itē nō fatigant vel debi-
litant. Iſa. xl. Dicitur de ſperantibus in
domino. Aſſumēt pennas vt aqle: currēt
⁊ nō laboꝛabunt: ambulabūt: ⁊ nō defi-
cient. In. ps. Sperans in domino nō in-
firmaboꝛ. ¶ Item ſpes in poſſeſſione re-
gni celeſtis animā ante tempus quodā-
modo introducit: vnde ad Hebꝛe. vi. di-
cit apo. Spē in cedentē vſqꝫ ad interioꝛa
velaminis: ⁊ dicitur illud Pſalmis. Spe
ra in domino. Dicit Glo. Spes eſt introi
tus fidei. ⁊ dicit in Glo. Per ſpem eni in
tratur ad vidēdum illud quod creditur.
¶ Spei fit promiſſio illa. Iſa. lviij. Su-
ſtollam te ſuper altitudinē terre. ⁊ ciba-
bo te hereditate patris tui iacob. ¶ Cō-
uerſatio ſpei in celis iuxta verbū apoſto-
li. phil. tertio. Ipſa nobis exiſtentibus
in hac vita moꝛtali imoꝛtalitatē attigit.
Sapien. iij. Si coꝛā hominibus toꝛmēta
paſſi ſunt: ſpes illoꝛū inmoꝛtalitate ple-

na eſt.¶ Spes in eternitatē animaz eri-
git: ⁊ idcirco nulla mala ſentit exterius
q̄ tolerat iuxta verbū. Grego. In moꝛ ali
bus. Spes in preſenti tempoꝛe quod eſt:
quedam vigilia ſolēnitas eterne nō leiu
nat: ſed quaſi iuge cōuiuiū celebrat. cum
ſecuritatē habeat: vt prius oſtenſum eſt.
Secura eni mens quaſi iuge cōuiuium.
Prouer. decimoquīto.¶ Spes eſt de il-
lis tribus: q̄ vidit. Ezech. in libro. ij. Scri
pta. ſ. carmen ſibi aſſumit lamētationes
relinquēs dono ſcientie: ⁊ pietatis: ⁊ nō
dono timoꝛis. Ipſa eſt cui dominus de-
ditꝰ in nocte carmia. Job. xxxv. Nocte in
q̄ preſentis aduerſitatis. In pſalmo. In
die mandauit dominus miam ſuam: ⁊
nocte canticum eius.¶ Spes in hyeme
ꝑſentis exilij habet quaſi vernuz tēpus.
Ipſa enim nos in aduerſis ridere facit.
Iuxta verbum. Auguſti. Ipſa facit nos
gaudere inter doloꝛes: animus aūt gau-
dens etatez floridā facit. Prouer. vij. de
gaudio eius legitur. Ro. duodecio. Spe
gaudentes. ⁊ Math. quinto. Gaudete ⁊
exultate: qa nomina veſtra ſcripta ſunt
in celis. Prouer. x. Expectatio iuſtoꝝ le-
ticia. Gaudiuz vero ipſius cōmuniter di
citur gaudiū ſpei: ⁊ nonduz rei. Et eſt ex
certa expectatiōe glie repromiſſe.¶ Ali-
ud eſt gaudiū qđ de preſentia bonoꝝ de
qbus dignum eſt gaudere. Gaudiū ſpei
eſt ſicut arra eterni premij ⁊ preoꝛdina-
tio future ſuauitatis.¶ Spei conceſſum
eſt: intrare in oꝛtū voluptatis: ⁊ inde au
ferre odores ad cōdiendā amaritudinez
preſentis aduerſitatis.¶ Spes inter ob
pꝛopꝛia gloꝛiat̄. Ro. v. Gloꝛiamur in ſpe
gloꝛie filioꝝ dei. Ipſa in deſerto mundi
delicijs affluit. Cant. vlti. Que ē iſta que
aſcendit de deſerto delicijs affluens. Ec-
cleſi. ij. Qui timetis dn̄m ſperate in illuz
⁊ in oblectatiōe veniet vobis mīa. Ipſa
dāna tempoꝛaliū rerum nō reputat. Ad
heb. x. Rapinā bonoꝝ veſtroꝝ cū gau-
dio ſuſcepiſtis cognoſcentes nos habere
melioꝛē ⁊ manentē ſubſtantiam. ipſa eſt
que dicit in p̄s. Quid mihi eſt in celo ⁊
a te qd volui ſuper terrā. Ipſa eſt in labo
re reqes: in eſtu tribulationū tēperies: in
fletu ſolatiuz. de eius ſolatio legitur ad
Heb. vi. Ut foꝛtiſſimū ſolatiū habeamꝰ
qui cōfugimus ad tenendā ſpē ꝓpoſitā.

Dauid. hec me cōſolata eſt in humilitate
mea.¶ Et notandū ꝙ non eſt oīno idē
gaudiuz ⁊ ſolatiū. Qui eni cōſolatur nō
ex toto a triſticia eſt imunis. Sed quaſi
mixturā in ſe patitur dum mala mie coꝛ
eius pungunt. tunc bona vngunt. Pro
uer. xxvij. Unguento ⁊ varijs odoꝛibus
delectat̄ coꝛ: ⁊ bonis amici cōſilijs dulco
ratur. Cōſolatio ſpeiꝰ ē doloꝛis aut timo-
ris aut alterius affligētis affectionis re-
preſſio vel mitigatio: ſpe diuini cōſilij vel
auxilij vel alteriꝰ beneficij. Spei eſt ver-
bū illud. Je. xxxi. Quieſcat vox tua a plo
ratu ⁊ oculi tui a lacrymis: qꝛ eſt merces
opi tuo Si merces modica laboꝛē mer-
cenarij tolerabilē reddit qd facere debet
ſeruis dei merces eterna. Ja. v. Agricola
expectat precioſum fructū terre patiēter
ferens. Interim. Si ille pro fructu terre
quē ſperat tā patiēter expectat quāto ma
gis nos pro celeſti: Spes eſt gemma ꝑgra
tiſſima. Prouer. xvij. Gēma gratiſſima
expectatio ꝑſtolantis preſtolans. i. de lon
ge expectans eſt q̄ bona eterna expectat.
Expectatio eni eius que eſt. Spes gēma
gratiſſima eſt ⁊ ꝓpter precioſitatē: ⁊ qꝛ
ſpes ad modū gēme per lucida eſt ⁊ par
ua viſui interioꝛi vt per eā videātur cele
ſtia bona. Spes eliſos ⁊ ꝓſtratos erigit.
Prouerbi. xxix. Qui ſperat in dn̄o ſalua
bitur. Ipſa vires reparat. Sicut eni ali-
qs timoꝛe ſuccūbendi hoſtibus nihil re-
bellionis opponens: ⁊ mulier vidēs ſan-
guinē ſuū vel alienū ſtatiz ſtupefacta di
cit totū perditū eſſe: ⁊ totū eſt moꝛtuum.
Sic ex ſpe victoꝛie vires homo reſumit.
Prouer. xxiiij. Si deſperaueris ī die an-
guſtie lapſis minuet̄ foꝛtitudo tua. Dan.
x. In viſione tua diſſolute ſunt cōpages
mee ⁊ nihil remanſit in me virium. Ad
Heb. xij. Cōfoꝛtate manus diſſolutas ⁊
genua debilia roboꝛate ⁊ Joſue. i. c. Di-
ctū eſt confoꝛtare ⁊ eſto robuſtus. Eccle.
vi. Eccleſia cōfoꝛtauit ſapientē ⁊c. Item
mola eſt ſine qua nō fit vera coꝛdis cōtri
tio. Ipſa eſt mola inferioꝛ que coꝛ eleuat
⁊ ſubſtinet. Timoꝛ vero mola eſt ſupioꝛ
que coꝛ cōterit vt ipſum cōtritū: ⁊ humi
liatū deus nō deſpiciat. Spes ab īferioꝛi
nos fulcit ne ſub pōdere tribulationū de
ficimus. Timoꝛ vero a ſuperioꝛi nos cō-
primit ne exſufflemur aut rapiamur vē

do tentationis.has duas molas cõiungit
Dauid dicẽs ab altitudine diei timebo:
ego vero in te ſperabo.Altera earũ non
valet ſine reliqua.Glo.Greg.ſup deut.
xxiiij.Nõ accipies loco pignoris ſuperio
rem ⁊ inferiorẽ molã.Superior ⁊ infe-
rior mola eſt.Spes ⁊ timor.Spes ad al-
ta ſubuehit.timor aũt cor inferius p̄mit.
Una mola ſine altera inutiliter habet̃ in
peccatore.Ergo peccatori debent ſpes ⁊
formido cõiungi.Quia incaſſum miã
ſperat ſi iuſticiã nõ timeat:⁊ incaſſũ me
tuit q nõ cõfidit: loco ergo pignoris mo
la ſuperior aut inferior nõ tollitur:quã q
predicat peccatori tanta diſpenſatiõe diſ-
ponere predicationẽ debet vt non relicta
ſpe timorẽ ſubtrahat ne ſubtracta ſpe ti-
morem relinquat.¶ Itẽ ſpes hoſtes no
ſtros cõfundit.Job.vi.Cõfuſi ſunt quia
ſperaui.¶ Sexto cõmendabilis eſt ſpes
a periculo ſui cõtrarij.ſ.deſperatiõis.Se
cũdo.Ro.ij.c.An ignoras ꝙ p̄iculoſa ſit
deſperatio:¶ Deſperatio periculũ eſt a
quo nõ querit̃ exitus.Prouer.xviij.Im
pius cũ in profundũ vitiorũ venerit.i.ex
toto ſe negligit.Sicut ſpes facit vt nau-
fragus in medijs brachia iactet aquis ſic
deſpatio facit vt homo in nullo ſe iuuet.
Deſperans dicit malũ verbũ ⁊ pugne to
taliter cedit vt pugil vict⁹.deſperans in
felix eſt.Sicut ille qui ſperat in dño bea
tus eſt.Eccle.xiiij.Felix q nõ habuit ani-
mi ſui triſticiã ⁊ nõ excidit a ſpe ſua.De
ſperans eſt velut arbor radicitus euulſa.
Job.xviij.Quaſi auulſe arbori abſtulit
ſpem meã.Deſperatio abyſſus eſt.a qua
vix vł nũq̃ eſt reditus.In ps.deſcendũt
vſq ad abyſſos.Nulla plaga videtur eſ-
ſe deſpabilior plaga deſpationis . Je.xv.
Factus eſt dolor meus ꝑpetuus ⁊ plaga
mea deſperabilis.Cũ cetera peccata ſint
inflexiõis cordis ad malũ.peccatum de
ſperatiõis fractura cordis eſt.Je.xxx.In
ſanabilis fractura tua peſſima plaga tua

¶ De hijs quibus ſpes adiuuatur. ij.

Equitur de hijs qbus ſpes adiu-
uatur.⁊ aſſignabimus quattuor
ſpecies meditationũ ſeu cõſidera
tionũ qbus ſpes poteſt adiuuari.Prima
ſpecies eſt directe in deũ.Secũda eſt cir-
ca ea que pro deo agim⁹ vel ſuſtinemus.
Tertia circa bñficia dei generalia vł ſpe
cialia corpea vel ſpiritualia.Quarta eſt
circa ſuffragia ſanctorũ.¶ Primã poſſu
mus diuidere in ſeptẽ ſpecies.Quarꝫ pri
ma eſt in deũ inquãtũ creatorẽ.Natura-
liter amat artifex opus ſuum adeo vt vix
poſſit audire ꝙ ei detrahat̃.vñ veriſimi
le ẽ ꝙ creator amet opa ſua ⁊ ſpecialiter
hominẽ quẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ
ſuã creauit.Geñ.i.Sapientie.xi.Diligis
oĩa que ſunt ⁊ nihil odiſti eorũ que feci-
ſti nec eni odiẽs aliqd cõſtituiſti aut fe-
ciſti.Sperare ergo debet homo deo ⁊ q
dedit ei vt ſit ꝙ paratus ſit dare ei vt be
ne ſit.Secũda eſt in deũ inquãtũ domi-
nus eſt.Naturaliter amant homines ea
que ſunt ſua:⁊ cõſeruant ea ⁊ ſi ea perdi
derint gaudẽt cũ ea recuperãt vnde veri
ſimile eſt ꝙ deus velit cõſeruare illos q
boni ſunt : ⁊ peccatores quos ꝑdidit re-
cuperare.Ad quod ꝑtinent parabole de
recuperatione ouis perdite ⁊ dragme ꝑ-
dite.Luc.xv.Ubi dicitur ita dico vobis
gaudiũ erit in celo ſuper vno peccatore
penitentiã agente q̃ ſuper nonaginta no
uem iuſtis qui nõ indigent penitentia:⁊
Sapientie.xi.Dicitur parcis oĩbus quo
niã tua ſunt.Et ezech.xviij.Ecce oẽs aĩe
mee ſunt.Et quibuſdã interpoſitis ſub-
ditur nunq̃ voluntatis mee eſt dicit domi
nus mors impij ſed vt conuertat̃ a vijs
ſuis ⁊ viuat.Inter homines eandẽ fideꝫ
quã debet ſeru⁹ domino ⁊ dominus de
bet ſeruo.Sicut infidelis eſt ſeruus ſi nõ
ſeruit domino ſuo.Ita infidelis eſt domi
nus ſi nõ ſubueniat ſeruo.cũ inimici do
mini impugnant eũ ⁊ nõ ſufficit eis reſi-
ſtere : ideo certiſſime ſperare debet q ab
ab hoſte inuiſibili impugnatur.ſi tẽpta-
tio ſupra vires eius eſt:ꝙ deus ei in ſuc-
curſum veniat vel qa ipſe negligẽs mit-
tendo ei nunciũ orationis fuerit vel infi-
deliter vltro ſe reddiderit.i.Cor.x.Fide-
lis deus eſt qui non patietur vos tẽptari
ſupra id quod poteſtis ſꝫ faciet cũ tẽpta
tione prouentũ vt poſſitis ſuſtinere.Le-
gitur de beato martino ꝙ cũ inter alpes
incidiſſet in latrones ⁊ vnus latronũ eũ
ferire vellet alius ictũ ferientis cõtinuit,
⁊ cũ poſtea latrones quererẽt ab eo an
timuiſſet dixit ſe nunq̃ magis ſecurũ fuiſ
ſe qa ſciebat miſericordẽ.deũ maxime in
temptationibus aſſuturum.Ber.Cum-

ſentio te iratū tunc ſpero te propitiuꝫ qꝛ cū irat⁹ fueris mie recordaberis. Tertia 3 cōſideratio eſt bonitatis diuine cui cum ſumma ſit ſūme placet bonitas ſumme diſplicet malitia. Unde veriſimile eſt ꝙ parata ſit iuuare eos qui volūt maliciaꝫ deſerere ⁊ bonitati adherere. Sap. xiiij. Odio ſunt deo impius ⁊ impietas eius. Et Eccle. xij. Altiſſimus odio habꝫ peccatores. Et Prouer. xij. Qui bonus eſt auriet gratiā a dn̄o. Quarta eſt cōſideratio 4 diuine mie. Deus enī cū ſumme ſit miſericors nō minus vult miſeros a miſeria liberare ꝙ̄ ipi liberari. Auguſtin⁹ loquēs de illo verbo petite ⁊ acci. Nō tm̄ inquit hortaretur vt peterem⁹ niſi dare vellet. Erubeſcat hūana pigricia plus vult ipſe dare ꝙ̄ nos accipere. plus vult ipſe miſereri ꝙ̄ nos a miſeria liberari. Miſericordia dei quādoqꝫ offert peccatori etiaꝫ ꝙ peccator petere nō audet: vt oſtendit Auguſtinus in latrone qui domino ait: memēto mei cuꝫ ve. in re. tuum. Luc. xxiij. Cōſiderabat inquit facinora ſua ⁊ pro magno habebat ſi vel ei in fine parceretur. dominus aūt cōtinuo dicit hodie mecū. e. in. p. Miſericordia obtulit ꝙ miſeria diſtulit. Auguſtinus in lib. confeſ. domine vna eſt ſpes vna fiducia vna firma promiſſio mia tua. Dauid Domie in miſericordia tua ſperaui. Itē melior eſt miſericordia tua ſup vitas. ber. ſuper cant. Meum meritū miſeratio domini. Non plane ſum meriti inops. q̄diu ille miſerator aſſuerit. ¶ Tres alias ſpecies cōſiderationis in deū meruit. b. in ſermone illo. Miſericordias domini in eternū cantabo. Tria inquit conſidero in qbus to-
5 ta ſpes mea cōſiſtit. Charitateꝫ adopta-
6 tionis. veritatē promiſſionis: poteſtateꝫ
7 redditionis. Idē ſcio cui credidi ⁊ cert⁹ ſuꝫ: qꝛ in charitate nimia adoptauit me: qꝛ verax in promiſſione quia potens in exhibitione hic eſt funiculus triplex qui difficile rumpitur quē nob a patria nōſtra in hūc carcerē dimiſſuꝫ firmiter obſecro teneamus vt nos ipſe ſubleuet trahat ⁊ pertrahat vſqꝫ ad cōſpectum. glie
5 magni dei. De charitate adoptionis. Legitur. i. Jo. iij. Uidete qualē charitatē dedit nobis deus pater vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Multū debet monere homines ad hoc ꝙ de deo ſperēt hoc ꝙ deus pater eorū eſt. Ubi loquēs de dominica orōne. Mihi inquit dictat oratio cuius principiū dulce nomine paterno ſequentiū petitionū obtinendarū preſtat fiduciam ⁊ Glo. Mat. vi. Sup hoc nomē pater. In hoc inqt datur fiducia. Quod negatur filijs qui dedit iam ꝙ pater eſt. Et Luc. xi. Si vos cū ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris quanto magis pater noſter celeſtis dabit ſpiritū bonū petentibus ſe. ¶ Ad hāc cōſiderationē pertinet parabola de filio prodigo. Luc. xv. Ubi filius ad patrē rediēs cum oſculo ⁊ amplexu recipitur ſolemne conuiuiū celebratur. Simphonia cū choro auditur: ⁊ ſubdit pater miarū epulari ⁊ gaudere oportebat qꝛ frater tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit periperat: ⁊ inuentus eſt. Ad eandem cōſiderationē pertinet illud. Mat. vi. Nolite ſolliciti eſſe dicētes qd manducabimus aut quid bibem⁹ aut quo operiemur. ſcit enim pater noſter ꝙ hijs oībus indigetis. Cuꝫ natura doceat aialibus bruta vt puideant fetibus ſuis: ⁊ naturalis ratio dictet hominibus vt puideant filijs ſuis. Ueriſimile eſt ꝙ pater celeſtis nō deſit filijs ſuis conſilio eius ⁊ auxilio indigentibus. Promiſſiōes etiā dei que mentiri nō poſſunt que in ſcriptura cōtinentur multū poſſunt iuuare ſpē. Dauid memor eſto verbi tui. ſ. t. i. q. m. ſ. d. Ro. xv. Ut per patientiā ⁊ conſolationeꝫ ſcripturarum ſpem habeamus. Itē poteſtas dei cōſiderata multū poteſt ſpēm iuuare cui eque facile eſt liberare a magnis piculis vt a paruis ⁊ ſaluare in paucis ſicut in multis ⁊ ſolo ꝟbo poteſt implere promiſſiones ſuas. Eccle. viij. Sermo illius poteſtate plen⁹ eſt. ¶ Seqtur de illa ſpecie conſiderationis que eſt circa illa que pro deo agimus vel ſuſtinem⁹ bona opa que facimus cōſiderata ſpecie iuuāt vnde in ps. Sacrificate ſacri. i. ⁊ ſpe. in. domino. Sic poteſt homo ſperare in domino ſi ſacrificiū iuſtitie prius obtulerit. Tit. ij. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus i hoc ſeculo: ex. be. ſ. Greg. In moralibus. Cū opus creſcit premij fiducia pficit. ſecurus eſt de re qui bonū pignus apud ſe habet. Sic ſecuri ſunt de regno futuro. q habēt pignus ſpiritus. ſ. xi. Cor. i. Qui

dedit pignus ſpecie in cordibus noſtris. Ad hoc. Eph. i. qui eſt pignus hereditatis noſtre. ¶ Jtē ſecure eſt qui habet bona opera quaſi quedam pignora. Greg. Jn moralibus. Sancti viri quot labores nūc veritati cōmendantes exhibēt tot iā remunerationis ſiue pignora inter ſpei cubiculū clauſa tenēt: ſecurus eſſe poteſt de regno futuro cui iā in preſenti datum eſt ſuper ſeipm regnare. Ber. non eſt via ad regnū ſine primitijs regni: nec ſpare pōt celeſte regnū cui non ſuper propria mēbra adhuc regnare donat: mala etiā que pro deo ſuſtinem⁹ cōſiderata ſpecie adiuuāt. Ro. v. Tribulatio patiētiā opatur: patiētia pbationē pbatio aūt ſpē. Greg. in moralibus. Bonorū mens quo duriora pro veritate tolerat eo eternitatis premia certius ſperat. Jdē tanto ſpes in deū ſolidior ſurgit quāto pro eo quiſ grauiora pertulerit. Sene. Uires animi nunq̄ certā fiduciā dare poſſunt niſi cū multe difficultates hinc ⁊ illinc apparuerit ⁊ aliquādo ppius acceſſerint. Jlle qui fudit ſanguinē ſuū cuius dentes crepuerunt ſub pugno cū magna ſpe deſcēdit ad pugnā. Multū adſit ſibi virtus laceſſita. ij. Certus eſt de re que venalis eſt que vel qui pretiū habet apud ſe. Sic certus eſt de regno futuro q̄ multas tribulationes ſuſtinuit pro xp̄o qb⁹ regnū celorū emitur. Act. decimoquarto. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Math. v. Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſticiā qm̄ ipſorū eſt regnū celorum. ¶ Et notandū q̄ cū bona que pro deo agimus vel mala que ſuſtinemus ea dei grē attribuere debem⁹ exēplo pauli. dicentis. i. Cor. decimoquinto. Habundātius illis oībus laboraui non ego aūt ſed gratia dei mecū. ¶ Sequitur de illa ſpecie cōſiderationis que eſt circa dei beneficia quā poſſumus diſtinguere in quatuor ſpecies Prima eſt circa beneficia generalia ⁊ ſpiritualia vt eſt redemptio mūdi ⁊ alia bn̄ficia generalia que ad ſalutē humani generis pertinent. Ad hanc cōſiderationē pertinet illud. Ro. viij. Qui proprio filio ſuo nō pepercit ſed pro nobis oībus donauit illū quomodo nō cū illo oīa dona uit nobis. ⁊ Thim. ij. Qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab oī iniquitate. Ber. domine qd eſt homo q̄ innotuiſti ei. a. ſ. h. q. re. e. Deniq̄ mittis vnigenitū: immittis ſpiritū tuū: promittis etiā vultū tuū. Et ne quid vacet in celeſtibus ab opera ſollicitudinis nr̄e etiā ⁊ illos bonos vel beatos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium. Jtē. B. ſuper illud. cant. xi. colūba mea in foraminib⁹ petre. Clauus penetrās ⁊ clauus reſerans factus eſt mihi vt videā voluntatē dn̄i. Qui enim videā p foramē. Clamat clau⁹ clamat vulnus. Jdeo patet archanū cordis per foramina corporis patet illud magnum pietatis ſacramentū patent viſcera mie in qbus viſitauit nos ori. ex. Jdē in quo clarius q̄ mulieribus tuis fluxiſſet q̄ tu domine ſuauis ⁊ mittis ⁊ multe mie. Maiorē enī miſerationē nemo habet q̄ vt animā ſuam ponat quis pro addictis ⁊ damnatis. ¶ Secūda cōſideratio eſt circa beneficia ſpiritualia particularia ad qđ pertinet illud. ber. ſup cant. oīno inquit ppter manſuetudinem que in te predicatur currimus poſt te domine ieſu audiētes q̄ nō ſperans pauperē peccatorē nō horreas. Nō obruiſti cōfidentem latronē. Nō lachrimātē peccatricē. Nō cananeā ſupplicantē. Nō deprehenſam in adulterio non ſedentē in tholoneo nō ſupplicantē publicanū nō negātem diſcipulū non perſecutorē diſcipulorum nō ipſos crucifixores tuos. Jn odorē vnguentorū horū currimus. ¶ Tertia cōſideratio eſt circa beneficia generalia corporalia vt eſt creatio mūdi gubernatio ſuſtentatio. Ad hanc cōſiderationem pertinet illud. Math. vi. Reſpicite volatilia celi que non metūt neq̄ ſerunt neq̄ cōgregāt in horrea ⁊ pr̄ nr̄ celeſtis paſcit ea. Nonne vos magis plures eſtis illis? Et poſt de veſtimento quid ſolliciti eſtis conſiderate lilia agri ⁊c. ¶ Quarta cōſideratio eſt circa beneficia corporalia ⁊ ſpiritualia de quibus in ſcriptura legitur. vt eſt cōuerſatio trium puerorum in fornace. Dan. tertio. Et liberatio ſuſane. Eiuſdem. decimotertio. ¶ Seqtur de illa ſpecie cōſiderationis que eſt circa merita ſanctorū vel ſuffragia. Quā in quatuor ſpecies diuidere poſſumus. ¶ Pria eſt circa mediatorē dei ⁊ hominū xp̄m

2 ieſuz. ¶ Secūda eſt circa media tricem ſcilicet beatā virginē. ¶ Tertia circa an
3 gelos. ¶ Quarta circa ſanctos. ¶ Pria multū ſpem roborat ad quā pertinēt auctoritates ſacre ſcripture. Ber. ſup cant. Puto iam ſpernere me nō potuerit xp̄s os de oſſib⁹ meis: ⁊ caro de carne mea. Aug. in li. de ciui. dei. Gratia ingt dei nō potuit gratius cōmendari: q̄ vt ipſe vnicus dei filius in ſe incōmutabiliter manens indueret hominē ⁊ ſpem dilectionis ſue daret hominibus homie medio quo ad illuz ab hominibus venire: ur q taz longe erat. Juſtus ab impijs beat⁹ a miſeris. G. prebet apud deuz homini fiduciā deus homo eſt nobis ſpes magna penitētibus qa aduocatus noſter factus eſt iudex noſter. i. Jo. ij. Si qs peccauerit aduocatū habem⁹ apud patrē ieſum xp̄m iuſtū: ⁊ ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris. Ro. viij. Qui eſt ad dexteraz dei qui etiaz interpellat pro nobis. Ipſe ſm ꝙ hō poſtulat ſm qd̄ de⁹ dat. Dauid accepiſti dona in hominibus: xp̄s dicit accipere dona in hominibus. qa merito ei datur eccleſie dona cariſmatū. Unde eccleſia in fine orationū petit orationez ſuam exaudiri per dn̄m ſuuz ieſum xp̄z. ⁊ ad Heb. vij. Dicitur de ipſo ꝙ in ꝑpetuū ſaluare pōt accedēs per ſemetipſuz ad deū ſemper viuēs ad interpellanduz pro nobis. Eiuſdez. xi. Jeſus intrauit in ipſum tēplū vt appareat vultui dn̄i pro nobis Jn. ps. reſpice in faciē xp̄i tui. Reſpiciens de⁹ pater q̄ care eccleſie cōſtituit filio ſuo pcit eccleſie. Itē in ſpalmo. Scitote qm̄ mirificauit dn̄s. ſ. ſu. d. ex. m. c. cl. ad. Et ſup illud ps. Saluum fac populum tuum dicit. Glo. Ecce quanta ſpes credentium eum pro eis orat paſſus pro eis ⁊ iudex etiam aduocatus eſt.

¶ Quod cōſideratio virginis ſuffragij iuuat ſpem.

2. Onſideratio etiā mediatricis noſtre multā fiduciā nobis pōt dare Jpſa enim eſt dulced o: ⁊ ſpes noſtra vbi cantat eccleſia. Jpſa eſt mater ſcē ſpei. Jn ipſa eſt gratia oīs vite ⁊ veritatis: ⁊ oēs ſpe s vite ⁊ virtutis. Ec. xiiij. Et ad hāc cōſid erationē: ⁊ ad precedentē ptinet illd̄. B. Secur habes acceſſuz o hō ad deū: vbi hēs filiū añ patrē: ⁊ añ filiū matrē. Filius oſ̄dit pr̄i cicatrices ⁊ vulnera. Mater oſ̄dit filio pectus ⁊ vbera: nec vlla pōt eſſe repulſa vbi tot caritatis occurrunt inſignia. beata virgo tronus gr̄e in qua. ſ. fons gr̄e quieuit. Heb. iiij. Adeamus cū fiducia thronū gr̄e eius vt miam conſequamur. Jero. xiiij. Solij glorie tue recordare: ⁊ ne irritū facies ſedus tuū nobiſcū. Soliū glorie eſt btā virgo. Jpſa eniz thronus eburneus de quo. iiij. Ro. x. Et. ij. Paral'. ix. Jpſa eſt ſtella maris. Luc. i. Et nomē ꝟginis maria qd̄ interpretat̄ ſtella maris: ipſa naufragantes in mari huius mūdi cū aliᷓ cōſiliuz ⁊ auxiliū deficit: ad portū ſalutis dirigit. Sicut eſt: quedaz ſtella que naufragātes in mari viſibili cū tēpus obſcurū eſt ad portū dirigit. b. ſuper illud euangelium miſſus eſt angelus gabriel. Si inſurgūt ingt venti tēptationū. ſi incurris ſcopulos tribulationū reſpice ſtellaz voca mariā ⁊ paulo poſt in periculis in anguſtijs in rebus dubijs mariā cogita. mariaz inuoca non recedat a corde nō recedat ab ore: ⁊ vt ipetres eius auxiliuz nō deſeras cōuerſationis exemplū: ipſam ſequēs nō deuias: ipſam rogans nō deſperas: ipſa ſ cogitās nō erras. ipſa tenēte nō corruis. ipſa protegēte nō metuis. ipſa duce non fatigaris. Jpſa propicia ꝑuenis: ⁊ ſic in temetipſo experiris ꝙ merito dictuz ſit: ⁊ nomen virginis maria. Jpſa data eſt mūdo quaſi aqueductus per quē gratie a deo deſcendat. Eccle. vigeſimoquarto. Sicut aqueductus exiui a paradiſo. b. loquens de ipſa vehemētia inquit deſide rij feruorē deuotionis puritatē oratiōis fontē attigit pietatis vt hauriret ſup angelos q̄ refunderet hominibus aquā viuam. Idē propterea tanto tēpore fluenta gratie defuerunt: qa nōduz interceſſerat aqueductus. ipſa eſt collū caput eccleſie. ſ. xp̄m corpori eius cōiungens. Qui ipſi per amorem nō adhereret nō adherebit capiti: ſicut nec corp⁹ adheret capiti collo ammoto. Cant. ſexto. Colluz tuū ſicut turris eburnea. Collū eſt beata ꝟgo quātum ad meditationē. turris vero eſt: quātum ad defenſionē. ipſa eſt etiā virga directionis errātes in via preſentis vite ſalubriter dirigens. Itez eſt virga inſignis clemētie a vero aſſuero mundo extenta.

Heſter.iiij. Aſſuerus interpretatur beati-
titudo. Ipſa eſt virga moyſi a pharaone
infernali: ⁊ eius exercitu iſraelitas libe-
rās. Exo. decimoquarto. Et cordibus ari-
dis ⁊ duris aquā deuotionis prouidens.
Numeri. xx. Ipſa eſt virga de radice ieſſe
egreſſa .i. de incendio diuini amoris Iſa.
vndecimo. Ieſſe eni ⁊c. interpretatur in-
cendiuȝ ex magnitudine diuini amoris
fuit ꝙ deus dedit mundo beatā virginē:
que occaſione peccatorū̄ habet gratiam
quā habet apud deū. Nunq̄ enim fuiſſet
mater dei niſi peccatores fuiſſent: q̄a nō
fuiſſet neceſſe. Ideo parata eſt eā expēde-
re in pctōres. Vn̄ ſecure pctōres poſſunt
ad eam accedere tanq̄ ad ſuā quodāmō
q̄a ſibi datā. Aug. in oīonem ad beatam
mariā. O maria inq̄t multū audeo mul-
tū gaudeo multū gaudiū multā mihi fa-
cit audaciaȝ mira loquar ſed ſic eſt. Nos
eni tibi teq̄ȝ nobis mira viciſſitudo cōfe-
derat: vt .ſ. pro nobis hēās id eſſe qđ es.
Nos vero per te id eſſe ſumus. Si enim
nulla preceſſiſſet noſtra trāgreſſio nō eſ-
ſet ſecuta noſtra redemptio. Et ſi neceſſa-
riū nō eſſet redimi nō eſſet neceſſariuȝ te
parere redēptorem. vt q̄d eni neſciū pec-
cati pro peccatorib⁹ parereſ ſi deeſſet q̄
peccaſſet. Ut q̄d mater fiereſ Saluato-
ris ſi nulla indigētia eſſet ſalutis. ¶ Itē
eſt virga que florē nouū ꝓtulit. ⁊ fructuȝ
ſufficientē ad mūdi redemptioneȝ ⁊ ad
electorū eternā refectioneȝ. Ipſa eſt que
meſtis cōſolationis vinūȝ ꝓuidet. Jo. ij.
Uinuȝ ait ipſa filio ſuo non habēt. Ipſa
ē dei cellaria. de qua familia dei merito
gaudet. Cant. i. Introduxit me rex in cel-
laria ſua ⁊ ſubditur in ꝑſona fideliū exul-
tabim⁹ ⁊ letabimur in te. ¶ Ipſa eſt au-
rora furibus infernalibus tremebūda.
Cant. vi. Que eſt iſta que ꝓgreditur q̄ſi
aurora cōſurgens. Job. xxiiij. Si ſubito
apparuerit aurora arbitrātur vmbram
mortis. Ipa pulchra vt luna. Cāt. vi. Lu-
minare eſt noctis lucēs eis que ſunt in
nocte pcti. Ipa eſt mediatrix luminis lu-
na recepit lumē a ſole ⁊ dat mūdo. Cum
mūdus ꝓpter aliq̄đ interpoſitū ſibi ⁊ ſo-
li nō pōt illum recipere a ſole. Sic beata
virgo lumē gratie recipit cū mūdus nō
eſſet dignus illud recipe. Ber. cum tu di-
gnus nō eras cui filius dei daretur dat⁹
eſt ⁊ marie vt per eā acciperes q̄cq̄d ha-
beres. Ipſa ꝓpinq̄ua valde eſt peccatori-
bus ſicut luna inter planetas ꝓpinquior
eſt terre. ¶ Pulchritudo eius eſt vt pul-
chritudo lune q̄a hijs qui ſunt in nocte
peccati pulchra cōparet ꝓpter magnitu-
dinē mie ſue ad quā tales maxime habe-
ant oculos. Eccle. xxiiij. Sicut oliua ſpe-
cioſa in cāpis. Cāt. iiij. Pulchriora ſunt
vbera tua vino. Ber. in ſermonibus nos
q̄dē inquit in ceteris virtutibus ꝯgaude-
mus tibi. Sed in mia tua poſt nobis ip-
ſis laudamus virginitatē humilitatem
miramur. Sed mia miſeris ſapiētia dul-
cius hanc amplectimur carius recorda-
mur ſepius crebrius inuocamus. hec eſt
eni que toti⁹ mūdi reparationē obtinuit
ſalutē oīum impetrauit. Cōſtat eniȝ pro
vniuerſo genere humano fuiſſe ſolicitā:
cui dictū eſt. Ne timeas maria inueniſti
gratiā quā querebas. Quis eni mie tue
o benedicta longitudinē ⁊ latitudineȝ ⁊
ſublimitatē ⁊ profundū queat inueſtiga-
re? Nā longitudo eius vſq̄ȝ in diē nouiſſi-
muȝ inuocātibus eā vniuerſis ſubuenit.
Latitudo replet orbē terrarū vt tua mia
quoq̄ȝ eſt plena oīs terra. Sic ⁊ ſublimi-
tas eius ciuitatis ſuperne inuenit reſtau-
rationē. ⁊ profundū eius ſedētibus in te-
nebris ⁊ vmbra mortis obtinuit redem-
ptionē. Parte enim celū impletū eſt. In-
fernus euacuatus. Inſtaurate ruine cele-
ſtis ieruſalem expectātibus miſeris vita
ꝑdita data. Sic potentiſſima ⁊ pijſſima
charitas ⁊ affectus cōpatiendi habun-
dat: effectus que locuplex i vtroq̄ȝ. ¶ Ad
hūc igitur fontē ſitibūda ꝓperet aīa no-
ſtra. Ad hūc viuere tumulū tota ſollicitu-
dine miſeria noſtra recurrat. Idē ſileat
miam tuaȝ virgo beata ſi q̄s eſt qui in-
uocatā eam in neceſſitatibus ſibi memi-
nerit defuiſſe. Miſericordia eius nō de-
fuit etiaȝ theophilo. ¶ Fuit theophilus
in quadā vrbiū ſicilie taȝ prudēter. ⁊ vti-
liter res eccleſiaſticas diſpēſans ꝙ cum
mortuo epō dignū epatu oīs populus ac-
clamauit. At ille ꝯtemptus ſe in domina-
tu alium maluit ordinari epm. A quo ab
honore ſuo iniuſte depoſit⁹ ad tantā ipa-
cientiā deuenit vt cōducto quodā mago
hebreo ad recuperādū honorē ſuū opem
quereret a principe demoniorum a quo

iuſſus eſt negare filiū dei ⁊ matrē eius cū omni ꝓpoſito xp̄iani ⁊ ipſā abnegationē ſcribere ⁊ abnegationē tradere. ⁊ ſic ei⁹ ſeruitio ſe addixit. qui i craſtinū recuperato honore ſuo non multū poſt reuerſus ad ſe in eccleſia btē marie oī penitētia ſe affligens p̄rimo ſibi piā matrē dei recōciliauit. cuiq; ſibi apparēte abrenūtians diabolo xp̄m filium verū dei ex maria virgine natū ⁊ oē xp̄iani ꝓpoſitū profitens per eā ⁊ xp̄i filij eius gratiā recuperauit. Et ad iudiciū iduite ſibi venie rurſū ei dormiēti apparens xp̄i mater etiā ſcriptū abrenūtiationis quod ſignatū diabolo dederat ſup pectus eius repoſuit. Quo theophilus recepto i craſtinū die dominico corā ipſo ⁊ oī eccleſia pandēs ordinē rei oēs ad ſtuporē ⁊ laudē dei ⁊ genitricis xp̄i marie cōmouit. Et in eodem loco quo ſibi pia virgo apparuit perſtās ibidē poſt triduū mortuus eſt ⁊ ſepultus. ¶ Itē beata virgo eſt electa vt ſol. Cant. vi. Sicut enim ſol eſt luminare par ſibi nō habēs toti mūdo ſufficiens. Sic btā virgo nec primā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentē. Ipſa lucet fulgore miraculorū vbiq; terrarū. Non ſic alij Sancti qui aliquot annis poſt tranſitū ſuū fulſerant miraculis ⁊ hī in ſpecialib⁹ locis. Suffragia vero beate virginis vſq; in diē iudicij non ceſſabunt. Eccle. xxiiij. Uſq; ad futurū ſeculū nō deſinam. ¶ Ipſa eſt terribilis hoſtibus infernalibus vt caſtrorū acies ordinata. Cant. vi. Ideo fideles in temptationibus ſuis frequēter debēt eā inuocare. Ipſa eſt mulier cōterens caput ſerpētis infernalis. Gen. iij. Sed ſunt qui videntur velle ꝙ ipſa cōterat caudā qui nō in principio temptationis eam inuocant. ¶ Ipſa eſt archa teſtamēti. Ex. xxv. In hac archa poſuit dn̄s theſaurum quem mūdo contulit. Ad hanc archā recurrit eccleſia in neceſſitatib⁹ ſuis. Ipſa eſt archa non ſolū plena ſed etiam ſup plena. ber. ſuper illud. Spūs. ſ. ſuperueniet in te. Cur in eā inquit tā plenā ſuperuenturū aſſerit ſpiritū. s. niſi vt adueniēte ſpiritu plena ſibi ipſo quoq; ſuperueniente nobis ſup plena. i. ſuper effluens fieret. Ipſa preter coronā quā ſibi meruit: meruit etiā peccatoribus ad eā recurrētibus ꝓpiciationē. Unde ſup coronam arche fuit ꝓpiciatorium. Ipſa eſt mulier gratioſa inueniēs gloriā hijs pro quibus eam querere voluerint. Prouer. xi. Ipſa etiā eſt mulier bona de qua. Prouerbi. xviij. Qui inuenit mulierem bonam inueniet bonum ⁊ hauriet iocunditatem a domino. Anteq̄ ipſa eſſet magna fuit penuria bonorū ſpūalium in mundo. Eccle. xxvi. Ubi non eſt mulier ingemiſcit eger. Ipſa eſt mater non ſolum filij dei naturalis ſed etiam oīum filiorū dei per gratiam. Unde ꝙ dominus dixit diſcipulo quem diligebat de ipſa. Ecce mater tua Jo. xix. Intelligendū eſt de quolibet quē chriſtus diligit. Et Cant. viij. Mater vocatur qs mihi det te fratrē meū ſugentem vbera matris mee. ſ. marie. Ideo frequēter dicendū eſt ei illud quod cātat eccleſia. Monſtra te eſſe matrē. Indigebat mūdus matre ꝓpter prauitatē puſillanimitatis ⁊ defectuū multiplicitatē. Ipſa adiutrix puſillanimū. Uñ dicit ei eccleſia iuua puſillanimes. Nolite timere puſill⁹ grex qa cōplacuit matri nr̄e dare nobis regnū. Ipſa eſt mr̄ mie. b. qñ miſereri nō poterit mater oīpotētie. qñ miſereri nollet mater mie. Idē reuolue totā ſeriē euangelij ⁊ ſi qd aſperum ſi qd durū inueneris in maria deinceps eā ſuſpectā habeas ⁊ ad eam accedere verearis. Ipſa eſt mater pulchre dilectionis. Eccle. xxiiij. Nō amans filios ſuos fatuo amore vt alique mr̄es faciunt. Ipſa omnes filios dei q ſunt in mūdo iſto q̄ſi geſtat in viſceribus pietatis exhibēs eis vbera cōſolatiōis. Cant. iiij. Pulchre ſunt mamme tue. In eodem pulchriora ſunt vbera tua vino. Itē ſicut chriſtus eſt hoſtiū regni celorū. Jo. vi. Ita ipſa ē feneſtra ipſius. Uñ cātat eccleſia. Intrēt vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es. Ipſa ſignificata ē per feneſtrā arche quā hebrei dicūt fuiſſe criſtallinā per quā hūit tranſitū colūba q ceſſationē diluuii indicauit ſpē ſalutis attulit. Ipſa ē fons iter eccleſie irrigans ⁊ fecundū reddens. Cant. iiij. Fons ortorū ⁊c. Fons in vallibus inuenitur ⁊ btā virgo humilibus eſt familiaris loca fonti vicina florida ſolent eſſe ⁊ viridia ſic familiares beate virginis florent virtutibus ⁊ virent bonis operibus. Eccle. xl. Super

omnem aquā viriditas. ¶ Sequitur de
illa ſpecie ꝯſiderationis que eſt circa an
gelos. ad quā pertinent illa verba ſacre
ſcripture que nobis indicāt beniuolētiā
vel beneficentiam angelorū vt eſt illud.
Luc. xv. Gaudium eſt oībus angelis dei
ſuper vno peccatore penitentiā agēte: ⁊
illud ps. Angelis ſuis deus. m. d. t. u. c. t.
i. o. v. t. ber. loquens de hoc verbo. quātā
inquit debet tibi hoc verbū inferre reue-
rentiā ferre deuotionē cōferre fiduciā.
Reuerentiā pro preſentia. deuotionē pro
beniuolētia: fiduciā pro cuſtodia. Idem
quicquid ſub tātis cuſtodibus timeam⁹
nec ſuperari nec ſeduci. Minus aūt ſedu
cere poſſunt. Fideles ſunt prudētes ſunt.
Quid trepidamus. tātū ſequamur eos
adhereamus eis. ⁊ in protectione dei celi
cōmorabimur. Jer. Magna eſt dignitas
animarū vt vna queqꝫ habeat ab ortū
natiuitatis in cuſtodiā ſui angelū delega
tum. ber. loquens de illo verbo. Jſa. lxij.
Super muros tuos ieruſalem cōſtitui cu
ſtodes benignus es inquit dñe qui non
es cōtemptus noſtrorū fragilitate muro
rū ſed ipſis hominū cuſtodibus angeli-
cam cuſtodiā ſupponis. Ad eandē conſi
derationem pertinet illud. Math. xviij.
Uidete ne contemnatis vnū ex puſillis
iſtis. Angeli enim eorū. ſ. u. f. p. q. i. c. eſt.
Itē illud. Heb. i. Nōne oēs adminiſtrato
rij ſpūs. in miniſteriū miſſi ꝑpter eos q
hereditatē capiunt ſalutis. ij. Exo. xxiij.
Ecce ego mitto angelū meū q precedat
te ⁊ cuſtodiat in via ⁊ introducat ad lo-
cum quē paraui. Tho. v. Angelus dñi
cōmittetur vobiſcū. Eiuſdē. xij. Quādo
orabas cū lachrimis ait angel⁹ tobie ego
obtuli oratione tuā domino. Et Luc. xvi.
Factū eſt vt moreretur mēdicus ⁊ porta
retur ab āgelis in ſinu abrahe. Et. Apoc.
xij. Michael. ⁊ angeli eius preliabantur
cū dracone. Ber. ſuper. Cant. vnde totū
agitur o mater eccleſia. bene tecū agitur
in loco peregrinationis tue de celo ⁊ de
terra venit auxiliū tibi. ¶ Sequitur de il
la ſpecie cōſiderationis que eſt circa ſan
ctos ad quā pertinet illud. Job quarto.
Ad aliquē ſanctorū conuertere. ⁊ illud.
Pſalmus. Leuaui oculos meos in mon
tes. u. u. au. mihi. Montes ſpūales. San
cti ſunt. ⁊ illud. ber. Tria ſunt que in fe-
ſtiuitatibus ſanctorū vigilanter cōſide-
rare debem⁹. Auxiliū ſancti exēplum ei⁹
confuſionem noſtrā. Auxiliū quia potēs
in terra potētior in celis ante faciem dñi
dei ſui. Si hic dū adhuc viueret miſert⁹
eſt peccatoribus ⁊ orauit pro eis. nūc tan
to amplius quāto verius cognoſcit miſe
rias noſtras orat pro nobis patrem quia
beata illa patria charitatē ei⁹ nō immu-
tauit ſed augmentauit ⁊ nō induit poti-
us ſibi viſcera miſericordie cū ante fon-
tem miſericordie aſſiſtit. ber. ſuper cant.
Non ambigo quin apoſtoli ⁊ apoſtolici
viri tanto in morte potētius ſponſam ꝓ
tegant ⁊ cuſtodiāt quāto in ipſa ampli⁹
cōfortatus eſt principatus eorū. Cū cha-
ritas ſanctorū in via modica ſit reſpectu
charitatis eorū in patria. Secundū illō
Jſa. xxxi. Dicit dominus cui⁹ ignis eſt in
ſyon ⁊ caminus eius in hieruſalem. ve-
riſimile eſt ꝙ ſancti qui in hoc mūdo tā
tum amauerūt peccatores ꝙ pro ſalute
eorum ſe morti expoſuerūt multum ſint
parati iuuare eos modo in hijs que ad
ſalutē eoꝝ pertinent niſi per culpam eo-
rū ſteterit. vnde multam deberemus ha
bere fiduciam in eis: ⁊ ſpecialiter in illis
quorū pietatis plura argumēta habem⁹
ſicut in illis qui in hac vita mortali legū
tur fuiſſe pietatis eminētis. vt de beato
nicholao legit ꝙ erat valde cōpatiēs ⁊
ſup afflictos pia geſtans viſcera ⁊ Beat⁹
martin⁹ dimiſit palliū pauperi ⁊ in illis
qb⁹ morte iminēte patiēter deū ꝓpitiū fie
ri hijs qui memoriā eoꝝ agēt. vt beata ca
therina que xpo ait fac miſericordiā me
am agentibus memoriam. Et in hijs de
quorum tumba manet oleū ad iudiciū
pietatis eoꝝ vt de tumba beati nicholai
⁊ de tumba beate catherine.

¶ De hijs que aduerſantur ſpei. iiij.

Sequitur de hijs q ſpei aduerſan
tur ſpei vero videnē aduerſarij
diffidentia de deo: ſiue deſpera-
tio: ⁊ cōfidentia in creaturā. ¶ Deſpera-
tio hominē reddidit maledictū: ⁊ prote-
ctiōe dei indignū. Eccle. ii. Ue diſſolutis
corde qui nō credūt deo: ⁊ ideo nō ꝓte-
gentur ab eo. Deſperat⁹ eſt ſimilis caym
caput cordis habet tremulū. Uagus ⁊ ꝓ
fugus eſt: a ꝓcella tēptationis a terra vi-
uentium proiectus eo ꝙ nō habeat an-

choram ſpei qua retineat. ¶ Deſperatio
eſt peccatum in ſpiritu.ſ. vnde ſuper illud
Geñ.iiij. Maior eſt iniqtas mea ꝛc. di-
cit. Glo. Deſpatio eſt blaſphemia in ſpi-
ritu.ſ. que nõ remittitur neq; in hoc ſecu
lo neq; in futuro: qa aut putat deũ nolle
dimittere aut non poſſe tãq̃ aut oĩa non
poſſit: aut inuideat ſaluti. De deſperatiõe
reqrit̃ ſupra in capitulo de cõmendatiõe
ſpei in fine: ꝛ in tractatu de accidia ſecũ-
b da parte. Decimoqnto capitulo. ¶ Cõfi
dẽtia vero in creatura triplex eſt. prima
eſt preſumptio ſiue cõfidẽtia de ſe. Secũ
da ꝯfidẽtia in homine. Tertia ꝯfidentia
in re inferiori homine: vt in diuitijs. De
prima dicit̃. Prouer.xxviij. Qui cõfidit
in corde ſuo ſtult⁹ eſt: vere ſtultus eſt hõ
de ſe preſumẽs cũ hõ ex ſe nõ ſufficiat ne
q; ad ſubſiſtendũ neq; ad bñ viuendũ.
¶ Tripliciter eſt hõ inſufficiẽs ad ſubſi
ſtendũ. ¶ Primo q2 ſm verbũ. Gre. eſſe
c oium que de nihilo ſunt in nihilũ tende-
ret niſi ea omniũ auctor manu regiminis
retineret. ¶ Secũdo q2 nõ eſt ſufficiens
defendere ſe ab hoſtib⁹ ſuis imo a demo
nibus cito perimeretur: niſi a domino ꝓ
tegeretur. Treñ.iij. Miſericordia dñi: q2
nõ ſumus cõſumpti. Ber. ſi boni ſpũs ſe
a nobis elongauerint ĩpetum malignoꝝ
ſpirituũ ſuſtinere qs poterit? ¶ Tertio
quia cibo indiget ſine quo vita ei⁹ defice
ret: que inſufficientia nõ eſt in angelo i-
mo nec in lapide David Eſurientes ꝛ ſi-
tientes anima eorum in ipſis de. ¶ Item
d ad bene viuendũ multipliciter iſufficiẽs
eſt. ¶ Primo qa nõ ſufficit ex ſe bonam
vitã inchoare. i. Cor.xv. Nõ ꝙ ſufficien-
tes ſimus aliqd cogitare ex nobis quaſi
a nobis. Cogitatio primũ opus eſſe vide
tur: poteſt hõ per peccatũ ſe occidere: ſed
nõ poteſt ſe occiſum ſuſcitare. Sap.xvi.
Homo per maliciã occidit animã ſuam
Oſee.xiij. Perditio tua iſrael: tantũmo-
do ex me auxiliũ tuũ. ¶ Secũdo inſuffi-
ciens eſt in bono inchoato perſeuerare.
Greg. Cito bonũ amittitur niſi a largiẽ
te cuſtodiat̃. ¶ Tertio inſufficiens eſt in
bono inchoatio proficere. b. Super illud
Cant. Trahe me poſt te dicit in pria Ec
cle. Domine ſcio me nequaq̃ poſſe perue
nire ad te niſi gradiendo poſt te: ſed nec
hec quidẽ niſi adiuuer a te ideo precor vt

trahas poſt te. beatus ſiquidẽ eſt cui⁹ au
xiliũ abs te. Homo preſumẽs de ſe male-
dict⁹ eſt. Iſa.v. Ve qui ſapientes eſtis in
oculis veſtris. De preſumptiõe iſta requi
re in tractatu de ſuperbia tertia pte Ca-
pitu.v. ¶ Cõfidentia vero in hoie fallax
eſt hominẽ cõfundens. Iſa.xx. Confun-
detur ab ethiopia ſpe ſua.xxxvi. Eiuſdẽ
Ecce cõfidis ſup baculum arũdineũ cõ
fractum iſtũ ſuper egyptũ cui ſi innixus
fuerit homo intrabit in manũ eius: ꝛ per
forabit eã. Sicut pharao rex egypti om-
nibus qui cõfidunt in eo. Iere.xi. Vnuſ-
quiſq; ſe a proximo ſuo cuſtodiat: ꝛ in oĩ
fratre ſuo nõ habeat fiduciã. Confidenti
bus in homine ſacra ſcriptura in multis e
locis maledicit. Iere.vi. Maledictus ho
mo qui ſpem ſuam ponit in hoie. ꝛ Iſa.
xxxi. Ve qui deſcedũt in egyptũ ad auxi-
lium ꝛc. ꝛ nõ ſũt cõfiſe ſup ſanctũ iſrael:
ꝛ dñm nõ exquiſierãt. ¶ Cõfidentia etiã
in rebus inferioribus valde periculoſa ẽ.
Greg. ſup Iob de creatore deſperaſſet ſi
ſpem in creatura poſuiſſet. Idẽ quaſi in
aquis defluentib⁹ fundamẽtũ ponere eſt
in rebus labẽtibus ſpei fiduciam velle ſo
lidare. Sap.v. Spes impij quaſi lanugo
que a vento tollitur: ꝛ tanq̃ ſpuma graci
lis que a pcella diſpargit̃. Iob.viij. Spes
ipocrite peribit: ꝛ paulopoſt. Sicut tele
araneorum fiducia eius. Glo. Grego. tele
aranearũ ſtudioſis texitur flatu venti diſ
ſipatur. ſi quicqd ipocrita exſudat³ fauo-
ris aura tollit. Item Iob.xxxi. Si putaui
aurũ: robur meam: ꝛ obrizo dixi fiducia
mea ſupple male mihi accidat glo. obri-
zum ẽ rudis auri moles. Prouer.xi. Qui
cõfidit in diuitijs ſuis corruet. Eccl.xxxi.
Beatus diues qui non ſperauit in pecu-
nie theſauris.xxiij. prie. Thi.vi. Diuitib⁹
huius ſeculi precipe non ſperare in in-
certo diuitiarũ ſed in deo viuo. Cum au
rum ꝛ argen. vix ſecure poſſint eſſe etiã
in archis ſecuris. Fatu⁹ eſt qui ex his ſe-
curitatẽ vult facere ſibi. Quomodo enĩ
dare poſſunt ſecuritatem quam non ha-
bent. Et cum bona tranſitoria mentian-
tur non ſoluẽdo quod ꝓmittunt fatuum
eſt in eis fiduciã habere. yſa.xxviij. Po
ſuimus mẽdaciũ ſpẽ noſtrã: ꝛ mẽdatio
ꝓtecti ſum⁹. Mẽdatio ꝓtegebat Goliad
cui dicit David. i. Ro.xvij. Tu inquit ve

nis ad me cum hac hasta gladio ⁊ Clippeo: ego aũt venio ad te in noīe dñi. Hasta: Clippeus gladius promittebant ei victoriam quam tamen non habuit.

¶ De quattuor causis desperationis.

vitupera partius. Similiter reprehensibilis est nimia laudatio vt imoderata vituperatio. Illa siquidem adulatione ista malignitate suspecta est. Testimonium veritati non amicitie reddas. Cum consideratione promitte. Plenius q̄ pmiseris presta prudentis est taciturnitatē amare. Prouer. xj. Uir prudēs tacebit. Eccle. xix. Tacēs ⁊ ipse est prudens. ¶ Prudentia etiaꝫ rōnem dirigit circa ipsam prudentiā vt nō prudentie sue innitatur nec facili se credat prudentiaꝫ hēre. Prouer. iij. Ne innitaris prudentie tue. Ro. xij. Nolite esse prudentes apud vosmet. Itē Isa. v. Ue qui sapiētes estis in oculis vr̄is: ⁊ coraꝫ vobismetipsis prudētes. Itē ad prudentiā pertinet puidere ne totum tp̄us det actioni. Sene. nō semp in actu sis: ſz interdū animo tuo requiem dato ⁊ reges ipsa plena sit sapiētie studijs ⁊ cogitationib⁹ bonis. Ber. in lib. de consideratione. Non te totū nec semp des actioni: ſz consideratione aliqd tui: ⁊ cordis ⁊ corporis sequestra. Consideratio ipsius actionis ptes benigna presumptione suas facit preagendo quodammō: ⁊ preordinando que agenda sunt necessario. Sane ne forte que pmissa ⁊ pmeditata poterāt esse pficuo precipitata magis pīculo fiāt. ¶ Item prudētia insidias precauet. Aug. Prudentia est in pcauendis insidijs ipsa etiam in bello spiritali triūphat. Exēpluꝫ habem⁹ de hoc in xp̄o cuius prudētia percussit supbum. Io. xxvi. Ipse trib⁹ verbis sacre scripture in deserto dyabolum pstrauit. Matt. iiij. Prouer. xxiiij. Uir sapiens fortis est: ⁊ vir doctus robustus: ⁊ validus qꝛ cū dispositione init bellum: ⁊ erit salus vbi multa cōsilia. Eccle. ix. Ciuitas parua ⁊c̄. ⁊ subdit inuentus est in ea vir pauper ⁊ sapiens: ⁊ liberauit vrbeꝫ per sapientiā suam: ⁊ subiungit Salomon dicebaꝫ ego sapientiā melioreꝫ fortitudine. Et in eodē Melior est sapiētia q̄ arma bellica: ⁊ Sapien. v. Melior est sapientia q̄ vires: ⁊ vir prudens magis q̄ fortis. Et eiusdē. Sapientiam non vincit malitia. Et. xxiiij. econtrario. Stulticia vel imprudentiā in bello spirituali succūbit. Baruch. iij. Quia non habuerunt sapientiā perierunt pp̄ter suā insipientiā. Tulius in rethorica. Parua sunt foris arma nisi sit consilium domi. De stulticijs. xij. In bello spūali ptigētib⁹

Et stulticijs vero quasi innumeris quib⁹ imprudentes in bello spūali succūbunt cā breuitatis paucas enumeremus. ¶ Prima est eoꝝ qui ante pugnā armare se nolunt: ſz tūc primo arma accipiunt cū dolorem vulnerū sentiūt Tunc primo patiētie vel humilitatis clippeum sumunt cū gladio lingue venenate fuerunt vulnerati. Eccle. ij. Prepara aiaꝫ tuaꝫ ad temptationē. Preparatio ista est excogitatio de modo resistendi tēptationi quod faciēdū est ante temptationē. Semper. n. tibi deberent incedere armati qui sunt inter hostes suos. Modū conuenientissimū resistendi temptationi que est per linguas venenatas xp̄s ostēdit in summa taciturnitate blasphemias persecutoꝝ audiens. Isa. liij. Quasi agnus corā tondētē se obmutescet: ⁊ nō aperiet os suū in p̄s. Ego autē tanq̄ surdus nō audiebam ⁊c̄. ¶ Secunda est eoꝝ qui sumunt arma nimis te onerosa precipue cū non habeant eoꝝ ꝯsuetudinem qui quiq̄ eoꝝ ponderositate deiciunt vt qui nimis ieiunant vel orant. Dauid arma Saul deposuit: qꝛ pōderosa erant: ⁊ nō habebat eoꝝ ꝯsuetudinem ⁊ leuibus armis vicit. i. Roma. xvij. ¶ Tertia est eoꝝ qui in ipso conflictu arma sua proijciunt qū ea fortiter deberent tenere. s. patientiā humilitatem. Unde dictū est Boetio. Talia tibi ꝯtuleraꝫ arma que nisi prior abiecisses inuicta te firmitate tuerentur. ¶ Quarta est eoꝝ qui ex ea parte qua debiliores sunt qua ⁊ magis a dyabolo impugnant minus se muniunt cum econtrario esset faciendū. Qui videt se ad auaritiam premi multum deberet curuari ad largitionē elemosinaꝝ vt faciūt qui lignoꝝ tortuosa dirigunt iuxta verbū philosophi. Multuꝫ. n. inflectunt ea mihi cōtrarium vt sic ad rectitudinē reducantur. ¶ Quinta est eoꝝ qui nolunt resistere hostibus in locis vbi facilius possent ad portas castri hostib⁹ resistendū est: aut in aliquo loco alto ⁊ arto: vbi paucitas multis resistat: ⁊ nō tunc primo resistendū est qū totum castrū vel totaꝫ terrā occupauerint sic ad sensuꝫ spūaleꝫ est resistendū in alto etiā eminētis vite ponere nos debemus. Quod altū multis occupationib⁹ faciēdū est angustū vt hosti via nō pateat: ⁊ ibi hosti resistenduꝫ est. Sic Helyachim pcepit

obtineri aſcenſus mõtiũ p quos via poterat eſſe in ieruſalẽ: vt legitur. Judith.iiij. ¶ Sexta eſt eorũ qui nolunt hoſtez interficere dum paruulus eſt non attendẽtes illud ps. Beatus q tenebit ⁊ allidet puulos ſuos ad petram. Tales nolũt hoſti reſiſtere donec ab eo ſint interfecti. Poeta: pricipijs obſta. Jero. lubricus eſt antiquus ſerpens. ⁊ niſi capite teneatur ſtatim totus illabitur. Gene. iij. Dictũ eſt ſerpenti de muliere ipſa cõteret caput tuũ. ¶ Septia eſt illorũ qui contra ſuos pugnant: ⁊ hoſtes ſuos amicos reputant cum peiores inimici quos habemus ſint proprius ſenſus: ⁊ propria volũtas cõtraditiones que propriũ ſenſum impugnant: ⁊ perſecutiones que impugnant propriam volũtatem ſunt ad victoriam nobis adeo miſſa contra hoſtes noſtros peſſimos. Unde ꝯtra ſuos pugnant q talibus repugnãt ecõtrario fauores hoium: ⁊ applauſus hoſtes noſtri ſunt q nos decipiũt: licet h multi non intelligãt: Prouer. xiiij. Uade cõtra virũ ſtultũ: ⁊ neſciet. ¶ Octaua eſt eorũ q de prope nolũt pugnare cũ hoſte q ex propinqtate vires aſſumit ⁊ ex elongatione eas amittit vt ẽ fornicatio: ⁊ cetera vitia ad voluptatem pertinẽtia. Jo. dr. i. cori. vi. Fugite fornicationem. ¶ Nona ẽ eoꝝ q fugiendo hoſtem vitare nolũt: q fugiẽtes magis inſequitur vt faciũt illi qui aduerſa huius mundi nimis timent. Sene. Quẽadmodũ pernicioſior eſt hoſtib⁹ fugientibus. ſic omne fortuitũ incõmodũ magis inſtat cedenti: ⁊ aduerſo: multum mirat⁹ fuit. Joſue vidẽs populũ domini fugientem. Joſue. vij. Domie de⁹ iqt qd dicam videns iſraelem hoſtib⁹ ſuis terga vertentem. ¶ Decima eſt illorũ qui cum eis pugnandũ eẽt cõtrarijs pugnãt ſimilibus vt odio cõtra odiũ: garrulitate ꝯtra garrulitatẽ: ſtulticia cõtra ſtulticiã cũ potius amor ꝯtra odiũ pugnãdũ eſt: ſicut aq̃ pugnat ꝯtra ignem. Prouerbio. xxvi. Si exurierit ini. t. c. il. Taciturnitate ꝯtra garrulitatẽ: Sapiẽs garrulo nõ reſpõdere cõſiliũ ẽ. Eccle. viij. Nõ litiges cũ hoie linguato: nec ſtrues i ignẽ ipſi⁹ ligna. ſapientia ꝯtra ſtulticiã. Prouer. xxv. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiã ſuaz ne ei ſimil efficiaris. ¶ Undecia ẽ illoꝝ q laborãt in ipugnatõe hoſtiũ ſuoꝝ quos glorioſi⁹ ſine lucta poſſent vicere patiẽdo. Prouer. xvij. Meliorẽ vir patiẽs viro forti ⁊ c. Et xx. eiuſdẽ. Ne dicas reddã malũ p malo expecta dñz: ⁊ liberabit te liberabit iquaz a labore: ⁊ piculo vindicãdi te. Preterea ad plenũ vidicabit te hoſtẽ tuuz patibulo īfernali tradẽdo. ¶ Duodecima ẽ eoꝝ q iuuãt hoſtẽ ſuũ ad ſui interfectionẽ. Gre. Nõ ẽ timẽdus hoſtis qui nõ põt vincere nec occidere niſi volẽtẽ. ſic dyabolus vincere nõ põt niſi volentem: ita nec occidere niſi iuuãtem. dyabolus cordi applicat gladiũ qñ malã cogitationẽ imittit. Jmpingis ⁊ infigis gladiũ cordi tuo qñ ꝯſentis: ⁊ ſic dyabolũ iuuas. Jtem dyabolũ iuuat q ſciens: ⁊ volens vadit i foueaz in quam dyabo. vult eũ pcipitare. Prouer. xxiij. Fouea pfũda eſt meretrix: deberet pponere q tẽptatur de pctõ carnis q nõ ibit ad locuz vbi illũ ꝯmittit niſi dyabol⁹ illuc eũ portz. Jtẽ dyabo. iuuat q gladiuz ei ꝯducit quo ab eo iterficiatur vt q dat alicui mulieri vt peccato ſuo conſentiat.

De commendatione prudentie. Ca.

Dicto de officio prudẽtie iſiſtẽdũ ẽ ꝯmẽdatiõi ipi⁹. Et no. q multa q̃ dicta ſunt de off õ prudẽtie valere pñt ad ei⁹ ꝯmẽdatõẽz pter illa ſo. Prio facit ad ei⁹ ꝯmẽdatõez. multiplex amonitio q̃ ſcriptura ſacra facit ad eã. Mat. x. Eſtote prudẽtes ⁊c. Prou. iiij. Jn oi poſſeſſione tua acqre prudẽtiã. Prou. xiiij. Attẽdite vt ſciat] prudẽtiã q pcioſior ẽ argẽto. ¶ Secũdo q fili⁹ dei de ore pprio eã docere voluit. Prou. ij. Dñs dat ſapientiã: ⁊ ex ore ei⁹ prudẽtiã. Nec ſolo ore eã docuit ſz ope pſecutores prudenter declinãdo. Jo. viij. Jhs aũt abſcõdit ſe ⁊ exiuit d tẽplo. ¶ Tertio q ipſa eſt nobilis ſpecies cognitiõis. Prouer. ix. Scientia ſanctorum prudẽtia Unde ad cõmendationem eius faciunt que pertinent ad cõmendationem ſapiẽtie de qua multum hẽtur in libris Salomonis quaſi fere per totum: ⁊ ſpecialiter. Prouer. iij. Ubi dicitur q beat⁹ homo q inuenit ſapientiam: ⁊ qui affluit prudẽtia Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri ⁊ argẽti. Et in eodez lignum vite eſt his qui apprehenderũt eã. Et eiuſdẽ. viij. Melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſis ⁊ omne delectabile ei nõ poteſt cõparari. Eiuſdem. xvi. Poſſide ſapiẽtiã: q2

atro melior eſt. Et in eodem. Ubi non eſt
ſcientia anime nõ eſt bonũ. Et ſapi. viij.
Omne aurũ in cõparatione ſapientie eſt
arena exigua: ⁊ quaſi lutũ eſtimabit argẽ
tum in cõſpectu illi⁹. Et eiuſdem. x. Uani
ſunt hoĩes in quib⁹ nõ ſubeſt ſcientia dei.
Eiuſdem. ix. Si qs erit ꝯſumatus inter fi
lios hoĩuʒ ſi ab illo fugerit ſapiẽtia tua in
nihiluʒ cõputabit. Iſa. xxxiij. Diuitie ſalu
tis ſapientia ⁊ ſciẽtia. Oſee. vi. Scientiaʒ
dei volui pluſq̃ holocauſtũ. Sapiẽtia deũ
letificat. Prouer. x. Filius ſapiẽs letificat
patreʒ ſuũ. Et eiuſdẽ. xiiij. Acceptus eſt re
gi miniſter intelligens. Eccle. xx. Nõ pru-
dens placebit magnatis hominẽ etiam a
periculo liberat. Prouer. ij. Iuſti. libera-
bunt ſciẽtia. Simile. Eccle. ix. Liberauit
vrbem per ſapientiã ſuam. Ipſa etiam in
bono hominẽ ꝯſeruat. Prouer. ij. Prudẽ
tia ſeruabit te. Itẽ domũ eccleſie roborat.
Prouer. xiiij. Domus prudẽtia roborabit
Sapientia aſtutia dyaboli: nõ ſuperatur
Iſaie. xi. Non nocebũt: ⁊ nõ occident in
vniuerſo mõte ſctõ meo: q2 repleta eſt ter
ra ſcientia dñi. loquit̃ de ſerpentibus per
quos intellige ſerpentes infernales. Ser-
pens ex virga Moyſi factus ſerpẽtes ma
gorũ deuorat. Exo. vij. Sapiẽtia. n. ſctõrũ
aſtutiam dyaboli ſupat. Aſtutie dyaboli
c multe ſunt: quas ponit Greg. In morali.
Intuetur inqt inimicus generis humani
vniuſcuiuſcũqʒ mores cui vitio ſint pro-
pinqui ⁊ illa opponit ante faciem ad que
cognoſcit facilius inclinari mentẽ vt blã-
dis ac letis mentib⁹ ſepe luxuriã non nũq̃
vanam gloriã: aſperis vero mentib⁹: iraʒ
ſuperbiã vel crudelitatẽ ꝑponit. Ibi ergo
diſciplinã ponit vbi eſſe ſemitaʒ mẽtis cõ
ſpicit. ps. In via hac qua ãbulabã. abſcõ.
ſuper la. me. Idem in eodẽ. Sepe antiqu⁹
hoſtis poſtq̃ mentis noſtre temptationũ
certamen influxerit ab ipſo ſuo certamine
ad tp̃us recedit nõ vt ſue malitie finẽ pre
beat: ſʒ vt corda que per quietem ſecura
reddiderit repẽte rediens facili⁹ incpina-
tus irrũpat. Idem antiquus aduerſarius
cũqʒ accuſet mala nõ inuenit ipſa ad ma-
lum bona inflectere quęrit. Cũqʒ de ope-
ribus vincit̃ ad accuſandũ verba perſcru
tatur cũ nec in verbis accuſationẽ reperit
intentionẽ cordis fuſcare ꝯtemnit. Item
q2 dyabolus fructus arboris: ⁊ in yemẽ.

⁊ in eſtate virides cõſpicit quaſi vermem
ponere ad radiceʒ querit. Secũdũ Greg.
Antiquus hoſtis bona noſtra: tribus mo
dis inſeqtur. Aliqñ in bono opere intenti
oneʒ polluit: vt omne qḋ in actione ſequi
tur impurũ ſit. Aliqñ vero intentionẽ vi-
tiare nõ preualens. In ipſa actione homi
ni quaſi ſe inſignẽ proponit vt ſecurior fa
ctus deuicto vitio quaſi in inſidijs perima
tur. Aliqñ vero nec intentionẽ vitiat nec
in itinere ſupplantat: ſʒ opus bonũ in fi-
ne actionis inlaqueat. Idem in moralib⁹
Sepe de ipſa victoria bellum agit vt cuʒ
immũda cogitatio vincit̃ victoris anim⁹
elatione pulſetur. ¶ Quarto facit ad cõ-
mendationẽ prudẽtie ꝙ ipſa videtur eſſe
perfectio nobilioris potẽtie: q̃ temperãtia
vel fortitudo. Uis. n. rationabilis quã ipa
perficit: videtur eſſe nobilior ꝯcupiſcibili:
⁊ iraſcibili que tẽperãtia ⁊ fortitudine pfi
ciuntur: qḋ autẽ nobiliori ineſt meli⁹ eſt.
⁊ magis eſt eligẽdũ. ¶ Quinto prioritas
quã habet reſpectu ceterarũ virtutũ. Uirt⁹
enim cognitiua dicitur p̃cedere actiuam.
Aug. vt maius eſt voluntatẽ dei facere q̃
noſcere. i. Prius eſt noſce q̃ facere. Idem
initiuʒ obedientie eſt ꝙ ꝑcipiatur velle co
gnoſcere: ⁊ pars eſt obſequij didiciſſe qḋ
facias. ¶ Sexto magiſteriũ qḋ hẽt reſpe d
ctu ceterarũ virtutũ ad eam. n. pertinet il-
la diſcretio de qua dixit Antonius. Diſcre
tio conſeruat oẽs virtutes: ⁊ fit genitrix ⁊
cuſtos ⁊ moderatrix virtutuʒ: ⁊ producit
fixo gradu intrepidũ monachũ ad dñm
q2 nulla virt⁹ põt pfici: ⁊ ſtare ſine diſcre
tione. Sine hac poſſe videt̃ potius nocere
homini q̃ prodeſſe. Greg. Uirt⁹ quo plus
ſe poſſe cõpeſcit ab eo ſine moderamine
rõnis deterius in p̃ceps ruit. Sine hac q̃ſi
de lumine tenebras incurrimus. Grego.
Qui importune radios ſolis aſpicit tene-
bre ſcit: ⁊ inde nihil videre cõpeſcitur. Uñ
amplius videre conatur. Uñ noſmetipſos
dum plus iuſto diſcutim⁹ de ipſo diſcreti-
onis ſtudio indiſcreti⁹ erram⁹. Sine hac
ſi virtus teneatur itermittit̃. Cũ vero per
hanc intermittitur meli⁹ tenetur. Greg. in
moralibus. Pluriũ virtus cũ indiſcrete te
netur amittitur. Cũ diſcrete intermittitur
plus tenetur. Ex ſtudio nãqʒ arcus diſten
ditur: vt in ſuo tp̃e cũ vtilitate tendat. Idẽ
nõ eadem res ſemp̃ eſt virtus: q2 per mo-

menta tēporū ſepe merita mutant̄ actio-
nū. Unde fit vt cū quid bene agimus ple
rūq3 agimus: plerūq3 meli⁹ ab eius actio
ne ceſſemus vel laudabil⁹ ad tēpus deſe
rat ꝙ in ſuo tēpore mens laudabiliter te
nebat. Ber. in ſermonibus. Non in facto
laus eſt ſed in eo quem admo. fiat. Ethni
cus Inſani ſapiens nomen ferat equ⁹ ini
quū: vltra quā ſatis eſt virtutem ſi petat
ipſam. ¶ Septimo ꝙ ipſa prudentia bo
na dñi nobis commiſſa multiplicat. Sz
ſine ipſa inutiliter immo dānabiliter ab-
ſcondūtur vel diſſipant̄. Ad abſconſionē
ꝑtinet parabola de talētis. Mat. xxv. Et
parabola de ſeruis quib⁹ tradidit pater-
familias decē minas. Luce. xvi. De diſſi-
patione vero. Habet̄. Luc. xvi. De villi-
co qui diffamat⁹ eſt apud dominū ſuū3
qd diſſipaſſet bona ipſius. Et prouerbi.
xxi. Theſaurus deſiderabilis: ⁊ oleū3 in
habitaculo iuſti ⁊ imprudens homo diſ-
ſipat illud. ¶ Octauo ꝙ prudentia ſe h3
ad ſpiritū rationalem iudicantem ſicut
aſſeſſor diſcretus ⁊ fidelis. quo aſſiſtente
laudabiliter iudicatur. Si vero defuerit
peruertet̄ iudiciū. Prouer. xxviij. Dux in
digens prudentia multos opprimet per
calūniam. ¶ Nono ꝙ ipſa eſt lucerna in
via paradiſi dirigens qui non habet pru
dentiam: licet ſit magne ⁊ alte ſcientie ſi
milis eſt homini in altū reſpicienti: ⁊ vbi
pedem ſuū ponat non videnti qui de fa
cili poteſt corruere. Augu. ſuper illud. i.
cor. viij. Scientia inflat. Preponenda ē
ſapientia ſcientie. Melius eſt enim ſcire
infirmitatem noſtram q̄ naturas rerum
laudabilior eſt animus cui nota eſt infir-
mitas ſua q̄ qui ea non reſpecta ſyderū3
vias ſcrutatur ⁊ terrarum fūdamenta: ⁊
faſtigia. Itē ſuper Gene. ij. De forma: ⁊ fi
gura celi multi diſputant quas res maio
ri prudentia noſtri obmiſerunt auctores
dicētes ad beatam vitā non profuturas
occupātes ꝙ peius eſt multū p̄cioſa: ⁊ re
bus ſalubribus impendenda tēporū ſpa
tia. ¶ Prudentia ſi affuerit vere pōt hō
ſapiēs reputari: ſi vero defuerit vere pōt
hō ſtult⁹ reputari. Prudentiā vero intel-
lige ſcrutationē operandorum. Prouer.
xiiij. Callidi eſt intelligere viā ſuam. qd
ſcilicet agendū ſit in Prudētia ſtultorū3
errās ignorat enim quid agēdum ſit. Et
in eodē fatuitas ſtultorum imprudētia. i.
ignorantia agendorū3. ¶ Decimo ꝙ ani
malia irrationalia: ⁊ minima docent nos
eam vt ſerpētes ⁊ formice: ⁊ ſimilia. Se
ne. pudeat ab exiguis animalib⁹ non tra
here mores. Prouerbi. xxxiiij. Quatuor
Sūt minima terre: ⁊ ipſa ſūt ſapientiora
ſapiētib⁹. Formice pp̄ls infirm⁹ lepuſcu
lus plebs inualida q collocat in petra cu
bile ſuū. Regem locuſta nō habet ⁊ egre
ditur vniuerſa per turmas ſuas ſtellio ma
nibus innititur: ⁊ morat̄ in domib⁹ regū
In formica cōmendatur nobis prouidē-
tia in lepuſculo qui eſt animal timidum
velociter fugiens: ⁊ in petra collocās cu-
bile ſuū diffidentia de proprijs viribus ⁊
confidentia in deo que reperit̄ in homi-
nibus timoratis. In locuſta vero que ſal
tat: ⁊ poſt ſaltū decidit ardens deſideriū
eternorū cū conſideratione proprie infir
mitatis. In ſtellione qui eſt lacertul⁹ qua
ſi depictus ⁊ ſtellat⁹ quoniam alas non
habet: ſed manib⁹ nititur diligētia in ope
ratione que defectū ſupplet nature vt di
cit enim glo. Ingenio ſi per negligentiā
in imis remanent: ſed ſimplices quos in
genii pēna nō adiuuat ad optinenda re-
gni eterni menia virtus operatiōis leuat
Qui natura tardi ſūt ingenio ſolercia in
duſtrie ſue ad diuinaꝝ noticiā ſcripturaꝝ
vel ad virtutū omniū qb⁹ celū3 mereant̄
attingūt. ¶ Prudētia defect⁹ ſupplet ſic
puidētia ſupplet ifirmitatē fōmice. Pru
dēs. n. tp̄s neccitatis ꝑoccupat puidēdo ſi
bi tpe oportuno. Itē prudēs i deo ꝯfidēs
fortitudinē ſuā in dei fortitudinē mutat.
Iſa. xl. Qui ſperāt in dño mutabūt forti
tudinē. Itē ꝑ ſe nō pōt multitudie efficit
ſicut multitudo locuſtaꝝ cōcors egredit̄
ad depaſcēdū viridia. Supplet ēt prudē
tia diligētia qd minꝰ h3 a nā. Serpēs ēt
docet nos prudentiā aſtucia ſua. Mat. x.
Eſtote prudētes ſicut ſerpētes. Et ſūt gn-
q3 aſtucie ſerpētis qb⁹ prudētia ſctoꝝ de-
beret aſſimilari. ¶ Pria eſt ꝙ caput ſuū
ſūme cuſtodit pro eo cetera mēbra expo
nēdo nec imerito cū capite illeſo viuat q̄
tūcūq3 mēbra cetera ledant̄. Sic ſancti ꝓ
xp̄o q eſt caput coꝝ ſe ⁊ ſua exponere nō
timēt. Prouer. xij. Qui negligit dānū ꝓ
pter amicū3 iuſt⁹ eſt Phil. iij. q̄ mihi fue
rūt lucra. hec arbitrat⁹ ſum ꝑꝑ xp̄m detri

menta. Nec mirũ ſi ſcti pro xpo oia expo
nũt. qa eo ſaluo eis oia ſũt ſalua etiã capil
li. Mat. x. Capilli capitis vr̃i oẽs nũerati
ſũt. z. Mat. vij. E celo iſta poſſideo ſꝫ pp
dei leges nũc iſta deſpitio. quia ea me ab
ipſo receptuꝝ ſpero. ⸿ Scđa eſt ꝙ ſpẽs
ſe, i arcto foramie ponit vbi pellẽ veterẽ
deponit ſic prudentes in arta via pnie ſe
ponũt: vbi pellẽ veteris hoĩs deponũt.
Eph. iiij. Deponite vos ſcđm priſtinã cõ
uerſationẽ veterẽ hoiem q corrũpit ſcđꝫ
deſideria erroris. Et nota ꝙ duo exigunt
ad hoc ꝙ ſerpẽs in foramine pellẽ depo-
nat. ſ. foraminis anguſtia. Si enim eſſet
latuꝫ ſine difficultate intraret: ꝛ veterem
pellem retineret. ꝛ ſtabilitas foraminis:
niſi enim ſtabile eſſet: potius foramen ſe
cum ferret q̃ pellem ibi relinqueret. Sic
pellem veterem cõſuetudis nõ deponũt
in clauſtro: q in eadẽ libertate volũt eſſe
i clauſtro in qua fuerũt i ſeculo. Jtẽ quia
manẽtes in ſeculo nullã hñt ꝓpoſiti fir-
mitatẽ in penitẽtijs quas agũt de facili
ſecũ diſpẽſantes. ⸿ Tertia eſt ꝙ ſerpẽs
vnã aurẽ terra obſtruit: ꝛ aliaꝫ cauda ne
vocem incantantis audiat. ſecundũ illud
ps. Sicut aſpidis ſurde: ꝛ obturantis au
res ſuas. Sic viris ſancti aureꝫ vnaꝫ ob-
ſtruunt memoria mortis: ꝛ aliam cõſide-
ratiõe proprie fragilitatis: nec ſuggeſtiõi
nib⁹ dyaboli acqeſcãt: attendẽtes ex quot
ꝛ qualib⁹ cauſis ꝑire poſſũt. Eccleſi. ſepti
mo. Memorare nouiſſima tua ꝛ i eter-
nũ nõ peccabis. Qui caſtrũ corꝑis ſui lu
theũ itelligit nõ pſumit facere guerrã cuꝫ
oipotẽte. ⸿ Quarta ẽ ꝙ ſerpẽs calcaneo
mulieris iſidiat. Gene. z. Sic ſancti ſunt
q cõſ qtur opera carnis inſidiant: ex eo
oñdẽtes dſideria carnis fatua eẽ. Job ſe
do. Quaſi vna ex ſtultis mulierib⁹ locu-
ta es Aug. Delicie carnis h nõ ſatiãt: ꝛ i
futuro dãnant. Ubicunqꝫ caro q̃rit refe-
ctionẽ iueniet defectionẽ. Greg. Qui pre
ſenti ſuauitate capit: q̃ſi per amena prata
ad interitũ ducit. ⸿ Quinta eſt ꝙ ꝓpter
inimicitias quas hꝫ cuꝫ hoie habitat in
deſerto vel latet ſub ſpinis: ꝛ herbis. Sic
viri ſcti agnoſcẽtes inimicitias quas hꝫ
mundus cũ eis fugiunt eũ. Jo. iij. Nolite
mirari ſi odit vos mundus.

⸿ De ſpeciebus prudentie. v

Equitur de ſpecieb⁹ prudẽtie no
tandũ eſt ergo ꝙ prudẽtia ꝓut cõprehẽ
dit oẽm ſalubrẽ cognitionẽ ſiue virtutem
cognitiuã. Primo mõ videt poſſe diſtin
gui in virtutem cognitiuã diuinorũ ꝛ hu
manorũ. Uirtus vero cognitiua diuino-
rũ triplex videt eſſe. Pria acqeſcit aucto
ritati. ſ. fides. Secũda rõni. ſ. donũ intel-
lectus. Tertia eſt quaſi diuinam ſuauitatẽ
guſtãdo experti. ſ. donũ ſapiẽtie. De dua
bus primis dicit Aug. in libro de vtilita
te credẽdi. ꝙ credim⁹: debem⁹ auctorita
ti: ꝙ itelligimus ratiõi. De tertia dicit in
ps. Guſtate: ꝛ videte quoniaꝫ ſuauis eſt
dñs. Prima cognitio de deo ſtatui inci-
pientiũ ſufficit. Secũda cõpetit. ſtatui ꝓ-
ficientiũ. Tertia ſtatui ꝑfectorũ. Bernar.
ad fratres de monte dei. Sũt aiales qui
nec ratiõe pro ſe agũtur nec affectu trahũ
tur. Et cũ auctoritate prompti vel doctria
cõmoniti vel exẽplo ꝓuocati approbatuꝫ
bonũ vbi inueniũt: ꝛ quaſi ceci ſcilicet ad
manũ tracti ſequũtur. Sũt rõnales q per
rationis iudiciũ: ꝛ naturalis ſciẽtie diſcre
tionẽ habẽt cognitionẽ boni ꝛ appetitũ:
ſed nũdũ habẽt effectuꝫ. Sũt perfecti qui
ſpũ agũtur: qui a ſpiritu ſancto plenius il
luminantur: ꝛ qa ſapere eis bonuꝫ cuius
trahũtur affectu ſapiẽtes vocãtur. ⸿ Uir
tus vero cognitiua hũanarũ rerũ que pro
pter hominẽ a deo facta ſunt qui ſpeciali-
ter attẽdit bonuꝫ ꝛ malũ in eis que videt
eſſe donuꝫ ſciẽtie: vel attẽditur circa ea q̃
ab homine ꝓpter deũ agẽda ſunt que du
plex eſt. ſ. prudẽtia ſumpto nomie ſtricte
ꝛ hoc attenditur circa agẽda cõmuniter.
Et donũ cõſilij qđ attenditur circa ardua
que ꝓpter arduitatẽ ſuam nõ ſunt in pre
cepto circa que maxima ꝑcipitatio cauẽ-
da ẽ. ⸿ Uidetur etiã prudẽtia poſſe diſti
gui ſicut. Sene. Sciẽtiã rõnalem diuidit
cuius pars vna reb⁹ pretia imponit rectũ
extimãs vnamquanqꝫ. Secũda affectus
ordinat ipetus animi refrenãs qd quãdo
vbi ꝛ queadmodũ agi debeat determinat
Secũdũ tuliũ enĩ in rethoricis. Diſtigui
tur prudẽtia in memoriã: intelligẽtiã pro
uidentiã. Memoria ẽ per quã animus re
petit illa q̃ fuerũt. Jntelligẽtia ẽ per quaꝫ
ꝑſpicit ea q̃ ſunt prudẽtia cũ futuri aliqđ
videt anteq̃ factũ ſit ad memoriã moue- b
mur. Eccle. ix. Memẽto q̃ ante te fuerunt
Memoria mortui viuunt. Memoria illa

hac quaſi ꝑdita eſt. Sene. Qui nil de pre
terito cogitat vitaꝫ ꝑdidit. Memoria the-
ſaurus eſt cognoſcibilium. Ipſa eſt velut
quoddaꝫ ſeruatoriū in quo veritas vtilis
q̃ꝫ ratio inueſtigando cepit fideliter ſerua
tur. Animꝰ obliuioſus eſt velut locus vbi
quicq̄d repoſitū fuerit morit̃. Obliuio.n.
eſt quaſi quedā mors. Greg.i.pte moraliū
Sicut mors qḋ interficit cogit vt nō ſit in
vita: ita obliuio, ꝙ intercipit agit vt nō ſit
in memoria. Animus obliuioſus eſt quaſi
ſtomachus cibū receptū reiciens. Grego.
morali. Cibꝰ mentis eſt ſermo dei: ⁊ qua-
ſi acceptus cibꝰ languēte ſtomacho reicit̃
qñ auditus ſermo in ventre memorie nō
tenet̃. Quiſq̄s alimenta nō retinet. huius
c profecto vita deſperat̃. Et notādū ꝙ mul
ta ſunt quoꝝ ſpecialiter memoria eſt lau-
dabilis e quibꝰ cā breuitatis. x. ponamus.
d ¶ Primo laudabilis eſt memoria benefi
cioꝝ ⁊ maxime: memoria creatoris: ⁊ re-
demptoris noſtri. Eccle. vlt. Memēto cre
atoris tui. Luc. xxij. Hoc facite in meā cō
memorationē. Exo. xiij. Memēto diei hu
ius in qua egreſſi eſtis de egypto. Eccle.
xxix. Gratiā fideiuſſoris ne obliuiſcaris po
ſuit.n. animā ſuā pro te. Ber. ad fratres de
monte dei. Scit quicūq̄ hēt ſenſuꝫ chriſti
quantū chriſtiane pietati expediat quātū
ſeruum dei deceat: ⁊ vtile ei ſit vna ſaltem
aliqua diei hora paſſionis ipſius: ⁊ redē-
ptionis attentius recolligere beneficia ad
fruendū ſuauiter in ꝯſcia: ⁊ recolendū fi-
deliter in memoria. Memoriā beneficioꝝ
acceptoꝝ vident̃ habere etiā aīalia irrati-
e onabilia. ¶ Secūdo memoriā mandato-
rum dei in ps. ⁊ memores ſunt mādatoꝝ
ipſius ad faciēdū ea. Deu. vi. Erūt verba
hec que ego p̄cipio tibi hodie i corde tuo:
⁊ narrabis ea filijs tuis ⁊ meditaberis ſe-
dens in domo tua: ⁊ ambulans in itinere
dormiens atq̄ ꝯſurgens. Nume. xv. Dices
ad filios iſrael vt faciant ſibi fimbrias per
quattuor angulos pallioꝝ ponētes in eas
vittas iacintinas quas cū viderint, recor-
dentur omnium mandatoꝝ dei. Joſue. i.
Non recedat volumen vocis legis huius
ab ore tuo ſꝫ meditaberis. in eo diebus ac
noctibꝰ. Eccle. iii. Altiora te ne queſieris:
⁊ fortiora te ne ſcrutatꝰ fueris: ſed que p̄ce
pit tibi deꝰ illa cogita ſemp. ¶ Tertio me
moria iuſticie quā deꝰ exercuit in trāſgreſ-
ſores mandatoꝝ ſuoꝝ. In pſal. Memora
bor iuſticie tue ſolius. Eccle. xxxviij. Me-
mor eſto iudicij mei ſic enim erit: ⁊ tuuꝫ.
¶ Quarto. Memoria belli ſpūalis i quo
tot: ⁊ tanti ceciderunt que valet ad hoc vt
cautiores ſimꝰ. Quadrageſimoprimo Job
Memento belli: ⁊ nō addas ampliꝰ q̄cq̄ꝫ
loqui. Jo. Ne in preterita caſtitate ꝯfidas
nec Dauid ſanctior: nec Sanſone fortior:
nec Salomo. potes eſſe ſapientior. Me-
mento ſemp ꝙ paradiſi colonū mulier de
poſſeſſione ſua eiecerit. ¶ Quinto memo
ria diuine miſericordie vtilis in tribulati-
one poſitis ne deſperent Eccle. li. Memo
ratus ſum miſericordie tue dñe. i. Mach.
iiij. Mementote quō ſalui facti ſunt pres
noſtri in mari rubro. ¶ Sexto. Memo-
ria laudabilis vite ſctōꝝ q̄ imiginari debe
mus. Greg. Facta precedentiū ꝯſideremꝰ
⁊ nō erunt grauia que tolleramꝰ. Jo. xv.
Memēto ſermonis mei qm̄ ego dixi vo-
bis nō eſt ſeruꝰ maior ſuo ſi me perſecuti
ſunt ⁊ vos ꝑſequent̃. Septimo. Memo-
ria aduerſitatis in pſperitate. Eccle. xviij.
Memēto paupertatis in tpe abūdantie.
Item in die bonoꝝ ne immemor ſis maloꝝ
¶ Octauo. Memoria ſtatꝰ honorabilis a
quo q̄s decidit: vt eſt nobilitas parentuꝫ:
vel carnaliū: vel ſpūaliū: vel propria ſpūa
lis nobilitas: a qua quis decidit. Sapiēs
nobilitas: ad hoc tantū memineris vt cuꝫ
claritate generis moꝝ ſanctitate ꝯtendas:
⁊ cū nobilitate corporis animi nobilitate
proficias. Iſa. li. Attendite ad petram de
qua deciſi eſtis ⁊c̃. Attēdite ad Abraā pa
trem veſtrū. Apo. ij. Memor eſto vñ exci
deris: ⁊ age pniaꝫ. ¶ Nono Memoria in
eo qui ad pſperitateꝫ deuenit eoꝝ qui in
aduerſitate eiꝰ ſocij fuerūt. Geñ. xl. Me-
mento mei cū tibi bene fuerit. ¶ Decimo
Memoria ppriorū peccatoꝝ ad dolenduꝫ
pro eis. Iſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs
ānos meos in amaritudie aīe mee. ¶ Itē
notādū ꝙ quattuor ſunt quoꝝ obliuio di
citur eē laudabilis. Primo iniuriaꝝ obli-
uio. Leuit. xix. Nō eris memor iniurie ci-
uiū tuoꝝ. Aīus obliuioſus beneficioꝝ ⁊ te
nax iiuriaꝝ ē velut colatoriū feces retinēs
⁊ qḋ purū eſt exire pmittēs. Scḋo obliuio
bñficij alteri dati. Hec eſt.n. lex bñficij in
ter duos vt ait ſapiēs ꝙ alter ſtatiꝫ dꝫ obli
uiſci dati. alter memor eſſe accepti. Tertio

obliuio delectationum quas aliqs habuit in preteritis peccatis. Qui recogitat peccata preterita delectando in ipſis mente reuertitur in egyptū vt filij iſrael. Nume xi.ij. Recordamur piſciū quos comedebamus in egypto in mentem veniūt nobis cucumeres gratis. Hoc eſt etiam reſpicere retro vt vxor Loth. Geñ. xix. Que verſa eſt in ſtatuam ſalis. Luc. xvij. Memores eſtote vxoris Loth. Hoc etiam eſt habere ydola apud ſe vt Rachel. Gene. xxxi. Quarto obliuio rerū temporalium que ad contemplatiuos perfectos pertinet. Phil. iij. Que quidem retro ſunt obliuiſcens ad ea vero que ſūt priora extendens meipſū. Machrobiꝰ loquēs de tēperantia perfectorum: temperantia inquit eſt terrenas cupiditates nō reprimere ſed penitus obliuiſci.
b ¶ Item notandū ꝙ quinqꝫ ſūt que videntur facere ad bonitatem memorie. Primū eſt ſicca complexio. Siccitas enim eſt diſpoſitio conueniens ad tenacitatem impreſſionū ſicut humiditas eſt diſpoſitio cōueniens ad receptionē earum. Secūdum eſt exercitiū circa vnū: vel pauca non circa multa. Unde pueri quātis ſint humidi firmiter in memoria retinent: quia anime eorū non occupantur circa multa ſicut anime maiorum. Eccle. xxxviij. Qui minoratur actu percipiet ſapiētiam. Tertium ē placētia rei cognite hanc cauſam innuit Plato eē in tenera etate. quare ea que addiſcūtur firmiter memorie teneantur. Tenacior: inquit et forte maior in illa etate cognitionis delectatio cognita mentibus altius infigit. Quartū eſt nouitas. Ethnicus: quo ſemel ē ibuta recēs ſeruabit odorem Jero. vtilia cito adiſcēda eſſent. Memoria. n. impleta ſup vacuis rebus vtilia difficilius retinet. Sene. in epiſtolis. Liberaliū artiū cōſectatio verboſos ſibi placentes facit. Et iō nō diſcentes neceſſaria quia ſuperuacua didicerūt. Quintū eſt infixio memorie longa ruminatione facta. Sene. Certis ingenijs in morari: et innutriri oportet ſi velis aliquid trahere qđ i animo fideliter ſedeat. Item cum multa percurreris vnū excipe quod illo die decoquas.
i ¶ Et notandū ꝙ q nō hꝫ bonā memoriā ſcriptura debet ſupplere eius defectum. Eccleſi. xxxviij. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis. Scripſit dñs decalogū bis populo iudeorū in tabulis lapideis. Exo. xxxi. xxxiiij. Sunt qui nihil ponūt in memoria: ſꝫ oīa iſcripto. Sūt alij q ꝯfidentes de memoria ſua nihil cōmendāt ſcripture: et vtrūqꝫ vitiū eſt. Pitagoras. Caue ne armarium doctiꝰ q̄ pectꝰ habeas. Sene. diſtrahit librorum multitudo itaqꝫ cū legere nō poſſis quantū habueris ſatis eſt habere q̄tū legas. Ber. ad fratres de monte dei. Non tm̄ modo agēdū eſt vt cū aliqua delectatione vel ſine grādi nauſea dies transfigatur: ſed vt etiam de pacta dieta ad pfectū mētis ſemp aliqd in ꝯſcia reſideat aliqd quotidie in theſaurū cordis ꝯgerat. Ber. de quotidiana lectiōe Aliqđ i vētre memorie dimittēdū eſt: ꝙ fideliꝰ digeratur: et rurſū reuocatum crebriꝰ ruminet qđ ꝓpoſito ꝯueniat qđ i
k tētiōi pficiat: qđ detineat aīum: vt aliena cogitare nō libeat Jero. Fatuū ē pp cōfidentiā mēorie nihil iſcripto ꝯmēdare: quia i memoriā prio ſenectꝰ icurrit: vt ait Sene.
¶ Sequitur de prudētia ad quā monemur exēplo formice. Prouer. vi. Uade i q ad formicā: o piger: et ꝯſidera vias eiꝰ et diſce ſapientiā q cū nō hēat ducē nec pceptorē: nec principē parat eſtate cibū ſibi. Et Gene. xli. Exēplo Joſeph. q. vij. annis fertilitatis ꝯgregari fecit q erēt neceſſaria. vij. ānis ſterilitatis future. Prouer. x. Qui ꝯgregat i meſſe filiꝰ ſapiēs. Deu. 32. Utinā ſaperēt: et itelligerent ac nouiſſima ꝓuiderēt. Prouidētia valde vtilis ē Thobi. ix. Dixit Thobi. azarie. Si meipſū tradā tibi ſeruū nō ero ꝯdignꝰ ꝓuidentie me. Sene. Qui nihil de futuro pmeditat i oīa icautꝰ decidit. Prouidētie l' mala futura vitat vel tēpat vel aium preparat vt ea leuiꝰ ferat. Gre. Eo piculū vitari nō pōt quo nō potuit ꝓuideri. Sene. Propōe aio tuo: et bōa: et mala futura vt illa ſuſtinē poſſis iſta moderari. Gre. i omel. Minꝰ iacula feriūt q ꝓuidentur: et nos tollerabiliꝰ mala ſuſcepimꝰ. ſi cōtra hec ꝑ pſciētie clipeū cōmunimur. Idē i moral. Tāto qſqꝫ minus aduerſitate vicitur q̄to cōtra illā pſciendo paratus inuenitur. Idemqꝫ in paſtoralibus hoſtis callidus tāto libertꝰ pectꝰ ꝑculit q̄to nudū a ꝓuidētie lorica deprehēditur: Idē dū cōtra ſe hoſtis ꝗſqꝫ paratior redditur hoſtis q ſe icipiētū credidit eo ipſo ꝙ pulſus ē eneruatur.

Diuiſio prudentie ſm ſenecam. .xiij.

Seneca in libro de quattuor principalibus virtutibus tangit diuiſionem prudentie ſimilē diuiſioni tullij iam poſite dicēs. Si prudens eſt animus tu⁹ tribus tēpibus diſpenſetur Pñtia ordina: futura prouide pterita recordare. Sunt aliqui qui futura ordinant que nō ſunt in ſua poteſtate pñtia vero ꝯfuſa ⁊ inordinata relinquūt. Act. i. Nō eſt veſtrum noſſe tpa vel momēta que pater poſuit in ſua ptāte. Ber. Quid de futuro miſer tam temerarie pſumis tanq̄ pr̄ tpa ⁊ momenta in tua: ⁊ nō magis in ſua poſuerit poteſtate. Tales vitā quā habent volunt pdere: ⁊ quā nō hñt pponunt vtiliter diſpenſare. Illam partē vite quā deus iaz dat in ꝯtumeliam dei volunt expēdere illaz quā deus nondū eis dedit volunt deo dare: ⁊ de illa gratiā dei acqrere. ¶ Et notanduz ꝙ ordo ſm Aug. xix. li. de ci. dei eſt. Parium diſpariūq; rez ſua cuiq; loca tribuēs diſpoſitio. Et facit multū ordinatio ad q̄etem mentis. Aug. in li. ꝯfeſ. Minus ordinata inq̄eta ſunt: ordinata vero quieſcūt. Idem iuſſiſti deus: ⁊ ſic eſt vt pena ſibi ſit. Omnis inordinatus a(n)i(m)us. Debet vero hō ordinare ſe ⁊ ſuos ⁊ ſua. Quātū ad ſe ordinabiliter ille viuit iuxta v̄bū. Ber. Qui in omni conuerſatione ſua ſollicite obſeruat vias ſuas: ⁊ in ꝯſpectu dñi ⁊ in ꝯſpectu primi, cauens ſibi a pctō ⁊ proximo a ſcādalo. ¶ Quadruplex ergo ordinatio dz eſſe in hoīe. Prima eſt ꝯſiderationis. Ber. in li. de ꝯſideratione. Cōſideratio tua a te inchoet ne fruſtra extēdaris in alia te neglecto. Secūda eſt affectionis precipue illius que alius ſupereminet. ſ. dilectionis. Canti. ij. Ordinauit in me caritatē. Tertiam eſt negocioꝝ ſm diuerſitates tēpoꝝ Ber. ad frēs de monte dei. Mane pterite noctis fac a temetipſo exactionē: ⁊ venture diei tu tibi indicito canonē: veſpere pterite diei rōnem exige ⁊ ſupuenientis noctis fac inditionē. Sic diſtrictio nō vacabitur laſciuie aliqñ. Singulis horis ſed cois inſtituti canonez ſua diſtribue exercitia: cui ſpiritualia: ſpūalia. cui corporalia: corporalia. In qbus ſic exſoluat omne debituz ſpūs deo: corpus ſpiritui: vt ſi qd fuerit intermiſſum ſi qd neglectū ſi quid infectuz ſuo loco: ſuo modo ſuo tpe nō habeat impunitū vel recompenſatū. Idem in eodē Primuz extra quottidianū ſacrificiū orationum vel lectionis ſtudiū: ꝯſcie quottidiane diſiunctioni comēdationi cōpoſitioni: pars ſua diei negāda nō eſt. ¶ Quarta ordinatio eſt ptinēs ad pugnā ſpūalez Virtutes. n. anime pparate debēt eſſe ad certamina ſibi cōpetentia. Temperantia cum ad menſam accedit. Prudentia cuz quid agendū vel tractandū eſt: ⁊ ſic de ceteris virtutibus. Greg. in morali. Quodlibet certamen ex ſuperat qui mētē certaminiante certamē parat. Anima virtutes habens demonib⁹ terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata. Can. v. Prouer. xiij. Cū diſpoſitione initur bellū. Suos debet homo ordinare oſtendendo qd vnicuiq; ſit agendū ⁊ qd vnicuiq; ſit habendū pp primaz ordinationē. Regina Sabba admirata eſt miniſtros Salomonis. Tertio Regū. x. Videns regina Sabba oēm ſapientiā Salomonis ⁊c̄. Et ordinem miniſtrantiū ⁊c̄. Non habebat vltra ſpiritum. De ſecunda ordinatione hēs. Iſa. xxxviij. Diſpone domui tue: qꝛ morieris tu: ⁊ nō viues. Debet. n. homo ſua ordinare vt vtiliter expendantur vel vtiliter retineantur. Eccle. vij. Peccora tibi ſunt attende illis: ⁊ ſi ſint tibi vtilia perſeuerent apud te.

Alia diuiſio prudentie. .xiiij.

Item prudentia a quibuſdā diuiditur in quattuor ſpēs. ſ. prouidentiā. Circūſpectionē Cautionē: docilitatē. quaꝝ ſpecieꝝ numerus videtur ſic manifeſtari. Cognitio ſalubriſque ad prudentiā pertinet cōſiderari poteſt abſolute ꝓut eſt in cognoſcente vel prout diſtribuitur alteri. Eſt. n. theſaurus nobilis qui diſtribut⁹ ſuſcipit incrementū Et ſicut dicit Aug. in lib. de doctrina chriſtiana. Oīs res que dando nō deficit duz habetur: ⁊ nō datur nunduz habetur quō habenda eſt ſecūdū ergo ꝙ prudentia dirigit circa diſtributionem ſcīe ſeu cognitionis ſalubris eſt. hec ſpecies ei⁹ docilitas: ſecundū vero ꝙ abſolute ꝯſideratur vt eſt in cognoſcente tres hēt ſpecies. Cum enim ſit lumen rationē perficiens ad videnduz que agenda ſunt: ratio autē pfecte nō videt niſi videat remota vt ppinqua: ⁊ niſi videat res in cāis: ⁊ nō ſoluz ſupficialiter

ꝯſtituta q̃s dicim⁹. Relliq̃ duo imo quo
e niſi videat vndique ⁊ nõ ſolum ex par
te vna prudentia ſpeciem vnam habet q̃
videntur remota: ſ. ꝫ ꝓuidentiã que ſic di
cta eſt eo ꝙ ꝓcul videat: ⁊ põt oſtẽdi no-
mẽ prudẽtie ad memoriã: ⁊ ꝓuidẽtiã q̃s
ponit tullius. Ratio eni procul videt ſiue
prouideat futura ſiue recordetũr ꝑterita.
Similiter mõ nomẽ memorie q̃nq; extẽdit
ad futura. Eccleſia. ſeptimo. In omnibus
operibus tuis memorare nouiſſima tua.
Aliã ſpeciem habet prudentia qua ea que
videntur ſupficialiter bona agnoſcuntur
eſſe mala. ſcꝫ cautionẽ. aliã etiã habet qua
vndiq; videt ſcilicet circunſpectionẽ. Pro
uidentia proprio nomine ſumpto eſt pre-
ſens noticia futurũ pertractans euentum
huius officiũ eſt. ex preteritis ⁊ preſentib⁹
futura perpendere. Boetius in libro con
ſolationũ. Non ſolã q̃d ante oculos ſitũ
eſt ſufficit intueri rerum exitus prudentia
metitur. Imprudens viã reſpicit qua itu-
rus eſt. Prudens vero finem vie attendit
Si dicatur imprudenti veni mecũ ducaꝫ
te honorifice: ⁊ per viam pulcher adhere
ant ea que ſufficient: ⁊ quodãmodo reli-
gentur. ¶ Septimũ eſt vt diuidendo me
diocritas ſeruetur. Sene. in epiſtolis phi
loſophiã in partes nõ in fruſtra diuidaꝫ.
Diuidi enim eam nõ cõcidi vtile eſt. Naꝫ
cõprehendere queãdmodũ maxia ita mi
nima difficile eſt. Ideꝫ partes eius quod
diuiſũ eſt innumerabiles eẽt ⁊ paruulus nõ
oportet. Idẽ vitij hꝫ nimiũ cui nulla diui
ſio ſit Simile cõfuſo eſt q̃cq̃d vſq; in pul
uerẽ factũ eſt. ¶ Octauũ eſt inter tardita-
tẽ: ⁊ precipitationẽ mediũ in proferendo
ſeruare. Sene. in epiſtolis. Philoſophi ꝓ
nunciatio ſicut vita debẽt eẽ cõpoſita ni-
hil ordinatũ eſt q̃d precipitatur ⁊ ꝓparat
Idẽ eque ſtillare illum volo qui currere
nõ extẽdat aures vero obruat. Itẽ iopia
verborũ: ⁊ exilitas minus intentũ audito
rem habet tedio interrupte tarditatis faci
lius tamen inſidet quod expectatur q̃ q̃d
preter volat. Deniq; tradere homines di-
ſciplinis precepta dicũtur nõ tarditur q̃d
fugit. Quomodo oino regere poteſt que
regi nõ poteſt. Idẽ remedia non proſunt
niſi imorentur. Idẽ dicendi celeritas non
ſatis decora ẽ philoſophie que ponere de
bet verba nõ proicere. Idẽ queãdmodũ
ſapienti viro inceſſus modeſtior cõuenit

ita oratio depſſa ꝓ audax. ¶ Cõtrariũ eſt
vt docendo veritatẽ nõ deſerat. Augu. in
libro de doctri xpiana. Minus itelligãt mi- C
nus placeãt: minus moueãt que dicuntur
vera tñ dicãtur ⁊ iuſta. ¶ Decimũ eſt vt
doctrina facilis ſit: ⁊ apta. Augu. in libro
de doc. xpiana. Quid ꝓdeſt locutiõis inte
gritas quã nõ ſeq̃t itellectus audientis cũ
loquẽdi oino nulla ſit cã ſi q̃d loq̃mur nõ
intelligãt Propter quos vt intelligãt loq̃
mur. Prouer. xix. Doctria prudẽtũ facilis
Eccle. iiii. Ne abſcondas ſapiẽtiã i decore
eius. i. ad cor. xiiii. Si incertã vocẽ det tu
ba q̃s preparabit ſe ad preliũ. Idẽ in eo-
dẽ nolo in eccleſia q̃nq; verba ſenſu meõ
loq̃ vt ⁊ alios inſtruã quã. x. milia verboꝝ
in lingua. Ambro. Melius eni eſt vt nos
intelligant populi q̃ vt cõmẽdẽt gramati
ci. Augu. in li. de doc. xpiana. Que vix in
telligunt vel raro ſi aliq̃d vrget vel nunq̃
oino populi audictiã mittẽda ſũt. ¶ Un-
decimũ eſt vt doctrina ſit breuis. Eccle. xi
Verba ſapiẽtũ ſtatera ponderabunt. Au-
gu. in li. de doctrina xpiana. Sicut ingra-
tus eſt q̃ icognita obnubilat ſic oneroſus
eſt qui cognita iculcat. Et ethnic⁹ ⁊. Quid
precipies eſto breuis vt cito dicta ꝑcipiãt
animi dociles teneãtq; fideles. Oẽ ſuper
uacuũ pleno de pectore manat. ¶ Duode
cimũ eſt vt doctrina ſit vtilis. Sene. i epi
ſtolis. Etiã ſi multũ eẽt etatis parce diſpẽ
ſandũ erat vt ſufficeret neceſſarijs. Nam q̃
dementia eſt ſupuacua dicere i tpis egeſta-
te. Doctrina moralis dꝫ eẽ ꝯtra peſtẽ ali-
q̃: ⁊ finaliter ad edificãdã dilectionẽ dei ⁊
ꝓximi in hoib⁹. Sene. i epſtis. Aliq̃d quo
tidie ad verſus paupertatẽ ad verſus mortẽ
auxilij cõpata nec min⁹ aduerſus ceteras
peſtes. Aug. in li. de doctri. xpiana. Legis ⁊
omniũ diuinarũ ſcripturarũ plenitudo ⁊
finis eſt dilectio dei quẽ fruendus ⁊ rei q̃
nobis cuꝫ in ea refrui põt. Et paulopoſt.
Quiſq̃s igit̃ diuinas ſcripturas vel q̃ſi l
bet eaꝝ partẽ intellexiſſe ſibi vĩ: ita vt eo i
tellectu nõ edificet geminã caritatẽ dei ⁊
proximi nõdũ intellexit. ¶ Et notandũ ꝙ D
doctor in doctrina ſua tria dꝫ attendere. ſ.
vt inſtruat placeat: ⁊ ad agẽdũ moneat.
Aug. in li. de doc. xpia. dixit q̃dã eloquẽs.
⁊ verũ dixit ita debere dicere eloquẽtẽ vt
doceat vel delectet: vel flectat. Deide addi
dit docere neceſſitatis ẽ delectarẽ ſuauitatis
flectere victorie docẽdi neceſſitas in reb⁹

dicimus. Qui ergo dicit eū docere vult q̄diu nō itelligit nundū ſe exiſtimet dixiſſe qđ vult ei quē vult docere. Si vero intelligit quocūq₃ modo dixerit dixit. Quod ſi delectare vult aliqs dicit aut flectere intereſt quō dicat. Sicut aūt teneatur ad audiendū delectandus eſt auditor ita ⁊ flectēdus vt moueaꝰ ad agēdū. Et ſicut delectaꝰ ſi ſuauiter loqueris: ita flectaꝰ ſi amet qđ polliceris: ⁊ timeat ꝙ minaris. Odiat qđ arguis. Itē Aug. in eodē. Quis audiat dicere aduerſum mēdaciū in defenſoribus in hermē debere conſiſtere veritatē. vt. ſ. q reos falſas ꝑſuadere conatur nouerit auditorē vel beniuolū. vel attentum. vel docilē facere. iſti aūt nō nouerit: ⁊ illa falſa apte veriſilr ber. ⁊ diſilr iſti vera ſic variāt vt audire tedeat itelligeꝰ nō pateat credere poſtrēo nō libeat. Illi fallacibꝰ argumētis veritatē oppugnēt aſſerūt falſitatē iſti nec vera defēdere nec falſa valeāt refutarꝰ. Et notādū ꝙ doctor ſacre ſcripture nō debet eſſe timidus vel remiſſus Augu. in lib. de doctri. xp̄iana. Qui timuerint ne ſemē cadat in terrā in malā nō ꝑueniet ad bonā₃: iactamus ſemia ſpargimus ſemina: ſūt q cōtēnunt ſunt q cōprehēdūt ſūt q irridēt iſtos ſi nos timuerimus nihil habemꝰ ſeminare: ⁊ in meſſe hēmus eſurire. Scđa ad thim. 4. Predica verbū inſta oportune Mat. ix. Circuibat ieſus oēs ciuitates ⁊ caſtra docēs in ſinagogis eoꝝ. Mat. vi. Circuibat ieſus caſtella i circuitu: docēs luc. xi. ⁊ erat quotidie docēs in tēplo. Itē notandū ꝙ ſm quoſdā docilitas ē virtus dirigens hoiem tā in adiſcēdo q̄ in docēdo. De his q̄ valēt ad h̄ vt qs bn̄ addiſcat.

Ed ſm hoc ſciēdū ē ꝙ ſeptē ſunt que dicunꝰ valere ad hoc vt aliqs bn̄ addiſcat maxime ſcripturā ſacrā. Primū eſt vt hō bn̄ viuat. Errat qſqs veritatē ſe cognoſcere putat ſi adhuc nequiter viuat. Eccle. i. Cōcupiſcēs ſapiētiā ſerua iuſticiā: ⁊ dn̄s ꝓbet eā tibi. Eiuſdem. xxvii. Volatilia ad ſibi ſimilia cōueniūnt: ⁊ veritas ad eos q operātur illā reuertetur. Apoc. 3. Collirio inunge oculos tuos vt videas. Glo. collirio oculi vt videamus inunguntꝰ cū ad cognoſcendā veri luminis claritatē intellectus nr̄i aciē medicamine bone oꝑatiōes adiuuamus. q male viuūt quaſi ſpirātia manuū ſuarū lumen diuine ſapientie a ſe prohibent.

¶ Scđm eſt oratio. Cū ſapiētia donū dei ſit nō d₃ aliquis tēptare rapere eā violentia ſtudij deo irreqſito. Iaco. i. Si qs indiget ſapiētia poſtul₃ eā a deo. Aug. Oratione melius ſoluunꝰ dubia q̄ inqſitione alia. ¶ Tertiū eſt hūilitas ⁊ h̄ quātū ad 4. Primo quātū adhoc vt nullā doctrinā cōtepnat. Secūdo vt a nullo doceri erubeſcat. Sene. primū documētū eſt vt nullā doctrinā cōtēnas. Scđm vt a nullo diſcere erubeſcas. Sene. in li. de. iiij. virtutibus. Eſto ſapientie cupidus ac docilis. q noſti ſiue arrogātia impartire poſtulāti. Quē nō noſti ſiue occulatione ignorātie tibi poſtula impartiri: Etiā a malis d₃ homo adiſcere. Aug. in lib. de doc. xp̄ia. Audiunꝰ vtiliter q vtiliter nō agūt, Sua. n. querere ſtudent: ſed ſua docere nō audēt ⁊ prima cathedra. Moyſi cogit eos bona dicere: ⁊ nō bona facietes. Theophilus lector Origenis ita bonā carpat ne ſpinā attingat. Qui ſolū a nobis nolūt adiſcere ſimiles ſūt illis q ſolū in ciphis argēteis vꝰ aureis volūt bibere: ⁊ tantū in ſacris purpureis vel alter precioſis frumentū dari₃ recipere quoꝝ ſitis vꝰ fames miſerāda nō eſt. ¶ Tertio q̄tū adhoc vt homo nō erubeſcat cōfiteri ſe neſcire qđ neſcit nec dū ſe ſcire mētiꝰ nunq̄ ſcire mereaꝰ. Aug. Nō erubeſcēdū eſt hoi cōfiteri ſe neſcire, nedū ſe ſcire mētiꝰ nūq̄ ſcire mereaꝰ. Quarto quātū adhoc vt humilē modū loquendi quem h₃ ſacra ſcriptura nō cōtemnat Aug. ad voluſianū. Modus diſcēdi quo ſacra ſcriptura cōtexiꝰ oibus eſt acceſſibilis quāuis pauciſſimus penetrabilis ide₃ inuitat oēs humili ſermone: quos nō ſolū manifeſta paſcit. ſ₃ etia₃ ſecreta exercet vitare. Idem in lib. cōfeſ. Inſtitui animā intendere ſcripturis ſanctis. Sed mihi viſa eſt ſacra ſcriptura indigna q̄ tullianē dignitati cōparem. Timor enim meꝰ fugiebat modū eius. Illa eni erat que creſceret cū paruulis. ſed ego dedignabar eſſe paruulus: ⁊ turgidus faſtus grādis mihi videbaꝰ: Idē in eodē lib. xij. Mira ꝓfunditas elōgoꝝ tuoꝝ quoꝝ ecce aū vos ſuꝑficies blandiēs paruulus. ſ₃ mira ꝓfunditas deus meus mira ꝓfunditas. horrorē intēdēti in eā. Quartū ē vt libroꝝ emēdationi intendat. Aug. in lib. ꝺ doc. xp̄ia. Codicibꝰ emēdādis primitꝰ d₃ inuigilare ſolertia. eoꝝ q ſcripturas diuinas noſce

Aderat. Quintū ē vt hō ſit diligēs ſcriptu ras ſacras īdagādo. Ad qd̄ p̄mo neceſſa ri⁹ ē timor dei. Prouer. i. Timor dñi p̄n cipiū ſapie. Ipſū ingrentē ſeruat a malo. p̄u. 14. ſapiēs timet ⁊ declīat a malo. Ibi dē timor dñi fact⁹ vite: vt declineta ruina mortis. Idē nihil negligit. Eccl'. 7. Qui ti met dñz nihil negligit. Sc̄do mā ſuetudo vt hō cedat auc̄tati diuīe ſcripture. Au. i li. ꝺ do. xp̄i. Añ oia op⁹ ē dei timore ad cog ſcēdū ei⁹ volūtatē. Deide miteſcere op⁹ ē pietate. Neqꝫ ꝯtradiceř diuīe ſcripture. ſiue ītellecte. ſi aliq̄ vitia nr̄a pcutit ſiue nō itel lecte quaſi nos meli⁹ ſapere: meliuſqꝫ pci pere poſſem⁹. Sed cogitare poſtea ⁊ cre dere id eē meli⁹ ⁊ verius qd̄ ibi ſcriptuz ē ēt ſi lateat quaſi id qd̄ nos p nos ipos ſa pere poſſimus. Ber. ad frēs de mon. dei. In oībus ſcripturis legēti initiū dꝫ eſſe ti mor dñi. Aug. in lib. de do. xp̄i. In oībus canonicis ſcripturis timētes deū ⁊ pieta te māſueti q̄runt volūtatē dei. quo ordie vero ꝑcedendū ſit īdagādo ſcripturas ſa cras. Aug. in eodē li. Determinat dicens. Erit diuinaꝝ ſcripturarū ſolertiſſim⁹ īda gatorqꝫ p̄mo totas legitur. notaſqꝫ habue rit: ⁊ ſi nonduz intellectu: iam tñ lectione duz taxat eas q̄ vocanť canonice. Nā ce teras ſecurius leget fide veritatis īſtruct⁹ ⁊ īfra. In ſcripturis q̄rentiū volūtatē dei. Prima obſeruatio ē noſce canonicas ſcri pturas: ⁊ ſi nundū ad itellectū legēdo tñ nullis mādať memorie vl' oīno icognitas nō hře. Deide q̄ in eis aperte poſita ſūt vl' p̄cepta viuēdi vel regule credēdi ſolerti⁹ diligētiuſqꝫ iueſtiganda ſunt. q̄ tanto i eis quiſqꝫ plura iueniet quāto ē intelligentia capacior. In his. n. qui apte poſita ī nſcri pturis ſunt inueniunť oia illa q̄ cōtinēt fi dē moreſqꝫ viuēdi ſpez. ſ. ⁊ caritatē. Tūc vero facta quadā familiaritate cū ipa lin gua diuinaꝝ ſcripturaꝝ i ea q̄ obſcura ſūt aperiēda diſcutienda ꝑgendū eſt: vt ad obſcuriores locutōes illuſtrādas de mani feſtioꝛib⁹ ſumantur exēpla: ⁊ q̄dā certarū ſententiaꝝ teſtimonia dubitatione incer tis auferant in qua re memoria valet plu rimū. Inq̄ſitio vero dupliciter fit: q̄ſiqꝫ ab alio q̄rendo ad qd̄ ptinet illud. Aug. i lib. de doc. xp̄ia. Nulla res magis memo rie mādāda ē q̄ illa ꝟboꝝ locutionūqꝫ ge nera q̄ ignoram⁹: ⁊ vt cū peritior occurrerit queri poſſit: q̄ſiqꝫ aliqs ꝑ ſe iquirit in ſcri ptura: ⁊ tūc cauēda ē ī ei temeritas ne ſc̄ꝫ gnota pro nobis habeat. hīſqꝫ temere aſ ſentiat. Hoc. n. p̄ſumptio eſt ꝙ effugere q̄ volet adhibebit ad res cōſiderādas tp̄s ⁊ meditationē. Aug. in li. ꝺ vtilitate credē di. Due ſunt ꝑſone laudabiles in religio ne. Una coꝝ q̄ iaz veritatē iuenerūt quos etiā beatiſſimos iudicare neceſſe eſt. Alia coꝝ qui ſtudioſiſſime: ⁊ rectiſſime iq̄rūt primi ſūt in ipa poſſeſſione. Alij in via q̄ tñ certiſſime ꝑuenięt. Tria ſunt vero alia genera hoīum ꝑfecto iꝓbāda ac deteſtā da. Unū eſt opinātium. ſ. eoꝝ qui ſe arbi trantur ſcire qd̄ neſciūt. Alterū ſiquidem qui ſentiunt ſe neſcire: ſed nō ita querunt vt poſſint inuenire. Tertiuz vero eoꝝ qui nec ſe ſcire exiſtimant: nec q̄rere volūt.

Itē cauenda eſt in inquirendo curioſi tas que eſt non magne vtilitati nimiā ope ram impendere. Sene. quid te torquetur in illa queſtione q̄ ſubtilius eſt contem pſiſſe q̄ ſoluere. Cauenda eſt etiaz ibi in ſtabilitas. Sene. in epiſtolis. Uide ne lec tio auctoꝝ multoꝛuz ⁊ omnis generis vo luminum habeat aliquit vagum: ⁊ inſta bile. Cauendū eſt etiam rixādi libido que peritos in arte logica multum ſolet vexa re. Aug. in lib. de doc. xp̄iana. Diſputatio nis diſciplina ad omnia genera queſtio nū que in libris ſanctis ſunt penetrandā plurimū valet. Tantū ibi cauēda eſt rixā di libido: ⁊ puerilis quedā oſtentatio ad uerſariū decipiēdi. Sc̄do ad thimo. ſc̄do. Noli verbis contendere. Aug. in libro de doc. xp̄ia. Uerbis cōtendere eſt non cura re: quomodo error veritate vincatur: ſed quomodo tua dictio dictioni alteri⁹ p̄fe ratur. Item cauēda eſt ibi nimia veloci tas in trāſcurrēdo. Nos enim videt aīus tranſcurēdo latentē ſententiā. Sapiēs ni hil magnū reruz ipa natura cito effici vo luit propoſuitqꝫ pulcherrimo cuiqꝫ ꝯgi difficultatem naſcendi quos hanc legem fecit vt maiora animalia viſceribus parē tum diutius continerēt. Ar. Dicit in lib. de natura animaliū. Quod elephans fe mina pregnās ex duobus annis q̄ eſt aīal magnū. Itē ſapiēs. Omnia veſtra dū na ſcuntur placent. Sed redeamus ad iudi cium cito ſcribendo non fit vt bñ ſcribať bene ſcribendo ſit vt cito: ſed tunc maxi me eū facilitas illa ꝯtigit reſiſtam⁹ ⁊ pro uideam⁹: vt efferētes equos frenis ꝯbuſ

perantia virtus eſt: animam regens circa
delectationes ſenſuū. Notandum ergo ꝙ
ille partes temperantie: que regunt animā
circa delectationes: que ſunt ſecundum gu
ſtum ⁊ tactum ſatis ſunt note: ⁊ nomina
te que ſunt ſobrietas ⁊ continentia. Ille
autem partes que pertinent ad delectatio
nes: que ſunt ſcdꝫ viſuꝫ: ⁊ auditum ⁊ olfa
tum: non ſunt ita note nec habēt ſpecialia
nomina: ⁊ poteſt eſſe in cauſa vtilitas di-
ctarum virtutum: quia duo ſenſus. ſ. guſt⁹
⁊ tactus pertinent ad eſſe. Tres alij q ſunt
pertinent ad bene eſſe mediante guſtu: aſ
ſumitur ꝙ per vim nutritiuā corpori vni
tur: ⁊ ſic conſeruatur eſſe indiuidui: vnde
guſtus eſt ad cōſeruandum eſſe indiuidui.
Mediante vero tactu per vim generati-
uam transfuditur: quod erat in vno cor-
pore in aliud corpus ⁊ ſic ſit multiplicatio
indiuiduorum ⁊ ſaluatur eſſe ſpeciei in
multis indiuiduis quod non poſſet ſalua
ri in vnico cum ſit indiuiduū corruptibi-
le. Item tactus ⁊ guſtus ſunt principales
ſenſus. Alij vero tres ſunt ordinati ad il
los. Uiſu enim ⁊ auditu ⁊ olfatu nutrimē
tum a longe agnoſcitur: ꝙ guſtu prope
agnoſcitur. Unde dicitur in libro de natu
ra auium. Quod auis rapax eſt acuti vi-
ſus: quoniam indiget vt cibus ſuum vi-
deat a remotis. Uiſu ⁊ auditu ⁊ olfatu
agnoſcitur a lōge deſtructiuū corporis vel
delectabile ſm tactū: qr de prope tactu de
cernit prius: vidit mulier ꝙ bonum eēt li
gnum ad veſcendum ꝗ̄ de illo guſtaret.
Geñ. iij. Et prius vidit. Dauid mulierem
lauantem ſe ex aduerſo ꝗ̄ adulterium cū
ea cōmitteret. 2. Re. 11. Item ſicut dicitur
in lib. de natura aīalium. Senſus tactus
in homine ſubtilis eſt pluſꝗ̄ alij ſenſus ⁊
poſt ipſum guſtus. Ceteri ſenſus in homi
ne ſunt hebetiores ꝗ̄ in alijs animalibus
idem dicitur. In eodem lib. Quod ſen-
ſus viſus in omnibus animalibus eſt ſu-
pra auditum: ⁊ ſub hijs olfatus tactus ⁊
guſtus operantur ſcdm propinquitatem

ca. .9.

obiecti. Alij ſcđꝫ diſtantiam. Unde delectationes que ſunt ſcđm tactū ⁊ guſtum maiores ſunt ꝗ̄ que ſunt ſcđm alios tres ſenſus ⁊ pronitas ad operationes ⁊ delectationes ſcđm illos duos ſenſus maiorꝫ ꝗ̄ ſcđm alios tres ⁊ vitia que ſunt ſcđm operationes ⁊ delectationes eoꝝ duorum ſenſuum magis ſunt pericUloſa. Ideo virtutes que ſunt cōtra omnia illa vitia magis ſunt neceſſarie ⁊ magis note ⁊ habent ſpecialia nomina. ¶ Inter virtutes vero pertinentes ad delectationes quinqꝫ ſenſuum. Primo ꝓſequemur de ſobrietate. Secundo de continentia. Tertio tāgemus de illa temꝑantia que eſt circa delectationes alioꝝ trium ſenſuum.

¶ De ſobrietate. Ca. 9

Circa ſobrietatem vero primo diſtinguemus diuerſas acceptiōes huius nominis ſobrietas. ¶ Secundo ponemus ea que pertinent ad eiꝰ cōmendationē. ¶ Tertio tāgemus de officijs ipſius.

¶ De diuerſis acceptionibus huius nominis.

A Circa primū notandū eſt ꝙ nomē ſobrietatis quadrupliciter ſumitur in ſacra ſcriptura. Quandoqꝫ enim ſumitur large pro temperantia que eſt vna quattuor cardinalium virtutum vt Sap. viij. Sobrietatē inquit et prudentiam docet ⁊c̄. Ty. ij. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus ⁊c̄. Secundo ſumitur pro temperantia ꝗ̄ eſt generalis vt Ty. ij. Iuuenes hortare vt ſobrij ſint Glo. In oībus. Tertio ſumitur pro temperantia ꝗ̄ eſt circa potum ⁊ cibum vt Ty. ij. doleſcentulas vt viros ſuos ament: filios ſuos diligant prudētes caſtas ſobrias. Glo. in cibo ⁊ potu. Quarto ſumit̄ ſobrietas pro temperantia circa potū tantū ⁊ ſic ebrietas eſt ei oppoſita. Si ſumitur. Eccleſi. xxxi. equa vita hominibus vinum in ſobrietate ſi bibas illud moderate eris ſobrius. Tertio modo ſobrietas hic ſumit̄ pro temperantia circa cibum ⁊ potū vel circa delectationes que ſunt ſcđm guſtum.

¶ De cōmendatione temperantie.

B De cōmendationē vero huius virtutis notandum ꝙ ſobrietatem ſuadet nobis: natura: ſcriptura: ⁊ vniuerſa creatura. Nā modicitate oris humani ſuadet nobis mediocritatem in ſumptione cibi ⁊ potus. Homo enim oſ comparatione ſui corporis paruū oris eſt vt dicit Ari. in lib. de natura animalium. Oris vero modicitate ſuadet: nobis natura raritatem in ſumendo cibū ⁊ potum: vnum enim os habemus cū duos oculos ⁊ duas aures habeamus: breuitate vero delectationis que nō habetur niſi in tranſitu cibi diſſuadet nobis ſumptuoſitatem ciboꝝ delectabiliū. B. in ſermonibus taꝫ modice partis .ſ. gutturis tam exigua delectatio quanta paratur ſollicitudine quā taꝫ deinde moleſtiam parit. hinc ⁊ morbi varij generantur. Idem etiaꝫ diſſuadet nobis corruptio cibi ⁊ potus que fit poſtꝗ̄ in ſtomachum deſcenderunt. Iohel. primo Vlulate omnes qui bibitis vinū in dulcedine. Perijt enim ex ore veſtro. Non ſic eſt in alijs ſenſibus. Non eni corrumpitur res pulchra que videtur cum ſemel viſa fuerit nec res odorifera cuꝫ ſemel odorem eius aliquis acceperit naturales appetitus anime non ſunt deliciaꝝ. Eccle. xxix. Initium vite hominis aqua ⁊ panis. Eandem eſcaꝫ aſſignauit dominus: homini ⁊ brutis Geñ. 1. Ecce īquit dedi vobis oēm herbam afferentē ſemen ſuper terraꝫ ⁊ vniuerſa ligna que habēt in ſemetipſis ſementē ſui generis vt ſint nobis in eſcā ⁊ cunctis animantibus terre. Señ. Conſidera tecum quantū natura poſcat ⁊ quantum cupiditas expectat. Scriptura ꝟo ſacra dupliciter ſuadet nobis ſobrietatē .ſ. admonitionibus multis ⁊ ſanctoꝝ exemplis. De amonitionibus vero paucas ponere ſufficiat. 1. Theſſa. 5. Vigilemus inquit ⁊ ſobrij ſimus. 2. Thimo. 4. Miniſteriū tuū imple ſobrius eſto. 1. Pe. 4. Eſtote itaqꝫ prudētes ſobrij ⁊c̄. Eiuſdem. 2. Sobrij eſtote ⁊ vigilate. primoqꝫ ait prudētes ⁊c̄. De exemplis enim pauca ponere ſufficiat. Danie. 1. Ducūt pueri bone indolis dentur nobis legumina ad veſcendum ⁊ aqua ad bibendum cibo regio contempto. Dan. 10. Triū ebdomadarū diebus panem deſiderabilem nō cōmedi ⁊ caro ⁊ vinum non introierunt in os meum. Mat. 3. ⁊ Mar. 1. Dicit de Io. baptiſta ꝙ eſca eiꝰ erat locuſte et mel ſilueſtre. Luce. 1. vinum ⁊ ſiceram non bibet. B. ſuper cant. Abſtineo a carnibus ne dum nimium nutriuero carnē ſimul ⁊ carnis nutriantur vitia panem

ipſum cum menſura ſtudebo ſumere ne oneráto ventre ſtare ad orādū tedeat. Et de beato Nicolao legit ꝙ cū lacte aleret. 4.ᵃ 6.ᵃ Feria ſemel tm̄ in die lac ſuggebat. Omnis eni creatura ſobrietatē ſuadet qꝛ in omni creatura eſt modus vel menſura ſcḋm illud. Sap. 11. Oia in mēſura ꝛ nu mero ꝛ pondere diſpoſuiſti. Itē ad cōmē dationē ſobrietatis valere pōt ſiōndatur quot ꝛ quāti ſunt eius effectus ꝛ quā pico culoſius in homine eius effectus. Notandū ergo ꝙ eius ſobrietas valet ad ſanita tē ſcḋm illud. Eccle. 31. Sanitas eſt aie ꝛ corpori ſobrius potus. Señ. in epiſtolis. Simplex erat ex cā ſimplici valitudo mul tos morbos multa fercula fecerūt. Criſo. ſup epl'am ad Heb. Nihil ſic ſalutē nihil ſic ſenſuū acumē operat nihil ſic egritudi nē fugiat ſicut moderata refectio. Itez ſo brietas valet ad diuturnitatē. 3. 37. Eccle. Qui abſtinens eſt adiciet vitā. Itē valet ad iocūditatē ꝛ corporalē ꝛ ſpūalē. Eccle ſia. 31. Exultatio anime ꝛ corporis vinuz moderate potatū. G. in moral'. ſi a carne hoc qḋ licet abſcōdimus mox in ſpū hoc qḋ delectat. Inuenimus hō ſobrius dele ctabiliter viuit ꝛ dormiendo ꝛ vigilando. Eccle. 31. Somnus ſanitatis in hoie par co dormiet vſqꝫ mane ꝛ anima ipſius cū ipſo delectabit. hō ſobrius differt cōmede re donec eſuriat. ꝛ tūc etiā panis ꝛ aqua delectabiliter ei ſapiūt. Aug. in li. ḋ verbis dñi. Uix faſtidioſus ſaciaris neſcis quo mō. Sap. ꝙ fames accendit. Señ. in epi ſtolis. Solus panis bonus fiet ꝛ tibi euz tenerū ꝛ ſimilagineū fames reddet ideo nō eſt aū edendū ꝙ̄ illa imponat. Expe ctabo ergo nec ante edam q̄ aut bonū pa nē habere potero aut malū faſtidire deſie ro. B. in epiſtolis. Prudenter ſobrieqꝫ cō uerſanti ſatis eſt ad oē cōdimentuz. Sal. cū fame. Sapiens deſiderijs oia cōdiuntur Darius cū fuga eēt aquā turbidam ꝛ cada uerib⁹ inquinatā bibiſſet negauit vnquā ſe bibiſſe iocundius. B. ad fratres de mon te dei panis furfureus ꝛ ſimplex aqua ole ra vel legumina ſimplicia nequaquā res delectabiles ſunt ſed in amore xp̄i ꝛ deſi derio eterne delectatius ventri bene mo rigerato gratanter ex hijs ſatis facere poſ ſe valde delectabile eſt: qḋ milia paupe rū ex hijs vel aliquo eoꝝ delectabiliter ſa

tiſfaciunt nature. Facillimū quippe ꝛ de lectabile eſſet adiuncto amoris dei cōdi mento ſcḋm naturā viuere ſi inſania no ſtra nos permitteret qua ſanata ſtatiꝫ na turalibus natura arridet. Criſo. cōferam⁹ inquit mēſam diuitis ꝛ mediocri ꝛ diſcu tiamus vtro ꝯꝑuiuas. Qui magis queſo ſunt qui purā veráqꝫ mēſe cupiunt volu ptatem: Ille ne qui cenas prandijs iūgūt quiqꝫ vētris diſtenſione rūpunt atqꝫ op preſſione ciborū ſuoꝝ premuntur in quo rum corpore vino inundāte velut naufra gijs cuiuſdaz fluctus obruta anima neca tur vbi nec oculus nec lingua nec pes ꝓ prijs deſeruit officijs ſꝫ omnia mēbra cor poris qui vinculis iacent iuncta grauius quā penis vbi nec ſaporeis ad quietez da tur nec ad ſalubritatem cedit. Itez. Criſo. hijs qui in delicijs ꝛ luxurijs vitaz ducūt reſoluta quidē corpora ꝛ ideo omni cera molliora circūferunt atqꝫ infirmitatib⁹ re pleta qbus ad cumulum malorum podā gre tremor immatura ſenectus accidit ꝛ ē eis vita ſemp in medicis ꝛ in medicamen tis. Senſus autem tardi graues ꝛ obtuſi ꝛ quodāmodo iam ſepulti. Idem quis h iocunda dicat ꝛ grata qui tamen nouerit quid ſit iocunditas. Et voluptas a ꝓudē tibus ita diffinitur. Uoluptas eſt cū quis ſuis deſiderijs finitur vbi vero deſiderijs frui non poteſt dum vel egritudo non ſūt vl' ſocietas ipā deſiderijs facit ea que one roſa efficit ingrato. Sine dubio etiaz vo luptas in eis pariter ꝛ iocunditas perit. Idem. Conſidera egros qui faſtidio pur gētur quomodo quāuis ſuaues ꝛ lauti ti bi opponantur oneri eis magis ſunt quā voluptati Sic vbi per abundantiā cupidi tatis fuerit extincta pariter ꝛ voluptas ꝛ iocunditas promittitur qꝛ nō tam ciboꝝ gratia quā deſiderij gignit ſatiſfactio vo luptatem vn̄ aia ſatiata calcabit fauum Prouer. xxvij. Idem de petra melle ſatu rauit eos qn̄ quidē poſt multam itineris fatigationē ꝛ laborē ſitis ags frigidis ex ſaxo viuentibus fruebant eaſqꝫ cū deſide rio hauriebant hoc ipſo ergo ꝙ dulciſſi me ꝛ deſiderabiliter potādi cupiditas ex plebat aqua ſi illas mel appellauit. Gre. dubitari non pōt ꝙ ſimpliciois victus ꝛ menſa mediocris pleruncqꝫ iocunditatis habēt ꝛ voluptatis ꝛ econtrario diuitum

menſe execrabiles ⁊ horride ⁊ morborū
⁊ cōtaminatione plene in quibus mole-
ſta ſunt hec que delectabilia vidētur. Jtē
ſobrietas gratiā hominū cōparat ſicut eius
B oppoſitum hominibus exoſū reddit. Ec
cle. 31. Utere quaſi homo frugi hijs que
tibi apponunt ⁊ nō cum manducas mul
tum odio habearis. Jtē deū glorificat. 1.
Cor. 10. Siue comeditis ſiue bibitis ſiue
aliud aliquid facitis omnia ad gloriā dei
facite. Glo. quod manducas bibis ſumus
ad refectionē corporis reparationēq̄ mē
brorum gratias tribuēs ei qui tibi tribuit
mortali ⁊ ſcdm fragili iſta ſupplemento-
rum ſolatia cibus tuus ⁊ potus laudabit
deum. Sobrietas etiam in conuiuijs no-
ſtris deum paſcit prouidendo ibi puritatē
in qua ipſe delectatur. Cant. 2. Qui paſcit
inter lilia. Jtē ſobrietas munditiam pro-
uidet vbi maxime immūditia diſplicet ſed
in ore ⁊ ad menſam. itē mēbra in ore ma
xime diſplicet immunditia. Jn menſa ēt
multū placet munditia tertio. Par. deci-
motertio. Proponunt panes in mēſa mū
diſſima ⁊ Leui. vigeſimoquarto. Jubent
12. Panes propoſitionis ſtatui ſuper mē
ſam puriſſimā. Sobrietas ornamenta mē
ſe eſt. Ber. ad fratres de monte dei. Si mā
ducas menſam tuam per ſe ſatis ſobriam
ſobrietas tua perornet. Jtem ſobrietas of-
fenſam dei cauet vbi maxime cauēda eſt
ſcilicet cum bonis dei vtimur magna ini-
quitas eſt cum deo hoſtiliter agere cū in
menſa eius ſumus. Cauent latrones ne no
ceant aliquos diebus hijs cum quibus co
mederūt. Jtē ſobrietas ſeruat rōnis liber
tatem quā eius oppoſitū impedit. Eccle.
trigeſimoprimo. Ne comprimaris in con
uiuio vino. Jeronymus in epiſtolis. Qui
inebriatur ⁊ mortuus eſt ⁊ ſepultus. Au-
guſtinus nō aliud eſt ebrietas quā menſe
ſtiſſimus demon. Huiuſcemodi enim vir
cum ſe putat bibere vinum bibit a vino.
Sobrietas peſſimam ſeruitutem excutit
ſcilicet ſeruitutē corporis qđ ad ſeruiendū
datum eſt ſpiritui ⁊ nobilitatē anime ſer
uat. Eccle. decimo. Beata. terra cuius rex
nobilis eſt ⁊ cuius pnceps veſcuntur tpe
ſuo ad reficiendum ⁊ non ad luxuriam.
Jtem ſobrietas membrum nobili valde
regit. os ſcilicet. Senſum etiam pertinen-
tē ad eſſe ſcilicet guſtū dirigit. Circa quē

vitium valde periculoſum eſt deſtructiuū
enim eſſe pōt ipſius eē ⁊ eſſe occaſio ma-
gne infirmitatis vel mortis. Jtē ſobrietas
opus neceſſitatis regit in quo ſine ipſa fre
quēter erratur a iuuenibus ⁊ ſenibus. Jtē
ad intelligentiā preparat vnde. Dan. pri-
mo. Pueri q cibos regios cōtēpſerūt gro
ſis cibis cōtēti intelligētiores ceteris inuē
ti ſunt. Jtē vigilantiā ſeruat ad quā dñs tā
tū mouet. Mat. vigeſimoquarto. ⁊ xxv. ⁊
xxvi. Et Luc. vigeſimoprimo. ⁊ xxij. Un
de notabiliter ſobrietas ⁊ vigilia ſocian-
tur. primo. Thimo. quarto. Uigilemus i
quit ⁊ ſobrij ſimus. primo. p. quinto. So
brij eſtote ⁊ vigilate. Jtem miniſterio dei
idoneū efficit vnde. 1. Thimo. 3. Ubi oſtē
dit qlis dz eſſe miniſter dei: dī. Sobriū or
natū ⁊c. Tit. prio prudētē ſobrijs iuſtum
⁊c. Jtē ab igne infernali. ſ. luxuria ſeruat.
vñ pueri q abſtinētes fuerūt a fornace ba
bylonica illeſi exierunt. Dan. 3. Sobrietas
filios dei fugientes egyptios infernales p
ſiccū ad terrā pmiſſionis perducit. Exo.
decimotertio filij iſrael ambulauerūt per
ſiccū ⁊c. Qui ſobrietate nō habēt in aqs
voluptatū ſubmerguntur. Sobrietas pri-
mū ingreſſū hz in bello ſpūali ſine ipſa ce
tere vtutes fruſtra pugnāt Glo. ſup Mat. E
4. Niſi gula prius refrenet fruſtra contra
alia vitia laborat. Qui poplice flexo aquā
biberūt nō pmiſſi ſunt ire ad bellū cum
gedeonē. Jud. vij. Poplice flexo aquā bi
bit q voluptuoſe cōmedit. Jtem ſobrietas
diabolo aufert ingreſſū in hoie ⁊ ſic vide
tur ei auferre dñium: nō dī eē dñs caſtri
q nō hz ibi ingreſſū. Sobrietas diabolū
in arido ponit vbi ipſe nō geſcit. Mat. xij
Ambulat p loca arida querēs reqē: ⁊ nō
inuenit. Piſcis infernalis in arido poſitus
palpitat vt de piſce. Tho. vi. Jſa. 50. Cō
putreſcent piſces ſine aq̄ fames lupū ꝺ ne
more exire facit ſic ſobrietas diabolū de
hoie ipſa carni ꝯcupiſcētī aduerſus ſpūm
victualia aufert: ⁊ igni cōcupiſcentiarū li-
gna ſubtrahit vñ diminuit vel deficit. Jp
ſa carnē in ptāte ſua hz. Geñ. 16. Ecce an
cilla in manu tua eſt vtere ea vt libet ipſa
ad modū lapidis pcioſi hoiē cuſtodit ne
cibus vel potus ei noceat. Si ſobrietas a
ſit dum corpus replet anima euacuat ho
mo depauperatur. Prouer. 21. Qui diligit
epulas in egeſtate erit deus blaſphemat

Glo. super illud .i. Cori. x. Siue comeditis siue bibitis &c. Si modum nature debitū in moderatione voracitatis excedis: & in voluptate te ingurgites quātascūq; laudes ligua sonet: vita blasphemat. Item venter deificat. Philo. iij. Quorum deus venter est: porta oris aperta exercitus vitiorū ingredit. Job. xxx. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerūt sup me: sine sobrietate mensa hoīs est in laqueū. Eccl. ix Sicut pisces capiunt hamo & aues comprehendunt laqueo, ita capiunt hoīs tpe malo. Tēpus malū: & piculosū ē hoī nō habēti virtutē sobrietatis tpe prādij. Sap. 14 Creature dei i odiū facte sūt: & i tēptatōes holum & in muscipulā pedib⁹ isipientiū.

¶ De officijs sobrietatis.

a Sequitur de officijs sobrietatis et possunt distingui duo officia ei⁹ Unum est cauere excessum in cibo. Aliud est cauere excessum in potu. Sen. Ede citra cruditatē: bibe citra ebrietatem. Luc. xxi. Attendite ne grauent corda vr̄a crapula & ebrietate. Crapula quādoq; sumit p excessu i cibo solū: vt in verbo pdicto: qn̄q; vero cōiter pro excessu in cibo vel potu vt Eccl. xxxvij. Propter crapulā multi obierūt q ante abstinēs ē adiciet vitā. Et in ps. Tanq̄ potēs crapulatus a vino. Silr nomen sobrietatis qn̄q; sumit pro excessu in potu solū: vt Ro. xiij. Nō in cōmessationibus & ebrietatibus. Glo. Ebriam genere masculino dicim⁹ calicē aptū potatui: a quo dicit ebrietas q̄ est nimia potatio vini. Qn̄q; vero nomē ebrietatis sumit cōiter pro excessu i cibo vel potu. Et notandū q sobrietas nō ponit modū siue mēsurā solū circa quātitatē cibi vel potus: sed ponit modū quantū ad oēs circūstantias. Qui enī sobrius ē sumit cibū & potū quantū debet & qn̄ & quomodo debet. vnde possumus distin-
B guere quinq; officia sobrietatis. Primū est cauere ne statutū prandēdi terminū pueniamus. Qui tps puenit nō expectat donec salsa pparata sit. i. fames. vnde cibū insipide comedit. Eccle. x. Beata terra cui⁹ rex nobilis est: & cui⁹ pncipes cōmedūt in tpe suo. Secūm est cauere ne cibos lautiores q̄ramus. Sen. Uictus sit tibi ex facili: nec ad voluptatē sed ad cibū accede. Palatū tuū fames excitet non sapores. Desideria tua a partu refrene: q hoc tm̄ curare debes vt desināt. Tertiū est deuitare studiositatē pparandi cibos. Preparare enī studiose est hostis nostri gladiū acuere. Cibus enim delicatus ē gladius quo caro vtitur cōtra spm̄. i. Pe. ij. Obsecro vos tanq̄ aduenas: & peregrinos abstinere vos a car. desi. q̄ milit. aduer. a.

Quartū est nimium appetitū cibi vel potus refrenare. Aug. fieri pōt vt sine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vtatur. Insipiēs aūt fetidissime gule flāma: in vilissimū cibū vilescat: & ardescat. Et satius quisq; in ore dn̄i maluerit pisces vesci q̄ lenticulā in ore esau. Non propterea cōtinentiores nobis sunt plere opz bestie: q2 melioribus escis aluntur. Quintū est: mensurā refectiōis nō excedere. Eze. iiij. Cib⁹ tu⁹ quo vesceris erit in pōdere: de hac tn̄ materia regre in tractatu de vitio gule. Solet aūt queri vtrum quelibet ebrietas seu quilibet excessus in cibo vel potu virtutem sobrietatis destruat. Quod si verum esset omnis excessus in cibo vel potu mortale peccatū eēt. Uirtutē enim nō destruit nisi mortale peccatum. Ad hoc dicendū q duplex est modus siue mēsura ad sobrietatem ptinens. Unus attendit in cōmēsuratiōe nature vnde mēsurate sumit cibū vel potū quod necessariū est & sufficit nature. Jmmoderate vero qui sumit plusq̄ necessarium est. Et iste excessus potest eē & venialis & mortalis. vnde non ois talis excessus destruit virtutē sobrietatis. Alius modus attenditur in cōparatione boni temporalis ad eternum: vnde scdm̄ hoc modum seruat quis in sumendo cibum & potum qn̄ temporale bonū non prefert vel equat eterno. Jmmoderate vero se hz sumēdo cibū vel potū quādo temporale bonum prefert vel eterno equat. Et talis excessus mortale peccatum est: & destruit virtutem sobrietatis.

¶ De cōtinentia specie tēperātie. x

Dicto de sobrietate que ē tēperan-
b tia circa delectatiōes scd3 gustū. Dicendum est de temperātia illa que attenditur circa delectationes scdm tactū. Multiplex vero est delectatio scdm tactū. Quedam ē in suauitate vestiū. Quedam in suauitate lectorum. Quedam

in ſuauitate vnguentoꝝ. Quedaꝫ vero in
ſuauitate balneoꝝ. Quedã vero in carna
li contactu: que duplex eſt. Quedã ptinet
ad mẽbra generatiõi deputata. Quedam
pertinẽs ad cetera mẽbra. ¶ Temperan
tia vero circa delectationes predictas vo
cari põt cõtinẽtia. Maxime vero vſitato
ſermone ꝯtinẽtia vocat tẽperãtia illa que
cauet illicitas delectationes ſm tactũ quo
ad mẽbra que generationi deſeruiũt: que
ſic deſcribit. Cõtinẽtia ẽ abſtinẽtia ab oi
illicito coitu. Et eſt hec virt⁹ multũ neceſ
ſaria. Regit enim mẽbra illa in quib⁹ ma
xime ſeuit ꝯcupiſcẽtia. Mouent .n. qñqꝫ
hoie inuito vel dormiẽte. Et dr̃ i libro de
natura aialiũ. Qd accidit hoibus e q̃dru
pedib⁹ coitũ deſiderãtib⁹ ſubito ſperma-
tiçare. Quibuſdã ad tactũ mutuuꝫ. Alijs
ad ſolũ aſpectũ hoꝝ membroꝝ effrenatio
periculoſa eſt multũ vt oſtenſum eſt i tra
ctatu de vitio luxurie. Cum generatio ſit
ingreſſus ineſſe. ipa eſt velut quedã porta
diligenter cuſtodiẽda cuius de⁹ vult dñs
eſſe. Ideo in mẽbro generationi deputa-
to ſpecialiter voluit ſignũ ſuũ ponere. ſcꝫ
circũciſionẽ. Circuncisio ſpecialis figura
videtur eẽ cõtinẽtie. Cõtinẽtia i ſacra ſcri
ptura multum nobis ſuadetur. Exo. xij.
Renes veſtros accingetis. iiij. Re. iiij. ac
cinge lumbos tuos. Job. xxxviij. Accinge
ſicut vir lumbos tuos. Luce. xij. Sint lũ-
bi veſtri precincti. Ephe. vij. State ſubcin
cti lumbos veſtros. Continentia çona au
rea q̃ ſpõſe regis celeſtis ad decoreꝫ data.
Dan. x. Ecce vir vnus veſtitus lineis. Re
nes eius accincti auro obrizo. Apo. i. Ui
dit Jo. ſimilem filio hominis ꝑcinctum
ad mamillas çona aurea. Eiuſdẽ. v. Exie
runt ſeptem angeli precincti circa pecto-
ra zonis aureis. Zona aurea ad mamil-
las vel circa pectora eſt cõtinẽtia cordis.
Aurũ obrizũ circa renes eſt cõtinẽtia car
nis aurũ in igne ſeruatur. Cõtinẽtia igne
luxurie nõ leditur ad cõmẽdationẽ conti
nentie faciunt ea que valẽt ad deteſtatio-
nẽ luxurie de quibus regre in tractatu de
luxuria. ¶ Et notãduꝫ ꝙ tres ſũt partes
ꝯtinẽtie. Inter cõtinẽtes enim qui a coi-
tu illicito abſtinent. Quidaꝫ ſunt qui ita
abſtinẽt a coitu illicito qd vtuntur licito
quoꝝ cõtinentia dicitur coniugalis. Qui-
dam vero nõ ſolũ abſtinẽt ab illicito: ſed
etiã a licito quod contingit in duplici ſta
tu. Uel in eis qui habent integritatẽ car-
nis quoꝝ continentia dicitur virginalis.
Uel in eis qui hñt carnẽ corruptã quorũ
continentia dicitur vidualis quantuꝫ ad
perſonas illas que fuerũt in matrimonio
Quãtuꝫ vero ad ꝑſonas illas q̃ non fue-
rũt in numero nõ hꝫ ſpeciale nomen quo
vocetur. Inter has vero ſpẽs tres ꝯtinen
tie pmo dicetur de virginali q̃ ceteris pot
eſt tpe ⁊ dignitate de qua hoc ordine di-
cet. ¶ Primo oſtẽdet quot modis nomẽ
virginitatis ſumitur. Scdo deſcriptio
virginitatis ponet ⁊ exponet. Tertio cõ
mẽdationi ei⁹ iſiſtet. Quarto de hijs q̃
ſpecialiter virgib⁹ ſũt timẽda. Quito
de triplici aureola. Circa pmũ notan-
dũ ꝙ nomẽ virginitatis quadrupliciter
ſumitur. Qñqꝫ pro icorruptione fidei. ij.
Cori. xi. Deſpõdi enĩ vos vni viro vir-
ginẽ caſtã exhibere xp̃o. Glo. Aug. virgi-
nitas cordis fides eſt icorrupta. Quãdoqꝫ
carnis itegritas. vñ Glo. Aug. ſup verbũ
ꝑdictũ virginitas carnis corpus ẽ itactũ.
Idẽ cõtra Julianũ pudicitia ẽ res mẽ
tis ꝑgitas corpis. Qñqꝫ p pudicitia ẽ mẽ
tis cũ integritate carnis quãtũ ad ꝓpoſi-
tũ ſeruãdi eã: ſic virginitas mãſiſſet in lu-
cia ſi inuita fuiſſet corrupta. Quãdoqꝫ
vero pro pudicitia mẽtis ẽ integritate car
nis nõ ſolũ in ꝓpoſito ſeruãdi eã ſed etiã
in re: ⁊ virginitas ſic ſumpta excellenter
accipitur: ⁊ habẽtibus virginitatẽ talem
cõuenit deferre anulũ aureũ in eccl'ia mi
litanti i ſignũ ꝙ ſunt ſponſe xp̃i. In triũ
phante vero eccleſia merito huius virtu-
tis aureola redditur. Circa ſcdm notã
dum ꝙ virginitas ſic deſcribitur: virgini
tas eſt in carne corruptibili ꝑpetua icorru
ptionis meditatio. i. ꝓpoſitũ ſeruandi ꝑpe
tuã icorruptionẽ. Carnẽ vero corruptibi-
lem intellige carnem poſſibile corrumpi
ſiue neceſſario corrumpat vt in ſtatu pec
cati ſiue poſſibilem corrumpi: ⁊ nõ corrũ
pi vt fuit caro adam in ſtatu innocentie.
Et notandũ ꝙ corruptio carnis que acci
dit ei q̃ hꝫ ꝓpoſitũ cauẽdi carnis corrup-
tionẽ oĩno cõtra ſuã voluntatẽ non priuat
eã aureola. Unde dixit lucia ſi inuitã me
violaueris caſtitas mihi duplicabitur ad
coronã. Aufert tamẽ iſignia q̃ dant ſpãli-
b⁹ ſpõſis xp̃i in eccleſia militãte vt ẽ anu-

lus aureus. Aug. Virgies q̄ corrupte ſūt ſemel ſe nō audeāt ſacris virginibus adequare. Leo papa familie dei q̄ oppreſſione barbarica itegritatē pdiderūt pudoris laudabiliores erūt ſi ſe icontaminatis non audeāt adequare virginibus. Ratio vero huius ē q; militāte opamur ſcdm iudiciū humanū qd ē ſcdm illud qd apparet: in triūphāte vero ſecundū diuinū de⁹ enim ītuet. Cor. i. Re. vij. Unde cū appareat q; in vita ſit corrupta nondum fert ſigna virginalia. Corruptio vero carnis ex voluntate mētis pueniēs ſiue cū culpa vt extra matrimoniū ſiue ſine culpa vt in matrimonio priuat anulo aureo in pſenti et aureola in futuro. Corruptio vero mētis ſi p penitētiā reparata fuerit & finale ppoſitū ſeruādo carnis itegritatē aſſuerit non priuat anulo aureo in pſenti: nec aureola in futuro. Integritas vero carnis in ea q̄ carnis opus appetit nō eſt digna aureola Jerony. nihil pdeſt carnem habere virginem ſi mente quis nupſerit. Aug. in li. de virginitate. Felicior mihi videtur nupta mulier q̄ nuptura virgo hȝ ergo iam illa quod iſta cupit preſertim ſi nondum vel ſponſa cuiuſq̄ ſit. Jlla vni ſtudet placere cui data ē. Hec multis incerta cui danda eſt: hoc vno pudicitiam cogitationis defendit a turba q; non adulteruȝ: ſȝ maritum querit in turba.

¶ De cōmendatione virginitatis.

Sequitur de cōmendatione virginitatis. Notandū ergo q; virginitas eſt pcioſus theſaurus abſconditus in agro corporis. Mat. xiij. Precioſitas huius theſauri tanta eſt vt ipſe nō ſolum ſit preciū eterne glorie que oib⁹ electis eſt cōmunis: ſed etiā glorie ſpālis. Debetur enim ei nō ſolum aurea ſed etiā aureola. Exod. xxv. Preceptum eſt vt fieret menſa & ſup mēſam corona & ſup coronā coronula que figurata ē aureola. Theſaurum iſtum qui inuenit abſcondit &c. Quia qui eius precioſitatē intelligit ſeculo renunciās monaſteriū ſibi eligit vbi in abſcondito faciei dei viuit. B. neceſſe habemus abſcōdere ſi quid habemus boni quoniā theſaurū regni celeſtis: & qui inuenit homo abſcōdit pp̄ter quod i clauſtro & ſiluis abſcōdimur. Nec hoc ifructuoſe. Credo enim nullum hic eſſe ſi quartam partem eoꝝ que facit ſeculo actitaret qui nō adoraret vt ſanct⁹ reputaret vt angelus. Nunc aūt quotidie tanq̄ negligēs increpatur. Theſaurus iſte regno celeſti. ſimilis eſt. Vita enim virginū celeſti vite multū aſſimulatur. Mat. xxv. Simile eſt regnū celoꝝ decem virginibus: virginitas ponit in ſtatu celeſti quantum ad incorruptionem carnis. Mat. xxi. In reſurrectiōe neq; nubēt neq; nubētur ſed erūt ſicut angeli dei. Ber. Loquēs de caſtitate cui⁹ digniot ſpecies ē virginitas. hic ſola in hoc mortalitatis loco tempore quēdam ſtatū imortalis glorie repreſentat. hic iſtar odoriferi balſami quo cōdita cadauera icorrupta ſeruantur ſenſus & artus cōtinet: et cōſtringit virgines deſignate ſunt: per pelles iacintinas: que i tabernaculo ſuperiores fuerūt. Exo. xxvi. Ubi dicit glo. Bede. Jacint⁹ celeſtis eſt coloris: & ſubdit. Per pelles enim iacintinas exprimitur virtus illoꝝ qui mortificatis illecebris carnis celeſtem in terris vitam gerunt: & inter homines poſiti angelicā puritatem imitant q; neq; nubent neq; nubentur & ſubditur merito ergo pelles iacintine ſuppremū locum tenēt: & color celeſtis celo p̄ximū. Cyprianus imaginē eius qui de celo eſt portat virginitas. Ambro. ſup illud. i. Cor. vij. Bonum eſt homini ſic eſſe ſupergreditur virginitas conditione humane nature per quam homines angelis aſſimilātur. Maior tamen ēſt victoria virginum q̄ angelorum. Angeli enim ſine carne viuunt: homines vero virgies in carne triūphant. Jero. In carne preter carnem viuere non terrena vita eſt: ſed celeſtis. Ber. in epiſtolis. Angelus habet virginitatem ſed non habet carnem. Sane felicior q̄ fortior in hac parte. Optimus & optabilis valde ornatus ille qui & angelus poſſet eſſe inuidioſus. Renuit angelus adorari a Johanne virgine. Apoc. vltimo. Uide inquit ne feceris. Conſeruus enim tuus ſum.. Virgines enim ſimiles regno celoꝝ ſunt diuina inhabitatione. Deus enim habitat in eis regnum celoꝝ abſconditū eſt. Mira res cum terra in celo recludi debeat. In virginibus celum terre cōcluditur. Iſa. l. Induam celum tenebris & ponā ſaccū operimentū eoꝝ. Luce. xvij. Regnum dei intra nos eſt. Virginum vita regia

eſt cum ipſe ſponſe ſint regis celeſtis: e
ideo regine ipe etiam regnant in regno
ſui corporis: virgines figuram tenent ec
cleſie triumphantis ideo non cōſecratur ni
ſi virgo licȝ epūs conſecretur qui virgo nō
eſt. Sanctitas enim virginis ſanctitatem
ſignificat eccleſie triumphantis Cūȝ ſan-
ctitas epī ſignificet ſanctitatem militan-
tis eccleſie: virginibus competit illud. ij.
Cor. iiij. hēmus theſaurum in vaſis fictili
bus: virginitas theſaurus ē niueus. Job.
xxxviij. Nūgd igreſſus es theſauros niuis
Theſaurus eſt pꝑter precioſitatem. Eccl'.
xxvi. Nō eſt digna pōderatio ꝯtinētis ani
me niueus pꝑter puritateȝ: virgines pro
pter puritatē lilio cōparant̄. Can. ij. Sicut
liliū inter ſpinas ꝛc. Itē qui paſcit̄ inter
lilia. ¶ Et notādū ꝙ virginitas flos eſt q
ſi debito mō ſeruet̄ nō decidit quē vētus
vane pſperitatis non deicit nec hiems ad
uerſitatis ledit: hec. Johā. euāgeliſta. Fere
c. ānis ſeruauit hic ē flos q oēȝ fructū exce
dit terrenū cū etiā fructui ꝯiugali ꝑpona
tur: hac occaſiōe btūs. Mattheus occiſus
ē: qꝛ noluit ꝯſentire vt ephigenia: que vir
ginitatē vouerat cuidā regi nuberet. Flori
virginitatis deus ꝑ fructu accedit. Sap.
iij. Felix ſterilis e in coiquinata que neſci
uit thoꝝ in delicto habebit fructuȝ in viſi
ſitatione aiaꝝ ſanctaꝝ. Sup hūc florē ſpi-
ritus ſctūs geſcit. Iſa. xi. Flos de radice ei⁹
aſcendet ſup eū ſpūs dñi. Virgo nō ē ſteri
lis arbor e maledicta: ſed terreno fructui
ꝑponit celeſtē e carnali ſpiritualē. Iſa. lvi
Nō dicat eunuch⁹. Ego lignū aridū. Ibi
dem. Promittit dñs nomē eunuchis meli
us a filijs e filiabus. Nō eſt āgelus arbor
ſterilis ꝛ maledicta e ſi fructū carnalē nō
habeat. Jero: Nuptie terrā replent virgini
tas paradiſum. ¶ Et notādū ꝙ lilium hȝ
ſex folia candida e aliqua grana quaſi au
rea. Sex folia in virgine ſunt. vi. que. va-
lent ad conſuationē incorruptiōis. ¶ Pri
mum eſt ſobrietas ꝙ folium lacerat exceſ-
ſus in cibo: ꝛ potu quaſi quedam ſpina
via eſt ad luxuriaȝ. Loth inhebriatus per
petrauit inceſtum. Gen. xix. Prouer. xx.
Luxurioſa res eſt vinum. ¶ Secūduȝ eſt
labor. Quaſi ſpina lacerās eſt qes ignauie
vel ocioſitas: q̄ eſt via ad luxuriaȝ. Ezech.
xvi. Hec fuit iniqtas ſodome ſororis tue
Superbia ſaturitas panis: ꝛ habundātia
e ociuȝ. ¶ Tertiū eſt habitus aſper ꝛ hu
milis. Ber. in epiſtolis. Non etateȝ tenerā
ordinis aſperitas teneat. Memēto ꝙ aſpe
rior cardus pannū facit leuioreȝ e ꝯuerſa
tio lacerat ꝯſcientiaȝ. Velut ſpina lacerās
ē ſupbus habitus vel mollis quo via ē ad
luxuriā. Numeri. xxi. Filij iſrael fornicati
ſunt cū mulierib⁹ mohabitaꝝ: que ſe orna
uerāt. i. Thi. ij. Non intortis crinibus vel
margaritis vel veſte precioſa ſed ꝙ decet
mulieres ꝓmittentes pietateȝ. ¶ Quartū
ē cuſtodia ſenſuuȝ pcipue illoꝝ qui nobis
remota oſtendunt vt eſt viſus vel auditus
velut ſpina lacerans eſt curioſitas viden
di vana vel audiendi noua que via eſt ad
luxuriam vt patet in dina filia iacob que
egreſſa vt videret mulieres regiōis ipſius
corrupta eſt a ſichē filio emor. Gen. xxxiiij
¶ Quintum eſt modeſtia ſermonis velut
ſpina lacerans eſt loqcitas vel turpitudo
ſermōis. Sen. a verbis turpib⁹ abſtineto
quia licētia eorum impudentiam nutrit.
Prouer. vij. Ecce mlier occurrit illi orna
tu meretricio preparata ad capiēdas ani-
mas garrula. i. Cor. xv. Nolite ſeduci cor-
rūpūt bonos mores ꝯfabulatiōes peſſime
vel colloq̄a mala. Jero. ſit ſermo virginis
prudēs modeſtus ꝛ rarus nec tā eloquētia
precioſus q̄ pudore. ¶ Sextū ē fuga occa
ſionum peccandi velut ſpina lacerans eſt
nimia domeſticitas virgo debet eē aliqn̄
tulum ſilueſtris Silueſtria animalia ſolēt
hēre pulchriorē pellēꝙ domeſtica oppor-
tunitas peccandi via eſt ad luxuriaȝ vt pȝ
in thamare corrupta ab amō fratre ſuo q̄
ſola cum ſolo fuit in thalamo. ij. Re. xiij.
Gen. xix. Neſcis in omni loco circa regio
nem. Ber. Solent virgines que vere vir-
gines ſunt ſemper pauide ꝛ nunq̄ eē ſecu-
re ꝛ vt caueant timēda etiaȝ tuta pertime
ſcant. ¶ Quaſi grana aurea ſunt tres mo
di diligendi deū: quos diſtinguit. Ber. di
cens diſce amare dulciter amare prudēter
amare fortiter dulciter ne illecti prudēter
ne decepti fortiter ne oppſſi ab amore dei
auertamur vel grana aurea poſſunt itelli
gi motus diuini amoris ex diuerſis cauſis
procedentes. Amandus enim eſt deus qꝛ
creator quia recreator quia remunerator.
¶ Item virginitas principium eſt ſpūa-
lis pulchritudis. Pulchritudo ſpōſe ſicut
e pulchritudo ſponſe conſiſtit in candore

⁊ rubore. Cant. 5. Dilectus meus cādidus
⁊ rubicundus. 1. Cor. 15. Qualis celeſtis
tales celeſtes dignior vero ſpecies cando
ris ſpiritualis eſt virginitas. Ber. Cādor
lucis eterne eſt ſapientia ⁊ candidā opor
tet eſſe animā in quā ipſa ſedere elegerit.
Uirginitas tronus eburneus viri ſalomōis
eſt. iij. R. x. Fecit ſalomon tronū de ebore
grandē virginitas animā dei ſponſaʒ effi
cit. vij. Leuici. xxi. Dicit de ſummo ſacer-
dote virginē ducit vxorē. iij. R. i. Queraꝰ
mus dño nřo regi adoleſcentulā virginē
Heſter. ij. Querātur regi puelle virgines.
Ps. aducent regi virgines. Uirginitas oi
bus modis deo cōiungit. vij. Cant. v. Di-
citur virgini a chriſto api mihi ſoror mea
amica mea colūba mea imaculata mea.
Eiuſdem. iiij. Ueni de libano ſpōſa mea
⁊c. Libanus interpretatur cādidatio. Uir
ginitas deo ⁊ hominibus grata ē. Eccle.
xl. Edificatio ciuitatis cōfirmabit nomē ⁊
ſup hāc mulier imaculata computabitur.
Jero. Multū diſtat iter puritatē virgina-
lis aie nulla cōntagione pollute: ⁊ ſordes
eius que multorum libidini ſubiacent yſi
dorus. Quidā in iuuētute luxurioſe viuen
tes in ſenectute continentes fieri delectā
tur ⁊ tūc eligunt caſtitati ſeruire quando
eos libido ſeruos habere cōtempſit. Uirgi
nitas velut quoddā caput eſt totius pictu
re ſpiritualis ſup eā picturā aliaꝝ gratiaꝝ
ponit deus. Eccle. xxv. Gra ſup gratiā mu
lier ſctā ⁊ pudorata. Uirginitas dei amicū
⁊ familiarē reddit. Unde. Joānes. Uirgo
ſpecialiter vocat diſcipulus quē diligebat
xp̄s. Ip̄e tanq̄ familiaris xp̄o ſupra pectꝰ
dñi recubuit. Jo. xiij. Deutr. penult. Amā
tiſſimus. Dñi habitabit cōfidenter. Sap.
vi. Incorruptio facit eſſe proximum deo.
Beda ſup. Lucē. Sicut xp̄s in ſumma pa-
ce natus ē vt ſe pacē diligere oſtēderet ita
de virgine natus ē vt ſe virgineū decus di
ligere monſtraret. Ad litterā xp̄s toto tp̄e
vite ſue fuit virgo ⁊ virginē matrē habe-
re voluit ⁊ virginē precurſorē. Joſeph
etiā creditur virgo fuiſſe ⁊. Jo. familiaris
eius virgo fuit. Ps. ambulans in via ima
culata hic mihi miniſtrabat. Uirgines dul-
cius ⁊ tenerius a deo diligūtur vñ. Jo. vir
go poſitus eſt ad patres ſuos tā extraneus
a dolore mortis q̄ a corruptiōe carnis no
ſcitur alienus vt dicitur in prologo ſuper
Joannē. Non enim tranſit de mundo per
dolorem martirijꝰ vt alij ſancti ⁊ apoſtoli
virgines merito in deo delitias inueniūt
q2 amore eius delitias carnis derelinqūt
Ber. i epiſtolis quomodo ignis ⁊ aqua ſi
mul eſſe non poſſunt ſic ſpirituales ⁊ car
nales delicie in eodem ſe non patiuntur:
vt curioſa ciborum diuerſitas vt diuitis
ſuppellectilis diſcolor varietas oculos pa
ſcit pariter ⁊ ventrem ita celeſtis panis ie
iunam deſerit mentem. Numeri. xxxi. dicit
moyſes. Mulieres que nouerunt viros in
choitu iugulate. Puellas autē ⁊ omnes
feminas virgines ſeruate: mittitur agnus
cum virginibus ꝗ cum corruptis. Uirgini
tas agnum ſequitur quocunq̄ ierit. Apo.
xiiij. Ip̄a etiam cantat canticum nouum
ꝙ alijs cantare non cōceditur. Ad litterā
ſolēt virgines dulcius cantare q̄ corrupti.
Apoc. xiiij. Et cantabant quaſi cāticū no-
uum ante ſedem ⁊c. Et ſubditur nemo po
terat dicere canticum illud: niſi illa centū
⁊c. Hij qui cum mulieribus non ſunt coī
quinati. Uirgines enim ſunt. G. in paſtor.
Singulariter canticum Agno cantare eſt
cum eo in perpetuum pre ceteris fidelibꝰ
etiam de carnis incorruptione gaudere.
Uirgines ſunt ſuperior pars eccleſie. Cy-
prianus virginitas eſt portio illuſtrior gre
gis chriſti. Auguſti. Nunc nobis ad virgi
nes ſermo eſt quorū quo gloria ſublimior
maior ⁊ cura. Apoc. xiiij. Hij empti ſunt
ex oibus p̄micie deo ⁊ agno. Jero. Si vir
gines p̄mitie ſunt ergo vidue ⁊ que i ma
trimonio ſunt erūt poſt p̄mitias. Itē eccle
ſia matrimonium nō dānat: ſed virginita
ti ſubijcit. Idē virgo maioris precij apud
deuʒ eſt dum id cōtemnit qđ ſi fecerit nō
delinquit. Idem plus amat virgines xp̄s
quia ſponte tribuunt qđ ſibi non fuit im
peratum. Itē Jero loquens de illo verbo
apoſtoli. i. Cor. vij. De virginibꝰ p̄ceptuʒ
dñi non habeo. Quare inquit preceptuʒ
dñi nō habet de virgine: ⁊ reſpondit quia
maioris meriti ē ꝙ nō cogitur ⁊ offertur
virginitas difficile ſeruat ⁊ ideo maioris
meriti eſt. Ideʒ libido honeſtas mētes li
bentiꝰ pſequitur Et iterū libido virgini
bus maiore parit famem. Dulcius eēim
exiſtimat q̄ neſcitur. Uirginitas expedituʒ
⁊ liberū reddit hoieʒ ad ſuiēdu deo. i. Cor
ſeptimo. Qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt q̄

Ca. ii

domini ſunt ꝛc. Et ſubditur mulier innu
pta ꝛ virgo cogitat que dñi ſunt: vt ſit ſã
cta corpore ꝛ ſpiritu. Jero. Si nil aliđ eẽt
ꝗ nulla alia merces virgine amplioꝛ ſeq̃
ret ſufficeret ei hec ſola premiatio cogita
re que dñi ſunt Oſee. 10. Diuiſum eſt coꝛ
eoꝝ nũc interribũt: virgines hꝫ deus tan
ꝗ ꝓprios ſeruiẽtes: vnde ad virginitatem
pertinet illud. Cant. 2. Dilectus meus mi
hi ꝛ ego illi: virginitas in veſte imacula
ta deo miniſtrat. Apoc. 14. Sine macula
ſunt añ thronũ dei Eis cõpetit illđ. Eccle.
24. Jn habitatione ſancta corã ipſo mini
ſtraui: luxuria veſtẽ cordis maculat. Cano
nica iude. Odientes eam que carnalis eſt
maculatam tunicam. Jſa. nono. Ueſtimẽ
tũ mixtũ ſanguine erit in combuſtionez ꝛ
cibis ignis: virgo caſtrum nobiliſſimũ te
net toto tempore vite ſue. Cõtra illum de
quo ſcriptum eſt. Job. 14. Nõ eſt poteſtas
in terra que cõparetur ei ꝛ ideo merito ſu
per alios coronatur. Nõ coronabitur: niſi
qui legitime certauerit. ij. Thimo. 2. Uir
ginitati debetur fructus centeſimus. Lux
continentie viduali debeatur fructus. 60.
Et coniugali. 30. Mat. 13.

4o ❡ De hijsq̃ ſpãliter virgĩes timere debẽt.

Equitur de hijs que ſpecialiter ti
menda ſunt virginibus. Notã
dum ergo ꝙ ſex ſunt eis multum
timẽda. Primũ eſt ſupbia. Aug. in lib.
de virginitate. Non ſolum predicanda eſt
virginitas vt ametur. verum etiam monẽ
da eſt: vt ne infletur. Jdẽ in eodẽ. Super
bia amplius amplioribus inſidiatur. Nõ
ergo talibus magnam curam humilitatis
ingero in quibus ſuperbia ipſa confundi
tur quo magis ineſt alicui: vnde ſibi place
at. Unde magis vereoꝛ ne ſibi placendo
illi diſpliceat: qui ſuperbis reſiſtit humili
bus dat gratiam. Jdem in eodẽ. Metuo
tibi vehementer ne cum te agnum ſecutu
rã eſſe quocũq̃ ierit gloriaris cum pre tu
more ſuperbie ſequi ꝑ anguſta nõ poſſis
ꝛ iterum bonum virginitatis quantũ ma
gnum in deo tanto ei ne pereat furẽ ſup
bie pertimeſcho. Ber. ſup miſſus eſt. Pul
chra ꝓmixtio virginitatis ꝛ humilitatis
non mediocriter placet deo illa anima in
qua humilitas commendat virginitatem
virginitas exornat humilitatem. Poteſt
placere humilitas que virginitatez deplo
rat amiſſam ſine humilitate audeo dicere
nec virginitas marie placuiſſet maria vir
ginem ſe oblita gloriatur de humilitate ꝛ
tu negligendo humilitatem blandiris tibi
de virginitate. Aug. in lib. de virginitate.
Faciliꝰ ſequnt̃ agnũ: ꝛ ſi non quocũq̃
ierit certe quocũq̃ poterũt cõiugati humi
les ꝗ ſuperbiẽtes virgines. Secũdum B
ẽ fatuitas hãc fatuitatẽ ſpecialiter itellige
defectum charitatis. Sed dilectio dei eſt
honorabilis ſapientia. Eccle. 1. Defectus
diuine dilectionis eſt deteſtabilis fatuitas
Magna fatuitas nõ cauere defectũ illius
rei ſine qua cetera non ꝓſunt: fatue virgi
nes nõ ſumpſerunt oleũ ſecũ cũ lampadi
bus. Mat. 25. B. in epiſtolis. Caſtitas ſine
caritate lampas eſt ſine oleo: ſubtrae oleũ
lampas nõ lucꝫ. Tolle caritatẽ caſtitas nõ
placet. Exẽpla ꝙ magis tenẽtur virgines
ꝛ caſte ꝑſone diligere deũ ꝛ ꝓximũ ꝗ alie.

Primum exemplũ eſt iſtud magis tene
tur diligere medicum ille qui ſemper con
ſeruatus eſt ab eo in ſanitate quã ille qui i
cidit in pluribus infirmitatibus: ꝛ poſtea
ſanatus eſt ab eo. Sic qui cõſeruatus eſt
a deo in virginitate vel in caſtitate magis
tenetur diligere. Jtem magis tenetur di
ligere ille aliquem dominum qui dedit ei
equum bonum qui bene ꝛ ſane duxit ꝛ re
duxit eũ quã ille qui habuit ab eo equum
licet bonum tamẽ cecidit ꝛ leſit eũ. Jtem
magis tenetur diligere ille qui multa bo
na recepit ab aliquo domino quã ille q̃ re
cepit ab eo debita dimiſſa. Tertium eſt te 3
piditas que ſolet accidere in virginibꝰ ex
hoc ꝙ conſiderant ſe parum peccaſſe con
tra qđ dicit Augu. de virginitate. Quã ve
ritas dixit ꝙ ille cui modicũ dimittit̃ mo
dicũ diligit: vos vt ardentiſſime diligatis
cui diligendo a coniugiorum nexibus libe
re vacatis deputate nobis tãquã omnino
dimiſſum quicquid a nobis nõ eſt illo re
gente commiſſum. Multo ardentius de
bes diligere illum qui flagitioſis ad ſe cõ
uerſis quecũq̃ dimiſit in ea te cadere nõ
ꝑmiſit. Quid habes qđ non accepiſti aut
qua ꝑuerſitate minus diligis a quo plus
accepiſti. Cogita omnia peccata ſic habẽ
da tanquã dimittant̃ a quibus deus cuſto
dit ne cõmittant̃. Noli modicum diligere
quaſi a quo tibi modicum dimiſſum eſt.
ſed potius multum dilige a quo tibi mul

k tum tributum eſt. Contra hanc tepidi
tatem valet virginibus ſi habeant frequē
ter vinum ſacre ſcripture quod eſt vinū
germinās virgines. Zach. i. Affectiones
virginales ad idem valet meditatio do-
minice paſſionis. Tre. i. Torcular calcauit
ſolus virgine filii iuda. Iſtud torcular fu
it preſſura crucis. In hoc torculari fuit p̄ſ
ſa vua illa de qua. Gen. 49. Lauabit in vi
no ſtolam ſuā: ⁊ in ſanguine vue pallium
ſuum. i. Math. vi. oſtenderunt elephanti
bus ſanguinē vue ⁊ mori ad acuēdū eos
in prelium: hoc vinū dei amorem ebriat.
l Ps. Calix meus inebrians quā p̄clarus
eſt. Quartum eſt macula alicuius pec
cati que in virgine eſt macula in gloria.
Macula turpior eſt in veſte alba: virgini
tas eſt veſtis alba. Uñ biſſo cōparat. Pro
uer. vlti. Biſſus ⁊ purpura indumentum
eius. Ideo macula peccati valde indecēs
eſt in virgine. Jero. preclara ē virginitas
⁊ pudicitie virtus ſi nō aliis macularū la-
pſibus infirmet. Qui virginitatē carnis
habēt cum corruptione mentis ſimiles ſūt
ſepulchris que exterius apparent homini
bus ſpecioſa intus vero plena ſunt oſſib⁹
mortuorū. Mat. xxiiii. Jero. Nihil p̄deſt
virginitas corporis vbi operat̄ corruptio
mentis. Item illa virginitas hoſtia xp̄i eſt
cuius nec mentē cogitatio nec carnē libi-
m do cōmaculant. Ad cauendā maculā pec
cati neceſſariū eſſet ſpōſe xp̄i frequēter in
ſpicere in ſpeculo. Speculū eſt ſcriptura
ſacra. G. Specula ſunt dei precepta in q̄-
bus aīe ſancte ſemꝑ aſpiciunt ⁊ ſi que in
eis ſunt feditates deprehēdunt. Cant. vi.
Oculi eius ſicut colūbe ſuꝑ riuulos aqua-
rū que lacte ſunt lote ⁊ reſident ſuꝑ fluēta
pleniſſima. Colūba lacte lota eſt ſpōſa xp̄i
cum virginali puritate. Que ſuper fluēta
ſacre ſcripture ſedet vt vmbra accipitris i
fernalis ibi videat Jerony. in epiſtolis.
Tanto maiori ſtudio placendi opus eſt:
quanto maior eſt ille cui placendū ē. Im
poſſibile eſt quāquā deo placere q̄ quid ei
placeat ignorat: fieri poteſt vt obſequēdi
voto oſtendat ſi quō obſequi debeat ante
non didicit. Aliud ſpeculum eſt vita ſpon
ſi. Ber. ſuper canti. Utrunq̄ es mihi domi
ne ieſu ⁊ ſpeculum paciendi ⁊ premiū pa
ciendi. Cum ſpeculo etiā neceſſaria eſt ab
lutio que per confeſſionem fit vnde cū la-
uatorio erāt ſpecula. Exo. xxxviii. Ber. in
epiſtolis. Audi cui places ama vnde pla-
ces ama confeſſionem ob quam amaris
ſi affectas decorem. Confeſſioni iūgatur
decor. Ps. Confeſſio ⁊ pulcritudo in con
ſpectu eius lota facie humilitate confeſſio
nis. Grata eſt deo confeſſio laudis Cant.
ii. Oſtende mihi faciem tuam. Idem ſo- n
net vox tua in auribus meis. Uox. n. tua
dulcis ⁊ facies tua decora. ¶ Quintum di
uiſio cordis. Auguſtinus loquens virgini
bus. Toto vobis figatur in corde qui pro
nobis fixus eſt in cruce totum teneat in
animo veſtro quicquid noluiſtis occupa-
ri connubio. Ue duplici corde. Eccleſi. ii.
Duplici corde eſt virgo que ſcilicet vult
placere ⁊ deo ⁊ mundo. G. Nemo poteſt
in vna eademq̄ re omnipotenti domino
atq̄ eius hoſtibus gratus exiſtere. Nam
deo amicū ſe denegat qui eius placet ini
mico. Ber. in epiſtolis. Uolens placere ho
minibus deo non places. Si non places
non placas. Signum quod virgo cor ha-
beat diuiſum ⁊ velit mundo placere eſt or
natus exterior. Pſalmus. Omnis gloria fi
lie regis ab intus. Ambroſi. de virginitate
Delecta decoris cura plus placet: ⁊ hoc
ipſum ꝙ vos non ornatis ornatus eſt. Je
rony. in epiſtolis. Satis pulchram crede
deo faciē ſi hominibus apparere pulchra
nō ſtudeas. B. i epiſtolis. Filie babilonis
quarū vere gloria in cōfuſione eſt induūt
purpuram ⁊ biſſo ⁊ ſub mente cōſcientia
pannoſa iacet fulgent monilibus ⁊ ſordēt
moribus. Eccleſi. Foris pannoſa intus ſpe
cioſa reſplendens ſed diuinis aſpectibus
non humanis. Idē. Decor qui cum veſte
induitur ⁊ cum veſte deponitur veſtis pro
culdubio non eſt veſtitus. Tu vero noli
emulari in vanitatibus ⁊ mendicātibus
pulchritudinē aliena vbi perdiderunt ſu
am: q̄ indignū tibi iudica formam a pel
libus mutuum ⁊ operibus vermium mu
tuari. Tibi tua ſufficiat. Ille eſt verus pro
priuſq̄ cuiq̄ rei decor q̄ nulla interiacēte
materia ꝑ ſe ineſt. Idē. Uide nempe auro
argēto lapidibus precioſis ⁊ aliū denīq̄
cultu regio nō tā ornatos q̄ ornatas. Ri-
des poſt ſe longas trahentes fimbrias: ⁊
denſas pulueris nubes excitantes in aera
hec non te moueant ille vel illa in morte
deponent te tua ſanctitas non relinquet.

Non ſunt ſua que portant: ⁊ cum interie-
rint non ſument omnia. Mundus cuius
ſunt illis exeuntibus retinebit. ¶ Sextum
timendum eſt ne deſit perſeuerantia. Au
D guſtinus in libro de virginitate. Sequimi
ni agnum tenendo perſeuerāter: quod no
uiſtis. Ardenter facite cuȝ poteſtis ne vir
ginitas a vobis pereat. Cum facere nihil
poteritis vt redeat virginitas amiſſa non
recuperatur ſicut lampas confracta non
reintegratur. Amos. 5. Uirgo iſrael pie-
cta eſt in terram ſuaȝ. Non eſt qui ſuſcitet
eā. Cum aliqua amiſerit virginitatē ſi to-
tū mundū daret ꝑ ea ⁊ totus eſſet aurum
non recuperaret eā. Ber. in epiſtolis. Stu
deto perſeuerantie que ſola coronat. Itē
ſcias diabolū ſemꝑ ſoli ꝑſeuerātie inſidia
ri quam ſolam virtutem nouit coronari.

¶ De aureola.

Equitur de aureola q̄ eſt additio
ad gloriā celeſteȝ electis cōmuni-
ter debitam. Et notandū ꝙ mul-
tis modis pōt fieri additio ad gloriā: vno
modo per augumentū caritatis. Secun-
dum quam menſuratur premium: vñ ca
ritate augmenta manus p̄miū debet ma
ior gloria. ¶ Secūdo in reſurrectione ꝓ
pter gloriā corporis. Uñ ſup illud: Exo. 25
Et ſuper illam alteram coronam auream
dicit Glo. Corona aurea labio menſe ap
ponitur. Cum in ſcriptura dicimus. Egre
dientes de corpore animas in celis eterna
recipere prima: Hec aureola ſuper ponit
cuȝ in ſcriptura dicitur ꝙ ei ſublimior glo
ria in receptione corporū ſeruetur. ¶ Ter
tio per opera ſuper erogationis ſiue per
impletionē cōſiliorum vnde dicit quedaȝ
Glo. ſuper predictū verbum. Exo. corona
aurea additur cū ꝑ euangelium hijs qui
mandata cuſtodiunt vita eterna ꝓmitta-
tur. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi ſer
ua mandata huic corone aureola ſuppo
nitur cum dicitur ſi vis perfectus eſſe va
B de ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pau-
peribus. ¶ Triplex aūt eſt additio glorie
que cōmuniter aureola dicitur. ¶ Prima
eſt que debet excellenter hijs q offm̄ pre-
dicationis exercēt. vnde ſuper p̄dictū ver
bū. Exo. dicit ⁊ Interl. In hoc figuratur
remuneratio illoꝝ q in doctoribus excel-
lunt. Excellentia vero iſta ſm quoſdam in
hoc attenditur ꝙ cum predicatione fit il-
lud opus ſupererrogatiōis qḋ eſt abrenū
ciatio ꝓpriorū que ſupererrogatio fuit in
primis eccle. predicatoribus ſcilicet apl'is.
¶ Et notandum ꝙ quinqȝ de cauſis mul
tum cōpetit officio predicationis abrenun
ciatio ꝓpriorū. ¶ Prima eſt ne hi qui cō
temptū propriorū predicāt; hoc facere vi-
deantur vt ea ſoli habeant. ¶ Secunda ē
quia qui habent officiū predicatiōis ocu
li ſunt eccle. Oculos aūt expedit longe eē
a terra. Modicū enim terre oculo iniecte
multum impedit viſum ſic amor terreno
rum multum impedit ſpiritualem viſū.
Eccle. 25. Enxenia ⁊ dona excecant ocu-
los iudicum. ¶ Tertia eſt quia ſcōm dei
ordinationem officio predicationis debi A
ta eſt miniſtratio neceſſariorum a ſubdi-
tis vt probat paulus. 1. Cor. 9. Quis inqt
militat ſuis ſtipendijs vnq̄. Et paulo poſt
Si nos nobis ſpiritualia ſeminam⁹ ma-
gnum eſt ſi nos carnalia veſtra metam⁹.
Et iterum dominus ordinauit hijs q euā
gelium enunciāt de euangelio viuere. Itē
Galat. 6. Cōmunicet hijs qui cathezizan-
tur verbo ei qui cathezizat in omnibus
bonis. Mat. 10. Nolite poſſidere aurum
⁊c. ⁊ ſubditur dignus eſt operarius cibo
ſuo. Iero. conſiderandum ꝙ vni operi no
ſtro duplex merces debet vna in via alia
in patria vna que nos in labore ſubſtētet.
Altera que nos in labore remuneret. Be-
da hic merces inchoatur ⁊ in celo perfici
tur. Idem qui ſaccum ⁊ peraȝ prohibuit
ſumptus ex predicatione concedit Deute.
.25. Non alligabis os bouis triturantis.
Luc. 9. Nihil tuleritis in via in ſignum ꝙ
predicator non debet ferre ſecum neceſſa
ria ſed alius debet ei miſtrare. Fert alius
puluinar dyacono lecturo euāgeliū Cant.
ij. Leua eius ſub capite meo. Quarta
eſt: quia exercentes predicationem ſpe-
cialiter reputantur operarij in vinea dei.
vnde promiſſio eoruȝ ſpecialiter pertinet
ad dominum vinee: de hijs operarijs ha-
betur. Math. ix. Meſſis quidem multa
operarij pauci. Et eiuſdeȝ. xx. Miſit ope
rarios in vineam ſuam non reputat de⁹
operarios illos qui tantū ꝓpter corpus la
borant ſicut non reputat dn̄s vinee vēde
miatorem qui non colligit niſi quod co-
medit. Criſ. opera noſtra ſunt opera iuſti-
cie: nō vt agros colam⁹ nō vt diuitias ac-

quiramus. Jdē ſicut nemo conducit opa
riū vt hoc ſolū faciat qḋ māducet ſic nos
nō ideo vocati ſumus vt hec ſola opemur
que ad noſtruz pertinēt ſenſuz ſed ad glo
riam dei. Et ſicut mercenarius totam diē
impendit circa opus modicam horā circa
cibuz ſic nos omne tempus debemus im
pendere circa gloriā dei modicū circa ter
renos vſus. Beda tanta predicatorē fidu
cia in deo vt preſentis vite fructus non ſe
rat. ¶ Quinta eſt vt liberius operi predi
catiōis poſſint itēdere maxime vtili. Qui
enim habent diuitias vel in toto vel in p
te ſunt ſeui diuiciarū nec ꝓprijs ſeruiētes
poſſunt eē dei vnde. Mat. vi. Nō poteſtis
deo ſeruire ⁊ mamone. Mamona ſyra
lingua diuitie. Cris. diuitie a ſeruitute dei
expellūt nos in ſuā captiuitatē vñ diuites
dicuntur: viri diuiciarū in. Ps. Señ. no
ſtri eſſemus. Si noſtra nō eſſent. ¶ Secū
da additio glorie que aureola dicit̄ eſt illa
que debetur virginitati de qua. Glo. ſuper
Exo. xxv. Ad hanc coronam pertinet can
ticum nouum qḋ virgines tantum coraz
agno concinūt: ⁊ qui ſequūtur quocūqꝫ
ierit. Et ſuper illud. Apoc. xiiij. Cantabāt
quaſi canticum nouum ante ſedem. dicit.
Interli. i. De integritate anime ⁊ corpo
ris exultabūt. ¶ Tertia additio ad gloriā
que aureola dicitur eſt illa que debet̄ mar
tirio. ¶ Prima dicitur pertinere ad vim
rationalem ⁊ ad virtutē prudentie ſcḋm
poſuiſti quē non tranſgredientᷣ. ⁊ Mat.
viij. Quis eſt hic: quia venti ⁊ mare obe-
diunt ei. Ambro. in examerõ: nõ medio-
cris pudoꝛ eſt imperio dei inſenſibilia ele-
menta parere: ⁊ hoĩes non obedire: qui-
bus ſenſus ab ipſo tribut⁹ eſt actoꝛe. Ter-
tio exempla que i ſacra ſcriptura inueniun-
tur: ⁊ inter ea: ſpāliter notabilia ſunt. Exē-
plum abrahe: ⁊ exemplũ xp̃i: cũ homo per
inobedientiaz a deo receſſiſſet deus volēs
formare ſibi populum acceptum ſcd̃m il-
lud. Iſa. xliij. Populũ iſtum formaui mi-
hi laudez meā narrabit. Abraham ex quo
populuz ſibi formauit voluit probare per
obedientiam: ⁊ per illam placuit ei abra-
ham: triplici aũt precepto probauit obe-
dientiam eius. Primuz fuit de patrie de-
ſertione. Gene. xij. Egredere de terra ⁊c.
Scd̃m fuit de circũciſione. Eiuſdez. xvij.
Tertium de filij imolatione. Eiuſdē. xxij.
Primo precepto voluit ſeparare abrahaz
ab hijs a quibus ipſe oꝛtum duxerat. Ulti-
mo vero ab eo qui duxerat originem ab
ipſo: medio vero precepto voluit eũ ſepa-
rare a ſeipſo quantum ad carnalia deſide-
ria. Circũciſio enim facta in carne mone-
bat ad reſecatiõez ſuperfluorꝫ deſideriorꝫ
carnaliũ. Ideo fiebat in membꝛo illo in
quo maxime cõcupiſcentia ſentiebat. Cir-
ca. iij. vero preceptũ q̄ fuit in imolatione
filij attendere poſſumus xiiij. pertinentia
ad difficultatē illius operis in quo abrahā
voluit obedire deo precipienti. ¶ Primũ
eſt q̄ abrahā voluit ad preceptuz rē ſibi
cariſſima carere. ¶ Scd̃m eſt q̄ ipſe vo-
luit amiciſſimũ occidi: poſſet eſſe q̄ aliq̄s
ad p̄ceptũ dei vellet filio ſuo carere ita vt
nunq̄ eum de cetero videret q̄ tamen nol-
let eũ occidi. ¶ Tertiũ eſt q̄ voluit eum
occidi coꝛā ſe imo ipſemet manu propꝛia
voluit hec facere. Multi eniz ſuſtinerent
q̄ filij eorꝫ occiderentᷣ: tamē non poſſent
hec aſpicere vel propꝛia manu facere.
¶ Quartũ eſt q̄ filius ille erat vnigenit⁹.
Nõ. n. habebat aliũ filiuz ex libera vxoꝛe.
¶ Quintũ eſt q̄ miraculoſe habuerāt eũ:
q2 ex vxoꝛe vetula ⁊ ſterili cũ ipſe iaz eēt ſe-
nex. ¶ Sextũ eſt q̄ magna pmiſſio facta
erat abrahe de ipſo ¶ Septimũ eſt q̄ ipſe
erat ſolatiũ matri ſue: q̄ notatᷣ ibi cũ dicitᷣ.
Iſaac q̄ interpꝛetatᷣ riſus Dixit. n. mr̄ ſua
eo ſibi dato riſuz fecit mihi de⁹: q̄cūq̄ au-
dierit coꝛridebit mihi. Geñ. xxi. Quis di-
xiſſet mater Iſaac: ſi abrahaz reuertēs de
ei⁹ imolatione dixiſſet ei. Immolaui filiũ
tuũ. ¶ Octauũ eſt q̄ voluit eũ non ſolum
occidi ſed etiā incēdi. Unñ dicitᷣ ibi offer eũ
i holocauſtũ q̄ iterp̄tatᷣ totũ icēſuz. noluit
ei pcere nec viuo nec moꝛtuo. ¶ Nonum
eſt q̄ voluit eũ ducere p triduũ ad locum
imolationis. Glo. Nõ eſt iuſſus abrahā ſta-
tim occidere filiũ: ſed p triduũ ducere ad
imolationis locũ: vt longitudine tēpoꝛis
temptatio augeretur ⁊ creſcentibus curis
paterna viſcera cruciarentur. ¶ Decimuz
eſt q̄ non apparebat aliqua precepti vtili-
tas. Que enim vtilitas inocentē occidere:
damnuz vero manifeſtũ erat. ¶ Undecimũ

eſt q̄ nō excuſaſſet eū auctoritas p̄cipiētis
cū nullus teſtis aſtitiſſet nec crederet ei ſi
diceret dn̄m hec ſibi p̄cipiſſe. Duodeci-
mū eſt q2 hic erat rōni contrariū. Ter-
tiūdecimū eſt: q2 nō p̄ceſſerat in ſctis pri-
b9: huiꝰ obediētie exemplū. Quartūde
cimū eſt q̄ oibus ad quoꝝ noticiā hoc p̄-
ueniſſet ſcandalū. Abraham vero accepto
p̄cepto tā difficili nō ſe excuſauit: cām p̄ce
pti nō interrogauit: ſicut faciūt quidā imi
tatores diaboli: qui ait. Geñ. iij. Cuiꝰ p̄ce
pit vobis deꝰ vt nō comederetis ⁊c. Itē
nō p̄craſtinauit mandatū exequi. nulluꝫ
ꝯſiliū cōmunicauit ſi aliqͥd horuꝫ feciſſet
forſitā meritū amiſiſſet: q2 deus dixiſſet ei.
nolebā q̄ faceres hec: ſed ad p̄banduꝫ te
hoc dixi. Itē attendēdū eſt q̄ vtile ſit pmp-
tū eē ad obediētiā. Abraā. n. filiū nō imo
lauit: ⁊ tñ tm̄ meritū obediētia eiꝰ habuit
Geñ. xxij. Quia n̄ pepciſti filio tuo vnige
nito pp̄ me: bn̄dicaꝫ tibi: multiplicabo ſe-
men tuū. In eodē. In ſemine tuo benedi
cētur oēs gētes: q2 obediſti voci mee: hō
qui p̄mptā hꝫ voluntatē ad obedienduꝫ
deo in oibus placet deo pro infinitis rebus
quas nunq̄ facturꝰ eſt. Gre. Nō ē manus
vacua a munere. ſi archa cordis plena fue
rit bona volūtate. Itē voluit deus p̄bare
xp̄m p̄ obedientiā in quo volebat ſibi for
mare populum nouū: xp̄s non terrā ſicut
abrahā ſed celū deſeruit ipſe matreꝫ dile-
ctiſſimā reliqͥt quādo gladius tranſiturus
erat animā eius. Luc. ij. Ipſe domū reliqͥt
q2 nullā habere voluit. Mat. viij. Vulpes
foueas hn̄t: ⁊ volucres celi nidū. filiꝰ aūt
hoīs nō hꝫ vbi caput reclinet. Ipſe formā
ſpiritualis circūciſionis dedit qn̄ volūta-
tē patris volūtati ſue p̄poſuit. Mat. xxvi.
Nō ſicut ego volo ſed ſicut tu. Mar. xiiij.
Nō qd ego volo: ſed qd tu vis. ⁊ Lu. xxij.
Non mea volūtas ſed tua fiat: ipſe māda
to patris in holocauſtuꝫ ſeipſum obtulit.
Mat. xiiij. Sicut mādatū dedit mihi pa-
ter ſic facio. Quarto valere pōt ad cō
mendationē obedientie q̄ legitur de xp̄o
Heb. v. Et quidē cū eſſet dei filius didicit
ex his q̄ paſſus eſt obedientiā: didicit inq̄
per expientiā. Itē didicit in corpore p̄ ea
q̄ paſſus ē in capite: ipſe fuit et diſcipulus
⁊ doctor obediētie. Si filꝰ dei obediētiaꝫ
didicit tot laborib9 ⁊ anguſtijs: nō dꝫ hoi
eē oneroſū addiſcere eā. ⁊ maxime his q̄

ſūt i ſcolis ipſiꝰ. ſ. i clauſtro. valde verecun
dū erit illis q̄ diu fuerūt i ſcolis: his ſi obe
diētie ignari inuēti fuerint. Adam inuētꝰ
eſt male ſe habuiſſe in obediētia in q̄ euꝫ
dn̄s p̄bare voluit ⁊ q̄ graue diſciplinam
deꝰ ei dederit oēs nouimꝰ: filij etiā iſrael
ſimiliter in obediētia p̄bati ſunt ⁊ duriſſi
me flagellati cū in ea male ſe habuerunt.
Sic duriſſime flagellabunt q̄ inobediētes
inuenti fuerint. Inobediētia hoieꝫ de pa
radiſo eiecit. Geñ. iij. Obediētia vero euꝫ
i paradiſū introducit. Lu. vlt. Eduxit eos
foras in bethaniā: ⁊ eleuatis manibꝰ ſuis
eis bn̄dixit: ⁊ fcm̄ eſt cuꝫ bn̄diceret eis re-
ceſſit ab illis ⁊ ferebat i celū: felix quē deꝰ
eduxit in bethaniā. ſ. in domū obedientie
ſperare pōt q̄ ſit aſcēſurus i celū. 1. Pe. 1.
Sperate in eā q̄ vobis offert grām i reue
latione ieſu xp̄i: q̄ſi filij obediētie: obedien
tiā voluit xp̄s docere. ⁊ i mundū iſtū veni
ens ⁊ de mūdo trāſiēs: ⁊ i mūdo manēs.
℣ Primū oſtenditur. Jo. vi. Deſcēdi inqͥt
de celo: nō vt faciā voluntatē meā: ſed vo
luntatē eius qui miſit me. ſm̄ Mat. xxvi.
Nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Eiuſdē. xv.
Sicut mādatū dedit mihi pr̄ ſic facio. B.
Memētote fratres xp̄s ne perderet obe-
dientiā perdidit vitā: in ſignū q̄ obediendo
mandato patris mortē ſuſtinebat inclina
to capite: emiſit ſpiritū. Jo. xix. Tertium
Jo. iij. Meus inquit cibus eſt vt fa. vo. eiꝰ
qui miſit me. Eiuſdē. v. Non quero volū
tatē meā: ſed vo. eius q̄ miſit me. Obediē
tia eſt imago celeſtis hoīs: ſicut inobediē
tia imago terreſtris hoīs. 1. Cori. xv. Si-
cut portauimus imaginē terreni: portemꝰ
ita imaginem celeſtis. Ephe. iiij. Induite
nouum hominē qui ſecundū deum crea-
tus eſt. i. opere diuino cōceptus non ope
humano more alioꝝ hoīum. ℣ Quinto
cōmendabilis eſt obedientia a ſuo multi
plici effectu. ℣ Notandū ergo q̄ obedien
tia Seruū dei efficit q̄ non eſt modicum
quid. Si enim ſeruus regis terreni dicit
eſſe par comiti: quantū eſt eſſe ſeruū regis
eterni: obedientia in hoc efficit hoiem dei
ſeruū: efficit etiā dei hominis dn̄m: nō ve-
re reputat in obediēs dn̄m deum ſuum: ⁊
ſi vocet ore eum dn̄m. Luc. vi. Quid vo-
catis me dn̄e dn̄e ⁊ non facitis que dico.
Inobedientes oſtendet deus nō fuiſſe ſer
uos ſuos: cuꝫ regni celoꝝ ianuā eius clau-

Act. Mat. vij. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabi. in reg. ce. ſed q fa. vo. pa. mei qui in ce. eſt. i. intra. in. reg. celo. Magna ſecuritas eſt hr̄e dñm omnipotentē. Ambro. Mori nō timeo qꝛ bonū dñm habeo. Beatus eſt q habet hūc dñm. In. ps. Btūs populus cuius dñs deus eius. Itez beata gens cuius eſt dñs deus eius. ¶ Itē obediētia hoiem xp̄i fratrē efficit. Immo quaſi omni genere attinentie: attinentez Eccle. xxxiij. Si eſt tibi ſeruus fidelis: ſit tibi quaſi anima tua: quaſi frater ſic tracta illuz. Mat. xij. Quicūqꝫ fecerit vo. p. m. q in ce. ip̄ me⁹ frater ſoror ꝛ mater ē. ſimile. Mar. iij. Itē obedientia deo preſtat obſequium acceptiſſimum. i. Ro. xv. Non qd vult domin⁹ holocauſta ꝛ victimas: ꝛ nō potius obediatur voci domini: Melior ē obediētia: q̄ victie. Eccle. iiij. Multo melior eſt obedientia q̄ ſtultorū victime: licet deus nos nō exaudiat qñqꝫ ad voluntatez vt exaudiat nos ad vtilitatem eo ꝙ ipſe ſcit quid nobis expediat: nos vero hoc neſcimus: ip̄e tamē vult vt ſeruiamus ei ad eius voluntatē: non ad ſuaz vtilitatem cū ip̄e bonoꝝ noſtroꝝ non egeat: ꝛ cū voluntas eius recta ſit ſemper. Eccle. xxxv. Salutare ſacrificiuz eſt attendere mandatis: Deut. xij. Que p̄cipio tibi hoc tm̄ facias non addas quicq̄ nec minuas. ¶ Itē obedientia in homine habitaculum deo quaſi excidit expellendo a corde hominis ſenſum ꝓpriū: ꝛ propriā voluntatē: vnde de⁹ in domo ſymonis diſcubuit. Lu. vij. Sed nō in domo cirenei ſymonis qui crucem dei fert in angaria vbi vnctio deeſt ſpūs ſancti: ꝛ ideo murmur eſt illi. Eccle. xxxiij Precordia fatui: quaſi rota carri: rota carri ſi vncta nō fuerit murmurat: bethanie ꝙ interpretatur: dom⁹ obediētie xp̄s vngitur. Jo. xij. Ipſe illos diligit qui ſecum habitant. Jo. ij. diligebat ieſus marthaz ꝛ ſororē eius: ꝛ lazaruz. cū deēt ei hoſpiciū venit bethaniaz vt ibi hoſpitetur. Mat. xi. Circūſpectis oībus: cuz iam veſpera eſſet hora exijt in bethania cuz. xij. Glo. Ut qd in vrbe non inueniebat: in agro paruulo apud lazarū ꝛ ſorores eius haberet hoſpitiū: tunc in hoſpitio vteri virginalis filius dei receptus ē cū maria verbo angeli obedinit. Lu. i. Fiat mihi inquit ſcdm verbū tuū. ¶ Itē obedientia hoiez ſuper ſe leuat Tren. Leuauit ſe ſuper ſe: niſi corp⁹ eſſet ſociatū ſpiritui vt ſenſu eius ꝛ iperio regeretur: nō aſcēderet adhec vt remūeratione eternā mereret: ſic vir ſimplex ꝑ obedientiā aſcēdit ad ſapientiā: ꝛ more maiorū a quibus regit. Immo quodāmō vſqꝫ ad deū aſcēdit dū ſeipſuz exuit ꝛ deū quodāmodo induit. Gal. ij. Uiuo ego iā nō ego. viuit vero in me xp̄s: ſic quodāmō deficiat hō ſcdz illud Ego dixi dij eſtis: ꝛ nen ſolū deficiatur quo ad ſenſum ꝛ volūtatez dei q̄ aſſumit: ſed quodāmō quo ad ꝑtātē facit eniz diuina: ꝛ mirrha vt pꝫ in petro qui obediens xp̄o iubēti ambulauit ſuper aquas. Mat. xiiij. ꝛ Greg. refert in dial. ꝙ cū placidus puer in flumine poſt vas ſuū demerſus eſſet cū vellet aquā haurire: beatus benedictus in cella exiſtens: ꝛ hoc intelligens dixit Mauro frater Maure curre velociter: qꝛ puer ille in lacum cecidit: ꝛ eū iam longius vnda trahit. Maurus aūt exiſtimans ſe currere ſuper terram cucurrit ſuper aquā ꝛ eductū ꝑ capilluz extraxit q poſtea reuerſus ad ſe attribuit hec ſanctitati benedicti: ſed beatus benedictus attribuit hoc bono obediētie: obediētia ponit hoiem in excellētiſſimo ſtatu ꝛ in pn̄ti ꝛ i futuro. Primū oſtēditur. Deut. xxviij. Si audieris vocē dñi dei tui: faciet te dñs deus tuus excelſiorē cūctis gētibus: ſcdm dñſuz eſt cuidā patrū in extaſi poſito: q vidit. iiij. ordines ante deū. ¶ Primus erat hoiuz infirmātiū. ꝛ gratias deo agentiuz. ¶ Secūdus eoꝝ eſt qui fuerāt hoſpitales ¶ Tertius eoꝝ qui ſolitudinē ſectātur: ꝛ nō vident homines. ¶ Quartus eoꝝ qui propter deū ꝛ obedientiā ſollicite ſunt ſubiecti patribus. Erat aūt hic ordo ſuperior illis tribus: ꝛ maiorē gloriā pre ceteris habebat vtens torque aurea: ꝛ cum quereret ſenex quare hec: reſponſum eſt ei: quoniam omnes alij habent aliquam requiē adimplendo proprias voluntate q̄uis in bonis operibus hec aūt omnes voluntates ſuas reliquēs totus pēdet in voluntate patris iubentiss: merito q hec nullā habēt regez in futuro ſummā habebūt. Phi. ij. Dicit de xp̄o factus obediēs vſqꝫ ad mortez ꝛc. Propter qd ꝛ deus exaltauit illū ꝛ donauit illi nomen qd eſt ſuꝑ oē nomē. ¶ Itē obedientia deū glorificat. Iſa. lviij. Si glorificaueris eum dum non facis vias tuas

⁊ nõ invenitur voluntas tua vt loquaris sermonem:nũc delectaberis ſup dño ⁊ ſuſtollam te ſuper altitudinẽ terre ⁊c. Multũ glorificat deũ vere obediens qui tacit bñplacitũ dei:cũ deus etiã hec mãdat ei ꝑ vile ꝑſonã:⁊ tãto maior eſt dei gloria quãto ꝑſona vilior. Ideo vere obediẽs merito adeo glorificat̃.i.Ro.ij.Quicũq; honorificauerit me glorificabo eũ. Eccleſi.x.Semẽ hominũ honorabit̃ h̃ q̃ timet deum. Semẽ aũt hoc exhonorabit̃ q̃ ꝑterit mãdatũ dñi. ¶ Item obediẽtia:q̃ vult adeo ĩpetrat. Grego. Si obediẽtes fuerim⁹ prepoſitis noſtris:obedit deus orationib⁹ noſtris. Auguſt. in libro de ope monachorũ Citius exaudit̃ vna oratio obediẽtis:q̃ decẽ milia contẽptoris.i.Jo.iij. Si cor nr̃m nõ reprehẽderit nos fiduciã habemus ad deũ q̃ quicquid petierimus ab eo accipiem⁹ quia mãdata eius cuſtodimus:⁊ poſt illũ Hebre.quito. Exauditus eſt pro ſua reuerẽtia:ſubditur tanq̃ cauſa illius exauditionis ⁊ quidẽ cũ eſſet filius dei didicit ex his que paſſus eſt obediẽtiã:obediẽtia ẽ que dicit illud. Cant.ij. Dilectus meus mihi:⁊ ego illi:deus eni facit ac ſi eſſet totaliter cũ obediẽtia:q̃ obediẽtia eſt totaliter cuz illo:vere obedientes dicunt illud. Roma.xiiij. Nemo noſtrũ ſibi viuit. ¶ Itez obediẽtia a periculo mari huius mũdi:liberat:obediẽs naue ꝑtranſit mare hui⁹ mũdi. Sapien.xiiij. Exiguo ligno credũt homines aĩas ſuas:⁊ trãſeuntes mare ꝑ ratẽ liberati ſunt. Exiguũ lignũ eſt obediẽtia humilis obedientia facta eſt q̃ſi nauis inſtitoris. Prouer.vlti. Qui in naui ẽ etiã quieſcẽs ⁊ comedens ⁊ bibẽs procedit:q̃ alieno motu mouetur:ſic obediẽs qui ĩ religione eſt etiã quieſcendo comedẽdo:bibendo meretur. ¶ Item obediẽtia homiñẽ ditat:nec mirũ cũ de ſuo nihil expẽdat qui nihil ſuũ reputat:⁊ cum in cũctis que agit volũtatẽ alteri⁹ facere intẽdat. ¶ Itẽ pro oĩbus que agit merito:remũerationẽ expectat. Multe filie cõgregauerunt diuitias. Prouer.vlt. Obedientia vero ſupergreſſa eſt vniuerſas:quis eſt q̃ quandoq; nõ faciat multa ſpecialiter pro ſe de quibus nõ expectat remunerationẽ niſi ille q̃ ſub obediẽtia viuit. ¶ Item obediẽtia quaſi equus in paradiſuz vadit alieno ſenſui ⁊ aliene voluntati:quaſi pedibus inĩtiendo alienis ideo. Uelocius vadit q̃ pedes quibus innititur velociores ſunt ꝓprijs:multi in religione valde ſurgunt mane:⁊ frequẽter ieiunãt:qui ſi eſſent in ſeculo mĩ⁹ ſecũ agerẽt:propter eãdẽ cauſaz:obediẽtia nõ maculatur. Prouer.tertio. Uie eius vie pulchre:⁊ propter eandẽ cauſaz nõ leditur. Si quid eni culpe:vel periculi eſt ĩ eo q̃ ei iniũgitur:ſuperioris eſt:qui precipit cuius ſenſui ⁊ voluntati ipẽ innititur niſi manifeſtũ peccatũ ſit illud q̃ ei iubet:de ea videtur verum eſſe illud. Pſalm⁹. In manibus portabũt te:ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. ¶ Itẽ obediẽtia hominẽ expedit:exornat:reddit:⁊ cum obediens a ſeipſo alleuiatus ſit. Alij eni incẽbit ſollicitudo pro ſeipſo ⁊ temporaliter ⁊ ſpũaliter. Ideo nõ ſolũ poteſt currere ſed etiã volare:ſi tamẽ obediẽtia habet duas alas ſibi cõiunctas.ſ.voluntariã paupertatẽ:⁊ caſtitatẽ. Apoc.duodecimo. Date ſunt mulieri due ale aquile magne vt volaret in deſertum. Ber. magna pena paupertas:qua tã cito volatur in celũ. Nã in alijs virtutibus cõſequitur promiſſio futuro tẽpori indicatur. Paupertati vero nõ tam promittitur q̃ datur:caſtitas etiam magna pena ẽ que hominez expedit ab illa delectatione qua difficillimũ eſt hominẽ bene vti:⁊ a fortiſſima occaſione peccãdi ſcilicet a muliere per quã diabol⁹. Adã decepit. Geñ.tertio. Et q̃ Iob reliquit:vt ꝑ eã eũ deciperet. Job.ij. Dixit illi vxor ſua:adhuc tu permanes in ſimplicitate tua. ¶ Itez obediẽtia facit hominẽ triũphare. Prouer.vigeſimoprio Teſtis mẽdax peribit:vir obediẽs loquet̃ victoriã. Teſtis mẽdax eſt qui profeſſus ẽ obediẽtiã:⁊ eã non ſeruat:qui in preſenti perit dũ in bello ſpirituali inceſſibit:⁊ ĩ futuro peribit:q̃ eternaliter dãnabitur exẽpluz habemus de hoc in populo iudayco qui promiſit ſe ſeruaturũ legem. Exo.decimonono. Omnia que locutus ẽ dñs faciemus. Itẽ. Joſue.i. Omnia que ꝑcepiſti nobis faciemus. Cũ vero trãſgrediebatur legẽ vincebatur. Joſue ſeptimo. Anathẽa in medio tui iſrael eſt nõ poteris ſtare corãz hoſtibus tuis. Adam ſimiliter factus inobediẽs tuo ſuperiori habuit repugnãs ſuũ inferius. Geñ.tertio. Qui comedit ⁊ apti ſunt oculi eius: Glo. Auguſt. Anima rationalis motus beſtiales:in carne ſua

enubuit: ⁊ ſubditur motus iſte de tranſgreſſione veniebat. ⁊ Tertio. Reg. vndecimo. Legitur de ſalomone fecit ſalomō qđ nō placuerat corā deo: ⁊ ſubditur: ⁊ ſuſcitauit deus aduerſariū ſalomoni: ſic accidit ei qui in religione eſt: q̄ obedientiā nō ſeruat ei cui promiſit ꝙ deus permittit eū īpugnari ⁊ vinci: ⁊ ſic perit qui propriam volūtatē in religiōe vult ſequi tanq̄ filius pditionis. Jo. xvij. Nemo periit ex eis niſi filius pditionis. vere filius pditionis eſt q̄ volūtarie laqueū iniecit: quo ꝑitur⁹ erat Prouer. vi. Jllaq̄at⁹ es verbo oris tui. Uere filius pditionis q̄ de loco ſalutis: fecit ſibi locū dānationis: ⁊ cū eēt liberatus de mari huius mūdi ⁊ iā igreſſus nauē religiōis ibi etiā periclitat. Act. xxvij. Utiq̄ homicida ē hic q̄ eū euaſit de mari vltio diuina nō pmittit eū viuere. vir obediens pōt loq̄ victoriā q2 hz nobiliſſimū genus triūphi. Sicut antiq̄ pr̄es habita victoria ſolēt cātare cāticū laudis: ⁊ grāꝝ actiōes: nobiliſſimū genus triūphi ē ſeipſū vincere ꝙ facit vir obediēs. Uñ ſup illud. Melior ē obediētia. ⁊c. Glo. Gre. Uir obediēs loqtur victorias: Dū enim aliene volūtati hūiliter ſubdimur: noſmetipſos in corde ſupamus. Prouer: xvi. Melior ē q̄ dn̄at aio ſuo expugnatore vrbiū. Multi vrbes ⁊ regna ſibi ſubiugauerūt: q̄ tū ad hūc triumphū nobilem nō peruenerūt. ſic triūphus pprius ē hois vincit leo. vel aliq̄d alias cetera aīalia. ſz ſeipſū vincere nō pōt. Sen. Qui ſeipſum vincit ↄtra oīa fortis eſt obediēs deo cōtra oīa fortis eſt obediēs deo ſubiect⁹ ē: ⁊ iō merito ei: cetera ſunt ſubiecta ⁊ nihil ei repugnat. deus inobediētes pugnat: iō non eſt mirū ſi ipe triūphat. Leuit. xxvi. Si i p̄cept] me's ābulaueritis. ⁊c ꝑſequimini inimicos vr̄os ⁊ corruet corā vobis. Jtē obediētia aiam ornat vnde in auris ē aures q̄ celeſtis ſponſus dat anie. Prouer. xxv. Jn auris aurea ⁊ margarita refulgēs q̄ arguit ſapiētē ⁊ aurē obediētē. Margarita fulgēs in auri auree decenter īngitur: ⁊ doctrina mentē illuminās auri obedienti vtiliter ꝑponitur. dat elye ⁊ rebecce in aures aureas. Gen. xxxiiij. ⁊ amici. Job. Dederūt ei ouem vnā ⁊ in aurē aureā vnā. Job. vlt. Jtem obedientia eccleſiā letificat. Eccle. iij. Qui obedit patri refrigerabit matrē. Jtē hominē glorificat Ro. Ult. veſtra obediētia in omnem locū diuulgata ē. Jtē aīa caſtificat a libidine ꝓprie volūtatis. i. Pe. i. Animas veſtras caſtificantes in obediētia caritatis. Jtē obediētia cōſeruat animā. Prouer. xix. Qui cuſtodit mādatū cuſtodit animā ſuā. obedientē merito cuſtodit deus tanq̄ ſuum. Prouer. xxix. verbū. Cuſtodiēs fili⁹ extra pditionē erit. Eccle. viij. Qui cuſtodit preceptū nō experietur quicq̄ mali. Jn vitis patrū cuidā ſeni cū deeſſent ei neceſſaria vite p̄cepit diſcipulo ſuo vt iret in vicū ad miniſtrū q̄ ſolebat ei neceſſaria deferre ⁊ ille lz timeret ire ꝓpter ſcādalū tñ dixit ſe iturū ꝓpter bonū obediētie: cui ſenex. Uade confide in dn̄o deus proteget te ab omni tēptatione cū aūt veniſſet frater ad hoſtiū miniſtri ſenis aperto hoſtio inuenit ibi filiā miniſtri ſolā: que āplexata cepit eū allicere ad cōmixtionē carnis āplexans eū: ⁊ cū vrgerent eū cogitatiōes clamauit ad dominū dicēs: dn̄e ꝓpter orōnem eius q̄ me miſit ſalua me ex hac hora: ⁊ ſtatī. Jnuēt⁹ ē ad flumē iuxta monaſteriū ſuū: ⁊ reuerſus eſt ad patrē ſine macula. Jtē obediēti obediunt oia: creator ⁊ creature de creatore habetur. Jo. decimo. Nō fuit poſtea tā longa dies: obediente dn̄o voci hominis de creaturis vero multa hēs exēpla. Jn vitis. Patrū q̄dam de ſenioribus miſit diſcipulū ſuū ad auriēdā aq̄ ⁊ erat puteus remotus a cella diſcipulus vero oblit⁹ funē venit ad puteū: ⁊ pre longitudine vie nō audēs reuerti pro fune ne forte ↄtriſtaret ſenē: pſtrauit ſe in orōnē: ⁊ ſurgēs de orōne clamauit. O putee o putee miſit me ſeruus ieſu chriſti: ⁊ abbas meus vt hauriā aq̄: ⁊ ſtatī aſcendit aqua ad os putei: ⁊ impleuit frater lagenam glorificans potentiam ſaluatoris: aqua aūt putei reuerſa eſt ad locū ſuū. Jtem in vitis patrum. Abbas paulus precepit diſcipulo ſuo iohanni vt afferret ei fimū bonū qui erat ei neceſſari⁹ ad vtenſilia: ⁊ ille ait in loco vbi fimus eſt habitat leena. Cui abbas. Si venerit ſup te alliga eam: ⁊ duces eā tecū. Juit iohannes ⁊ inuenit leenam irruentem ſuper eū qui voluit eā tenere: ſed ipſa aufugit iohānes vero ſequebat̄ eam dicēs. Abbas meus precepit vt alligatam ducam te ad eū ⁊ ſtatim beſtia ſuſtitit ⁊ tenēs eam reuertebatur ad monaſteriū. Quod cū vidiſſet

abbas ne forte diſcipulus inde extollere-
tur dixit ei. Sicut tu inſeſiſtbilis es ita in
ſenſibilem beſtiam adduxiſti ſolue ⁊ di-
mitte eam vt pergat ad locum ſuum. Itē
obedientia homini pacem dat. Prouer.
xiij. Qui timet preceptum in pace verſa-
bitur. i. Maca. xiiij. Siluit terra iuda om
nibus diebus ſymonis. Siluit. i. quieuit
vel pacem habuit Iſa. xlviij. Utinam at-
tendiſſes ad mandata mea: fuiſſet quaſi
flumen pax tua. Item obediētia hominē
benedici facit. Deut. xi. Propono vobis
benedictionem ſi obedieritis mādatis do-
mini. Eiuſdem. xxviij. Uenient ſuper te
omnes benedictiones iſte: ⁊ apprehendēt
te ſi tamen precepta eius audieris bene-
dictus tu in ciuitate ⁊c. Item facit homi
nem beatum. Mat. xvi. Beatus es ſymon
⁊c. Prouer. xxxix. Qui cuſtodit legē bea
tus eſt obedientia in preſenti hominem di
gnum prelatione efficit. Unde ſymonem
prefecit deus ceteris apoſtolis. Mat. xvi. i.
Mach. ij. Symon frater veſter ſcio ꝙ vir
cōſilij eſt ipſum audite ſemper: ⁊ ipſe vo-
bis erit pater. In vita beati phyliberti di-
citur preeſſe non audeat qui ſubeſſe non
didicerit nec obedientiam a ſubiectis im
ploret qui eam prelatis exhibere non no-
uit obedientia etiam ad regnum introdu
cit. Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi ſer
ua mandata. Inobedientia clauem para
diſi amiſit: ſed obedientia eam recupe-
rauit. Unde ſymoni petro dictū eſt. Mat.
xvi. Tibi dabo claues regni celorum obe
dientia vitam hominis feliciter cōſumat.
Job. xxxvi. Si audierint ⁊ obſeruauerint
complebunt dies ſuos: in bono ⁊ annos
ſuos in gloria. Si autem non audierint
tranſibunt per gladium. ¶ Sexto valere
poſſunt ad commendationem obedientie
verba ſanctorum que videntur oſtendere
perminētia huius virtutis ad alias virtu
tes ſymonem prefecit deus ceteris apoſto
lis. Math. xvi. Tibi dabo. c. r. c. ⁊ obediē
tia ſcdm verba ſanctorum preminere vi-
detur ceteris virtutibus. Grego. in mo-
ra. ſola obediētia virtus eſt que ceteras
virtutes menti inſerit inſertaſꝫ cuſtodit:
ſolent inſeri arbori agreſti duo ramunculi
alicuius nobilis arboris: deinde arbor que
prius erat agreſtis producit flores ⁊ fruct⁹
⁊ folia ſcdm naturā nobilis arboris a qua
ramunculi ſunt aſſumpti. Sic obediē-
tia alienū ſenſum: ⁊ alienam voluntatem
aſſumit: ⁊ cordi eius qui promittit obediē
tiam inſeritur: ⁊ iam cor illud ſcdm ſen-
ſum ⁊ volūtatem ſui ſuperioris operatur.
Item dicit. Greg. ꝙ obedientia nō tā eſt
virtus ꝙ̄ mater virtutū qđ ideo poteſt in-
telligi eē dictū q: obediētia pducere pōt
motus omniū virtutū. Oēs enim poſſunt
iuberi: ⁊ ſi aliquis pducat motus illos q:
iuſſus eſt obediētie ſunt ſup illud. Geñ. ij.
Lignūꝫ ſcie boni ⁊ mali dicit. Glo. Au-
gu. obediētia ſola veriſſima eſt virtus cre
ature rationali ſub dei poteſtate degēti ꝙ
pōt intelligi dictū eſſe: pmo q: obedientia
perficit hominē ex pte illa qua habet com
parationem ad deū ſub quo eſt reſpectu.
Act. qui eſt nobiliſſimus tanꝙ̄ finis homi
nis finis eſt enim optimum in vnoquoꝫ
hec actus eſt obſeruatio mandati diuini.
Eccle. vlt. Deum time ⁊ mādata eius ob-
ſerua: hic eſt omnis hō: h innuit. Aug. in
hoc ꝙ poſt illud obedientia ſola eſt veri-
ſima virtus ſubdit rationali creature ſub
dei poteſtate degenti ſ'o pōt intelligi hoc
dictum propter meritū ad qđ multum va
let obedientia. Unde ſuper illud. Geñ. ij:
Lignumꝫ ſciētie dicit. Augu. oportebat
vt homo ſub deo poſitus ab aliquo prohi
beretur: vt eēt ei virtus merendi obedien
tia: dū aliquis intendit facere voluntatem
propriam: nō videtur mereri. niſi apud ſe
metipſum. Ab illo eni merces expectatur
cui ſeruitur vel cuius volūtas fit nō mere
tur ergo apud aliū niſi qui vult facere pro
priā volūtatē ꝙ eſt obediētie. Greg. Sola
eſt obediētia que meritū fidei poſſidet ter
tio propter maiorem difficultatem virt⁹
eni eſt circa difficile iuxta ſapientem etiā
nomē virtutis a vi. videtur eſſe dictū: dif
ficillimum autē videtur eē agere cōtra ſe
ꝙ facit obediens ꝙ ſonat nomē obedien
tie: obedire eni eſt contra audire. ſ. contra
proprium ſenſum ⁊ ppriā voluntatē. Gre.
ſuper. i. Re. xv. Melior eſt obediētia quā
victime: quia per victimas aliena caro: ꝑ
obedientiam vero propria caro mactatur
obediētia quaſi quoddā martiriū ē. Gre.
tanto deum quiſꝙ citius placat quāto re-
prehēſa arbitrij ſui ſupbia gladio ſe prece
pti imolat: obediēs quaſi propriū caput ſi
bi amputat primo ⁊ caput ſibi chriſtū cō

ſtituit vel eū qui in loco eius eſt qui martirium ꝓximo ſuſtinet. vnā voluntatē ſibi amputat. ſ. voluntatem viuendi: ſed iſte oēm voluntatē. obedientia maxime ꝓprie volūtati detrahit: ⁊ ideo virtuti maxime addit. Sapiens: hoc ſolū virtuti adicies: ꝙ proprie voluntati detraxeris. poeta: eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis. ¶ Sequitur de hijs que poſſunt iuuare obediētiam. ¶ Et notandū ꝙ quinqꝫ ſunt que valere ſolent ad hoc ꝙ aliquid ſit magis tractabile vel flexibile: ⁊ ſimilia preter ea que dicta ſunt amanda eſt obedientia fidelibus: tanꝗ̄ mater eoꝝ. i. Pe. i. Sperate in eā que vobis offertur gratiā in reuelatione ieſu chriſti quaſi filij obedientie. hijs poſſunt valere ad hoc ꝙ cor alicuius ſit magis obediēs. ¶ Primū eſt exilitas vt patet in virga que ꝓpter exilitatē flexibilis ē: etiā ferrū ſi ſit exile vel tenue flecti pōt ſic exilitas humilitas valet ad obediētiā. Unde cātor magnus pariſieñ. humilitatē poſuit matrem obedientie: ⁊ apo. Phil. ij. Loquēs de obediētia xp̄i: p̄mittit de ei⁹ humilitate humiliauit inquit ſemetipſum factus obediēs ⁊c. Aug. i. xiiij. lib. de ciui. dei. Obediētia niſi humiliū eē nō pōt cum humilitas ſit ſenſus ꝓprie vacuitatis. humilis hꝫ vbi ſenſū alienū recipiat: quaſi vacuus a ſuo: ⁊ qui ſenſum alienū recipit niſi ſit aperte malus recipit alienā voluntatē. ⁊ ſic fit obediens. ſupb⁹ pius exibit de ſenſu ſuo ꝗ̄ recipiat ſenſum alienum: vel alienā voluntatē ⁊ fiat vere obediens. Prouer. xxvi. Uidiſti hoīem ſapiētē ſibi videri: magis ſpē hēt illo habebit inſipiens. cibus in quo nimis eſt de ſale quaſi perditus eſt: facilius ſal cibo additur quā ſubtrahatur. Sic qui ad religionē venit ſi ſal ꝓprij ſenſus nimis in eo abūdet non eſt aptus religioni facilius hō ſimplex religionis efficietur: quā ipſe Ber. ad fratres de mōte dei. Superbia quātūis prudēs ſibi videatur dimittenda eſt ſibi ⁊ ambigēda. Si enī admittit ſupbus p̄ma die qua incı̄pit habitare. Incipit leges dare. Nimium vero ſtult⁹ diſcere nō pōt ꝗ̄ inuenit. Eccl. xix. Melior ē q minuitur ſapīa ⁊ indiget ſenſu: ⁊ timet dn̄m: ꝗ̄ qui abundat ſenſu: ⁊ tranſgreditur legē altiſſimi: timor etiā q eſtimat pericula ꝗ̄ nō ſunt ⁊ defect⁹ ſuos ſcrutatur inuenit ſe ſenſu indigere: ⁊ ſic iſ

mor humilitatē introducit. humilitas vero vidēs ſenſū ſuū ſibi nō ſufficere. Alieno ſenſui acquieſcit: nec vult habere ducē illū q in tot foueas p̄cipitauit eū. ſ. ſenſum ꝓpriū. ¶ Scdm eſt aſſuefactio. vñ equus aſſueſcit circūuolutionibus vt facilius ad voluntatē ſeſſoris flecti poſſit. Prou. xxv. Equus parat̄ ad diē belli: dñs aūt ſalutē tribuet. equs eſt religioſus cui frenū obedientie impoſitū eſt. Zacha. x. Poſuit eos equū glorie in bello. opatur deus i viro religioſo glorioſa: ⁊ ideo pōt dici equ⁹ glorie. hic equus per aſſuefactionē parandus eſt ad obedientiā: vt nunc ad dexterā proſperitatis nunc ad ſiniſtram aduerſitatis vertatur: aliter in die belli ſuccūbet. quando ſcilicet aliquid graue iniungetur: religioſus qui in ſua voluntate nutritur deſtruitur. In vitis patrum beatus Antonius precepit paulo ſimplici heremite ſuere ⁊ deſuere veſtimenta: texere: ⁊ frangere ſportulas ſi volebat voluntatē eius flexibilē ⁊ obedientē efficere. ¶ Tertiū ē ignis vt patet in cera que calefacta de facili flectitur: ⁊ in metallis que ad ignem liquefiunt: ⁊ ſic de facili formā rei cui infundūtur accipiunt. Sic valere poteſt ad hoc ꝙ cor in obedientia magis flexibile fiat: ignis diuini amoris. ſcilicet ſi oſtendatur qualiter deus dilexerit nos. Luce. xij. Habetur de hoc igne. Ignem veni mittere in terram: ⁊ quid volo niſi vt accendat̄: frequenter cogitādus eſſet amor ille ex quo altiſſimus obedire voluit pro nobis vſqꝫ ad mortem crucis vt confunderetur male obedientes eſſe ad leuia que nobis ex parte eius iniunguntur. ¶ Quartū eſt ſeparatio rei ab aliquo minus flexibili cui adherebat vt patet in corio adherenti ligno ꝙ flecti non poteſt niſi a ligno ſeparet̄. Sic expediret ei qui perfecte obedire vellet ꝙ voluntatem ſuam ab omni re tēporali ſepararet ⁊ ea recolligeret vt haberet eā paratā qñ mādatū ſuperioris ſuenirct. In ps. Paratus ſum ⁊ non ſum turbatus. Item paratū cor meū deus paratū cor meū. B. Paratum ad ſublimia paratū ad vniuerſa queciiqꝫ preceperis. Ber. Uerus obediens mandatū non procraſtinat: ſed parat aures auditui: linguā voci: manus operi: pedes itineri: ⁊ ſe totū iteꝝ ſe colligit vt mādatū peragat imperantis. ¶ Quintū eſt

alicuius liquoris admixtio: vt pellis dura vngitur: vt ſit tractabilior ⁊ terre dure aq̃ miſcetur. Similiter vnctio gratie neceſſaria eſt: vt cor magis obediés fiat. Ideo q in religione é frequéter in oratióe deo ſupplicare debet vt gratiaʒ obediédi ſibi tribuat: ſi prelato beneplacitũ ſuũ de eo iſpiret. Aug. x. lib. confeſ. Da continentiá iubes: da ꝙ iubes: ⁊ iube ꝙ vis. A ſimili dʒ religioſus dicere deo obedientiá iubes: da ꝙ iubes: ⁊ iube ꝙ vis: poteſt etiam valere ad obedientiam modeſtia imperantis. Señ. Remiſſius imperáti melius patitur. Greg. Qui ab vnoquoqꝫ bono ſubiectos negat neceſſe eſt vt multa cócedat ne obedientis mens funditus intereat: ſi a bonis oibus repulſa ieiunat. vnde de⁹. Ade vnicam arboreʒ ꝓhibuit oés alias conceſſit. Geñ. ij. ⁊. iij. Ro. xij. Populus inobediés fuit propter graue imperiuʒ roboam.

¶ De gradib⁹ obediétie. iij. ca. xxij.

Sequitur de gradibus obediétie. Et notanduʒ ꝙ Ber. vij. Gradus obedientie tangit. ¶ Quoꝝ pm⁹ eſt libenter obedire q̃ gradũ vt ipſe ait: nõ poteſt aſcendere qui volũtaté precipiétis ſuam non fecerit libenter obediebat q dicebat. Meus cibus eſt vt fa. eius vo. q miſit me. Jo. iiij. Aug. x. lib. confeſ. Optim⁹ miniſter tuus eſt: qui non magis intuetur hoc a te audire: quod ipſe voluerit: ſed potius hoc velle qđ a te audierit. Ber. qſqs occulte ſatagit: vt ꝙ vult ipſe: hoc ei prelatus iniungat: ipſe ſe ſeducit ſi forte ſibi q̃ſi de obedientia blandiatur. Neqꝫ enim ī ea re ipſe prelato ſed magis ei prelatus obedit: paratũ ad domini voluntaté ſe oſtendit paulus dicens. Act. ix. Domine quid me vis facere. Ber. in ſermonibus nec dubis quin ampliore gratiaʒ mereatur: qui paratum ſe exhibet ante mandatum quã qui obedire ſatagit poſt mandatũ: requirit deus oblationes volũtarias. Exo. xxxv. Iſte eſt ſermo qué precepit de⁹. omnis voluntarius ⁊ prono animo offerat ꝑmitias domino. Dauid: voluntarie ſacrificabo tibi: coacta ſeruitia deo non placent: ſed quidam ſunt ſimiles ruſticis qui dominis ſuis nullum ſeruitiũ volũt facere niſi coacti. Et notandũ ꝙ libenter obedire precipue laudabile eſt cũ grauia iniunguntur. Vñ ſuper illud. i. Ro. xv. Melior eſt obedientia ⁊c. Dicit glo. Grego. Sciendũ ꝙ obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid habet nulla eſt. aliquando minima eſt ſi ſuũ aliquid non habet. Cuʒ enim locus ſuperior imperatur obediétie virtuté euacuat ſibi qui adhuc proprio deſiderio anhelat. cum vero probra contumelie imperátur nihil in hoc ex ſemetipſo animus appet obedié tie ſibi meritũ imminuit qui ad hanc inuitus deſcendit hinc moyſes principatũ populi humiliter recuſat. Paulus aũt audacter dicit. Ego nõ ſolum ligari in ieruſalé: ſed etiam mori paratus ſum. Et notandũ ꝙ obedientia in difficilioribus gratior eſt: in obedientia grauior. Inobedientia vero in facilioribus multũ deo diſplicet. Ber. de precepto ⁊ diſpenſatione: inobediendi ratione hec generalis regula teneatur vt difficilioribus quibuſcũqꝫ agendis obeditio gratior q̃ ꝑuaricatio grauior iudicetur: ⁊ in facilioribus minuſqꝫ honeroſis cóteptus dánabilior q̃ actus laudabilior exiſtimetur. Aug. xiiij. lib. de ciui. dei. In paradiſo tanto maior inobedientia fuit quáto id quod preceptuʒ eſt nullius difficultatis fuit. Vbi enim magna eſt inobedientie pena ꝓpoſita ⁊ res a creatore facilis imperata: quis nam ſatis explicet quantuʒ malũ ſit non obedire in re facili ⁊ tante poteſtatis imperio: ⁊ tanto terrente ſupplicio.

¶ Secũdus gradus eſt obtemperare ſimpliciter. Multos enĩ videmus ſecundum verbuʒ. Ber poſt precipientis imperium multas facere q̃ſtiones. quare ſepius ingeminare. Unde hoc venit: quis hoc inuenit conſiliuʒ. Inde murmuratio: exceſatio: ſimulatio: impoſſibilitas: aduocatio amicoꝝ. In pſalmo. In auditu auris obediuit mihi. vt oſtenderet vno eodemqꝫ memento proceſſiſſe: ⁊ imperantis imperiũ: ⁊ obſequiũ obſequentis. Ad ſimplicitaté obedié tie pertinet non iudicare quid vel quare. Sibi precipiatur. Ber. in libro de cõſideratio. Omnib⁹ nobis in conuerſionis initio. nulla magis virt⁹ eſt neceſſaria q̃ ſimplicitas humilis: ⁊ grauitas verecunda. Ber. ad fratres de monte dei. perfecta obediétia maxime in incipiente eſt indiſcreta hoc eſt non diſcernere: quid vel quare precipiatur: ſed ad hoc tm̃ niti vt fideliter ⁊ humiliter fiat ꝙ a maiore precipitur. Idem loquens de nouitio. Stultus fiat

vt ſit ſapiens: ꝛ hec omnis eius ſit diſcretio: vt in hec nulla ei ſit diſcretio: hec ois eius ſapientia vt in hac parte nulla ei ſit. Idem in ſermonibus. Rara auis in terris diſcretio. Ideo diſcretionis locum ſancte in nobis fratres suppleat virtus obediētie vt nihil plus: nihil minus: nihil aliter q̄ imparatum ſit faciatis. Deutero. xij. Que precipio tibi hec tm̄ facias nec addas qcq̄ nec minuas. Cum Julius ceſar in perdonandis hoſtibus quinq; annoꝝ ſpacium ſibi permiſſum pertranſiſſet: licet glorioſe triumphaſſet: honor tamē debitus ſibi denegatus eſt: nec vrbem ingredi pmiſſus eſt eo ꝙ vltra terminū ſibi prefixum: moram cōtraxiſſet. Deut. xij. Non facietis ibi quod nos facim⁹ hic hodie ſinguli ꝙ ſibi rectū vr. Ber. ſuper cant. Qui veſtri curā ſemel nobis credidiſtis quid rurſus de nobis vos intromittitis: perfecte obediēs dz ſe habere vt iumentū. Dauid factus ſum in iumentū apud te. Idem deduxiſti ſicut oues populū tuū. Et iterum. Qui deducis velut ouem ioſeph: ſimplicitatē obedientie multū amabant antiqui patres in diſcipulis ſuis. Ideo in principio nō precipiebant eis recta. Unde in vitis patrū gdā dixit abbati paſtori: patres ſeniores nō loquuntur ab initio fratribus recta: ſed magis diſtorta: ꝛ ſi viderint quia ea que torta ſunt faciunt: iam eis non loquunt niſi ꝙ expedit agnoſcentes: qm̄ in oibus obedientes ſunt: debent inferiores audire mandata ſuperioꝝ q̄ſi a deo dicerent. Mat. x. Qui vos audit me audit: vñ ſicuti nō diſcernerēt ſi aliqd a deo pciperet: ſed humiliter illud ipletur: ſic nō debēt diſceptare de mādatis platis. Ber. Nō te moneat magiſter iperitus: indiſcreta poteſtas: ſed memēto: qꝛ nō eſt poteſtas niſi a deo ꝛ q poteſtati dei reſiſtit: ordiatiōi reſiſtit. Col. iij. Serui obedite p oia dñis ꝛc. Et ſubdit qcūq; facitis ex aio opamini ſicut dño ꝛ nō hoibus. ¶ Tertius gradus eſt ilariter obedire. Ilarē. n. datorē diligit de⁹. ij. cor. ix. Scḋm verbū. Ber. Serenitas in vultu dulcedo in ſermonib⁹ multū colorāt obedientiā obſequētis: nubiloſa corꝑis cōpoſitio ꝛ facies tenebris triſticie offuſcata: deuotionē ab aio receſſiſſe ſignat: qs. n. libēter iperat hoi triſticiā eſtāti: Eph. vi. Oia facite ſine murmuratiōib⁹. Eccl. 35. In oi dato ſlarē fac vultū tuum: q cū murmure obediūt cū praua falſa deū paſcere volunt In ps. Dederūt in eſcam meā fel ꝛc. Obediētia taliū eſt q̄ſi obedientia demonū: ad ꝑceptū enī xp̄i exibāt demonia de multis clamātia: q ſic obediūt non vere ſunt obediētes: ꝛ ſi dicant eſſe. Math. xxvij. Inuenerunt hoiem cyreneū ſymonē noie tales ſunt: vt magni lapides q moueri nō poſſunt ſine afflictiōe moueri Eccle. x. Qui tranſfert lapides affligēt in eis: tales ſunt vt rote carri: nō ſolū in hec ꝙ pro defectu vnctionis murmurāt: ſed quia vn⁹ alterū ꝑcedere nō vult: non faciā hoc dicit vnus niſi ille idē fecerit. Eccl. xxxiij. Precordia fatui quaſi rota carri: tales ſunt: ſicut imagines in edificijs que ſuſtinent colūnas q̄ in facie triſticiā oſtendunt: prelatus cuius ſubditi cū triſticia ꝛ murmure obediunt: ſimilis eſt illi qui haberet oia mēbra infirma que neceſſe haberet mouere: ꝛ nullus mouere poſſet ſine dolore qui eſſet in magna miſeria: plat⁹ talis iperat iſti: ꝛ ille affligit ꝛ ꝯtriſtat: ꝛ ip̄e cū eo. ſilr iperat alij ꝛ ille ꝯtriſtatur: ꝛ ipſe cū eo: ꝛ ſic q obſeq debuerūt offendūt. Heb. xiij. Obedite prepoſitis veſtris ꝛ ſubiacete eis ipſi enī puigilāt quaſi ratione pro animabus veſtris reddituri: vt hoc faciāt cū gaudio: ꝛ nō gementes: hoc enī nō expedit vobis. Sen. in lib. de bñficijs. Ita a natura cōparatū eſt vt citius alterius iniurie q̄ merita deſcendāt: illa cito defluāt: has tenax memoria cuſtodiat: que expectat qui offēdit: dū obligat: ſatis aduerſus eū gratus eſt: qui beneficio eius ignoſcit. A ſimili poſſum⁹ dicere ꝙ ſatis facit deus pro obedientis aliquoꝝ: ſi afflictionem q̄ ipſi faciunt ſuperioribus ſuis eis ignoſcit. Quartus gradus velociter eſt obedire. Luc. xix. Dictum eſt Zacheo feſtinans deſcendere: ꝛ ſubditur remuneratio: hodie inquit ſalus domui huic facta eſt. Mat. iiij. Dicitur d̄ Petro: ꝛ Andrea: a domino vocatis: at illi cōtinuo relictis retib⁹ ſecuti ſunt eū: ꝛ ſilr ſubditur de Jacobo ꝛ Johanne. Illi ſtatim relictis retibus ꝛ p̄re ſecuti ſūt eū. Jero. Perfecta obediētia eſt ſua iperfecta relinquere. Canti. v. Manus eius tornatiles. In vitis patrū. Abbas Siluan⁹ habebat. xij. diſcipulos vni eoꝝ noiē marc⁹ quē pre ceteris diligebat ꝓp bonū obediētie qd

erat i eo. cũq3 qdã diceret ei q alij diſcipu
li ɔtriſtarẽt ex hoc. ipſe pulſauit ad hoſtiũ
vniuſcuiuſq3 vocãs eũ: ꝛ nullus exire vo-
luit tandẽ vocauit Marcũ ad ei⁹ hoſtiu3
qui ſtatim exiuit. Et Siluan⁹ in quaterno
q̃ ſcribebat ille tpe vocationis litterã vlti-
mã iperfectã iuenit q̃ poſt vocationẽ pro
pter bonũ obedientie cõplere noluit. tunc
illi indicauerũt eũ magis eſſe diligendu3
eo q deus magis diligeret eũ ꝑpter bonũ
obediẽtie. Item quidã abbas ſeniori ſuo.
Abbati hor: debuit preparare piſcem ꝛ ap-
poſuit cultellũ: ꝛ incidebat eũ ꝛ vocatus ẽ
ab abbate: hor: reliquit piſcem ſemiciſum
ꝑpter bonũ obedientie. Ualde gratu3 ſo
let eſſe principibus cũ precepta eoꝝ veloci
ter adimplentur. Prouer. xxij. Uidiſti ho
minẽ velocẽ in opere ſuo: corã regib⁹ ſta-
bit nec erit ante ignobiles. Quintus
grad⁹ eſt viriliter adiplere mãdatũ. Ber.
Manũ tuã miſiſti ad fortia: agendum eſt
inſtanter: ꝛ ɔſtanter obediendũ: nec inter
aſperitatẽ verbũ tam regalis ẽ ſemita re-
linquẽda: ꝛ loqtur de ſemita obedientie.
xp̃s hanc ſemitã etiam pro morte ignomi
nioſa relinquere noluit. Phil. ij. Factus
obediẽs vſq3 ad mortẽ. Mortẽ aũt cruc.
Ber. Memẽtote fratres: xp̃s ne perderet
obedientiã: perdidit vitã. Idẽ putas obe-
dientie fructũ cũ ſubdit⁹ audit: obediẽtiã
quã multis expetierat votis cũ ei precipitẽ
q redoleat dignitatẽ: econtrario meritũ aſ-
ſigna ei obedientie q̃ terret animũ audiẽ
tis: grauis ad audiendũ: grauis ad iplen-
dum: ꝛ grauiſſima ad tenendũ. Sext⁹
grad⁹ ẽ humiliter obedire ꝛ ſubdit. Ber.
Magna virtus humilitatis ſine cui⁹ ob-
tentu virtus fortitudinis: nõ ſolũ vti⁹ nũ
ſit: ſed etiã in ſuperbiã erumpit. Luc. xvij.
Cũ feceritis oĩa que precepta ſũt dicite ſer
ui inutiles ſumus qđ facere debuimus fe
cimus. Septimus gradus eſt ideſinen
ter obedire. ꝛ ſubdit Ber. Perſeuerantia
ſingularis eſt filia ſũmi regis. Idẽ qd cur
rere prodeſt ꝛ ante curſus mete deficere?
Sic currite vt cõprehẽdatis. i. Cor. xi. Hij
ſunt ſeptẽ gradus ſcale quã vidit Jacob.
Gen. xxviij. Hãc viſionẽ vidit Jacob dor
miens i itinere: lapide ſuppoſito capiti.
Glo. Caput poniti lapidem q xp̃o iheret
mente. Et ſm Aug. i itinere dormire eſt i
via huius ſeculi: ab ipedimento ſecula-
rium actionum quieſcere. Beatus benedi
ctus ꝛ Aug. ꝛ alij ſancti q religiones iſti-
tuerunt cum chriſto corde adheſiſſent: ꝛ a
curis huius ſeculi qeſcerent ſpũaliter vide
runt viſionem illam. Scala iſta obedien
tia eſt cuius latera duo poſſunt intelligi:
paupertas voluntaria: ꝛ continentia: vel
abrenunciatio proprij ſenſus: ꝛ ꝑprie vo-
luntatis. Attendenda vero ſunt. q̃tuor
que de hac ſcala dicuntur. Primu3 eſt
q erat ſtans ſuꝑ terrã i quo notatur re-
ctitudo intentionis que debet eſſe in hijs
q viam obedientie aggrediuntur: ꝛ exclu
ditur per hec macula itentionis terrene
eorum q habent terrenam itentionem in
religione ſcala non ſtat: ſed potius iacet
ſuper terram vel potius directa eſt ad in-
fernum. Eccle. quarto. Cuſtodi pedẽ tuũ
igrediẽs domũ dñi pedem inq̃ itentionis
¶ Scđm eſt q cacumen eius tãgebat ce-
lum i quo figuratum eſt q cõuerſatio reli
gioſoꝝ debet eſſe i celis. vel quia imedia-
tus tranſitus eſt i morte a via perfecte obe
dientie i celum. Parum eni3 vel nihil mo
rantur perfecte obedientes in purgatorio
ꝛ quia magni lucri eſt obedientia: vt ꝓus
oſtenſu3 eſt: ꝛ ideo ſufficit hic ſoluere de-
bita: ꝛ q2 i vero obediẽte xp̃s viuit ꝛ ope-
ratur. Gal. ij. Uiuo ego: iam nõ ego: viuit
vero i me xp̃s nec eſt veriſimile q de⁹ ſit
i futuro eoꝝ vltor quoꝝ hic ẽ actor. Ter-
tium eſt q Jacob vidit angelos aſcendẽ-
tes ꝛ deſcendentes per ſcalam illã3 i quo
iſinuatur q via obediendie via angelica
eſt: ſiue eni deſcendant vere obedientes
fratribus ſuis miniſtrando: ſiue aſcendant
deo aſſiſtendo in oratione: lectione: medi
tatione: ad modum angelorum volunta-
tem dei peragunt. Unde quantum ad il-
los ipletur illa orationis dñice petitio: fiat
voluntas tua ſicut in celo ꝛ i terra. Mat.
vi. Quartum eſt q deus erat innixus
ſcale i quo iſinuatur q perfecta obedien-
tia ſe habet imediate ad deum. Nullũ eni
iteruallum vel modicum eſt iter mortem
vere obedientis ꝛ diuinam viſionem. Et
in ps. Tenuiſti manũ dexterã meã. ꝛ in vo.
tu. dedu. me. ꝛ cum gloria ſuſcepiſti me.
Iſa. lviij. Si auerteris a ſabbato pedem
tuũ ꝛc. Suſtollã te ſup altitudinẽ terre: et
cibabo te hereditate iacob p̃ris tui. Mul
tũ debent inclinare eos q ſunt in ſcala obe

dientie ad aſcendēdū viriliter: ſpes ⁊ de
ſideriū videndū dñm ſcale innixūiſicut cū
acclamatū eſt in obſidione alicuius caſtri
illū habiturū centū libras qui p̄imo in-
trauerit ſpes ⁊ deſideriū tanti lucri facit
aliquos per ſcalā aſcendere tenentes clipe
os ſupra ſe licet lapidibus percuciātur de
ſuper. Sic ſpes ⁊ deſideriū de quibus iā
diximus deberent facere vt hoies p̄ ſcalā
obedientie aſcenderent oēs aduerſitates
q̄ occurrunt ſuperando. Mat. xi. Regnū
celoꝝ vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illō.
Item inſinuatur in hoc ꝙ dñs erat innixus
ſcale ꝙ ipſe paratus eſt iuuare: ⁊ con
ſeruare eos qui viam obedientie aggreſ-
ſi ſunt quaſi ſuos perfecte obediens ex p̄-
ximo ſequitur dñm. Unde deus quaſi fidē
lis ſocius vbi deuentū eſt ad locū difficilē
ad trāſeundū porrigit manū ei iuuās eū.
In ps. Adheſit aīa mea poſt te me ſuſce-
pit dextera tua. Attendendū eſt etiā ꝙ ſe-
quitur: vere dñs ē in loco iſto: dicit iacob
deus dñm ſe exhibet vere obedienti eū iu
uādo ⁊ cōſeruādo: ⁊ ei p̄uidendo: merito
cū ille exhibebat ſe ſeruiū dei volūtatē ei⁹
adimplēdo. Itē attēdēdum eſt ꝙ iacob
poſtea dixit: q̄ terribilis ē locus iſte: terri
B bilis eſt locus ſanctus. ſ. locus religionis
propter dūi preſentiam. Sollicite enim
ſe debent habere qui ſunt in religione p̄-
pter hoc ꝙ deus preſens eſt. Hoc ē enim
vnum illoꝝ qd̄ deus requirit ab homine
.ſ. ſollicite ambulare cum deo ſuo. Mihi
vi. terrorem incutere deberet ijs qui pec-
cant in locis ſanctis pena illorum qui in
locis ſanctis peccauerunt: vt pena luciferi
⁊ adam. Ge. non eſt h̄ aliud niſi domus
dei ⁊ porta celi. dom⁹ dei dicitur religio.
q̄ in vere obedientibus deus habet dñiū
porta vero celi eſt p̄pter p̄pinquitatem q̄
habet perfecta obedientia ad dei viſionē.
ve illis qui de porta celi faciunt portā in
ferni: ⁊ de domo dei ſpeluncam latronū:
vt qui ſymoniace intrant religionem ali
quam vel proprietarij ſunt ibi. Mathe.
xxi. Domus mea domus orationis eſt vo.
vos autem fe. eam ſpe. la. Item ve illis re
ligioſis qui de ſcala regni celeſtis: ſcalam
faciunt confuſionis: quorum peccata tan
to amplius ferent hominibus quanto ipi
ſunt in gradu altiori.

¶ De partibus obedientie.

Sequitur de p̄tibus obediētie. Et
notādū ꝙ eſt obediētia rep̄henſi
bilis ⁊ eſt obediētia cōmendabil'
Obediētia rep̄hēſibilis triplex eſt. ¶ Pri
ma eſt cū aliqs obedit creature inferiori
hoīe vt pecunie. Eccle. x. Pecūie obediūt
oīa. ¶ Secūda eſt cū ex remiſſione ſup̄io
ris ⁊ curioſitate inferioris accidit ꝙ ille
obedit qui dꝫ īperare: ⁊ ille imperat qui
dꝫ obedire. cū ſ. ille ē ſupra qui debuit eē
infra: ⁊ membrū ſupra verticē ſe extollit.
Prouer. xxx. Per tria mouetur terra ⁊ q̄r
tum ꝙ nō pōt ſuſtinere p̄ ſeruū cū regna-
uerit ⁊c. ¶ Tertia eſt cū aliqs ſuo ſup̄iori
in malo obedit. Greg. In morali. Nunq̄
p̄ obediētiā dꝫ malū fieri. Aliqn̄ aūt dꝫ bo
nū qd̄ agitur p̄ obediētiā intermitti. Ber.
in epiſtolis. Facere malū qd̄ lꝫ etiā iubē
te cōſtat nō eē obediētiā: ſꝫ potius in obe
diētiā. Gre. caueāt ſubditi ne pluſq̄ expe
dit ſint ſubiecti: ne dum pluſq̄ expedit ſtu
dēt eē ſubiecti ſup̄ioꝝ: ꝯpellant vitia vene
rari. Aug. Sic modus obediētie tenēdus
eſt vt bonis i malo nō ꝯſentias nec malis
in bono ꝯtradicas. ¶ Obediētia vero cō
mēdabilis quedā eſt neceſſaria quedā ha
būdans vel p̄fecta neceſſaria eſt vt cū ali-
quis obedit in ijs in q̄bus tenetur obedi-
re habūdans vero eſt: cū obediat ēt in ijs
in q̄bus non tenētur obedire. Ber. Sub
iectus hmōi obediētiā q̄ finib⁹ cohibere
nouerit imp̄fectū nā p̄fecta obediētia legē
neſcit terminis n̄ artat neq꜓ cōtenta anguſ
tijs p̄feſſionis largiori volūtate: fert i la-
titudinē caritatis. Itē ad p̄fectionē ꝫ obediē
tie p̄tinet nō ſolū facere qd̄ iubet: ſꝫ etiā ſi
cut iubet. B. illū optimū dixeri obediētie
gradū: cū eo aīo opus iniunctū recipitur:
quo ⁊ p̄cipitur. Geñ. xvij. Dr̄ de abrahā ⁊
circumcidit carnē p̄puciū eorum ſtatim
ipſa die ſicut p̄ceperat ei de⁹. Mat. i. Exur-
gēs ioſeph a ſomno fecit ſicut p̄cepit ei ange
lus. Jo. xiiij. Sicut mādatū dedit mihi pr̄
ſic facio. Itē notā ꝙ ē obediētia q̄ debe-
tur ex natura vt illa q̄ debetur deo. Act. v.
obedire oꝫ magis deo q̄ hoibus ⁊ illa que
debetur p̄entibus carnalibus. Ephe. vi. Fi
lij obedite p̄entibus veſtris in domino:
Hoc enim iuſtum eſt. Item colo. iij. filij
obedite p̄entibus veſtris per oia: hec enī
placitū ē deo. Itē ē obediētia que non de
betur ex nā ſꝫ habuit volūtatē p̄ncipiū ſui

vel volũtatẽ liberã: vel nõ liberã. volũtatẽ nõ liberã ſui principiũ habuit obediẽtia: q̃ dꝫ ſeruus dñ̃o. Col. iij. Serui ꝑ oia obedite dñ̃is veſtris. volũtatẽ vero liberã ſui principiũ hꝫ̃it obediẽtia q̃ vxor dꝫ viro. vel q̃ dꝫ ſubditus ꝓlato. Eph. v. Mulieres ſubdite ſint viris ſuis in oibus. Gen̄. iij. Dr̃ mulieri. Sub viri poteſtate eris: ⁊ ipẽ dominabitur tui. Heb̃. xiij. obedite ꝓpoſitis veſtris: ⁊ ſubiacete eis. ⁊c.

ca. 6 ❡ De his q̃ aduerſant̃ obediẽtie. vi. c. xxiiij

s [S]Equit̃ de ijs que aduerſantur obediẽtie. ❡ Et notãdũ ꝙ obediẽtie:
A primo aduerſatur ꝓprius ſenſus deinde ꝓpria volũtas ſicut equus videns nõ eſt idoneus circuire ad molã ſic qui hꝫ ꝓpriũ ſenſuꝫ nõ ẽ aptus volubilitati obediẽtie. Deut̃. xij. Non facietis ibi ꝙ nos facimus hoc hodie ſinguli ꝙ ſibi rectũ. vr̃. Jud. xvij. In diebus illis nõ erat rex in iſrael: ſed vnuſqſqꝫ ꝙ rectũ ſibi videbatur hoc faciebat: exẽplũ relinqndi ꝓpriũ ſenſuꝫ dedit xp̃s a mr̃e ſua inuẽtus in tẽplo. Luc̃. ij. Deſcendit cũ eis ⁊ venit nazareth ⁊ erat ſubditus illis. B. quis nõ erubeſcat obſtinatus eſſe in cõſilio ſuo qñ ſuũ ſapia ipa deſeruit: ꝓprius ſenſus oculis eſt vete-
B ris hois q inimicus eſt deo ⁊ ideo eruẽdꝰ eſt. ❡ De ꝓpria vero volũtate. Notãdũ eſt ꝙ ipſa deo multũ diſplicet: diabolo multũ placet: hoĩ multuꝫ nocet nec mirũ ſi dño multũ diſpliceat. Ipſa eni eſt que deo primo iniuriat̃. ipſa ſola deo aufert dñiuꝫ ſuum ⁊ dat illud diabo. Sicut eni obẽdiẽtia efficit hominem ſeruũ dei: Sic ꝓpria voluntas efficit eũ ſeruũ diaboli: iõ multum placet diabolo. Eccle. xviij. Poſt concupiſcentias tuas non eas: ⁊ a voluptate tua auertere. Si p̃ſtes aie tue concupiſcentias eius faciet te in gaudiũ inimicis tuis.

❡ xij mala que facit ꝓpria voluntas.

narium pro bono: mirũ eſt quõ nõ mul-
tum dolent cũ falſitatẽ in ſeipſis deprehẽ
dunt viliores ſe videntur habere q̃ vnum
denariũ. Et notandum ꝙ veritatẽ habere
debem᷒ quantũ ad omnes: nulli enĩ mẽ-
tiri debemus vt oſtendit. Aug. lib. de do-
ctrina xp̃iana: dicens. Omnis qui mentit
inique facit: nemo enĩ mentiens in eo ꝙ
mentitur ſeruat fidem: nã hoc vtiq; vult
vt qui mentitur fidem ſibi habeat: quã tñ
mentiendo ei non ſeruat: omnis aũt fidei
violator iniquus eſt.

¶ De erroꝛe qui dicunt veritatem nõ eſſe
iuramento firmandam. cap. xliiij.

Equitur de erroꝛe illoꝝ q dicunt
s nullam veritatem: iuramento eſſe
firmandã. Aſſerentes omne iura
mentũ eſſe illicitum qui error occaſionẽ
potuit hr̃e ex illo verbo domini. Mat. v.
Ego dico vobis non iurare omnino. Jtẽ
ex illo verbo. Jaco. v. Ante omnia fratres
nolite iurare: ad idem facere videtur illud
verbum. Auguſtini in quodã ſermone.
Falſa inquit iuratio exitioſa eſt: vera iura-
tio periculoſa eſt: nulla iuratio ſecura: er-
go vt videtur: ab omni iuratione abſtinẽ-
dum eſt. ¶ Ecõtrario vero manifeſte oſtẽ
ditur ꝙ licitũ ſit iurare. ¶ Primo ſic iu-
rauit deus. Geñ. xxij. Per memet ipſũ iu
raui dicit deus: ꝙ ſi quis non recipiat ve
tus teſtamentum: probatur hoc ⁊ illud.
Hebre. vi. Abrahe promittens deus quo-
niam neminem habuit per quem iuraret
maiorẽ. Jurauit ꝑ ſemetipſũ: ergo homi

illicitum eſt iurare: ⁊ ꝙ argumentuz va
leat probatur per illud. Luc. vi. Perfect⁹
omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. Ma-
giſter noſter deus eſt: ſm illud Joh. xiij.
Uos vocatis me magiſter ⁊ dñe: ⁊ bene
dicitis: ſum ⁊ eniz. ⁊ Mat. xxiij. Nec voce
mini magiſtri: quia magiſter veſter vnus
eſt chriſtus: ergo non eſt contra ſtatũ per-
fectionis iurare. ¶ Jtem iurauit angelus.
Apoc. decimo. Quez iohannes vidit ſtan
tem ſuper mare ⁊ ſuper terram: ⁊ leuauit
manũ ad celũ: ⁊ iurauit per viuentẽ in ſe
cula ſeculorũ. ¶ Jtem iurauit apoſtolus.
Phi. i. dicens teſtis ẽ mihi de⁹. ⁊. ij. Cor. i.
Ego teſtẽ deum inuoco ⁊c. Si quis vero
dicat non eſſe iuramentuz in illis: apparet
hoc eſſe falſum: per hoc quod dicit. Jer.
quarto. Jurabunt: viuit deus in veritate
⁊ iudicio: ⁊ iuſticia: non ergo ſolum eſt iu
ramentũ ſi dicatur per dominum: vel per
ſimile: immo etiã ſi dicatur teſtis eſt mihi
deus: vel viuit deus: ex quo nomen dei in
teſtimoniũ: vel confirmatione veritatis aſ
ſumitur: cum igitur iurẽt deus ⁊ angelus
homo ⁊ ſanctus: mirũ eſt quõ non vult iu
rare hereticus: quaſi deo: ⁊ angelis: ⁊ ſan
ctis ſanctior eſſe velit. Uidetur aſſimilari
diabolo potius ꝙ̃ angelo vel deo: vel homi
ni ſancto. Diabolũ enim non memini me
legiſſe iuraſſe ad confirmationẽ veritatis
preterea precepit deus iurari. Exo. xxij. Di
cens ſi quis cõmendauerit viro pecuniaz
aut vas in cuſtodiam ⁊c. Et poſt in eodẽ.
Si quis cõmendauerit proximo ſuo bo
uem ⁊c. Juſiurandũ erit in medio ꝙ non
extenderit manũ ad rem proximi ſui ⁊c.
Et deut. vi. Dominũ deum tuũ timebis: ⁊
illi ſoli ſeruies ac per illius nomẽ iurabis
Et eiuſdem. x. Jurabitqꝫ in nomĩe ipſius.
¶ Jtem in pſ. Qui habitabit in taberna
culo tuo ⁊c. Et ſubditur: qui iurat pximo
ſuo ⁊ non decipit. Mat. v. Reddes domi-
no iuramẽta tua. Preterea iurant omnes
nationes: ⁊ gentiles: ⁊ iudei: ⁊ chriſtiani:
⁊ ſm philoſophũ: vox oĩum vox nature ẽ:
ergo natura dictat ꝙ licitũ ẽ iurare. Phi-
loſophus. Jurare vbi neceſſe eſt graui vi-
ro parum conuenit. Jtẽ licet aſſumere no
men dei ad iurandum aliquãdo. i. Thy.
vlti. Adiuro vos per deũ ⁊c. ergo licet illd
aſſumere ad aliquid iurandũ. Si enim lz
nomen dei aſſumere ad monendũ aliquẽ
vt aliquod opus bonũ faciat ſcd̃m illud.
Ro. xij. Obſecro vos per miſericordiã dei
vt exhibeatis corpora veſtra ⁊c. Eiuſdem
decimoquinto. Obſecro vos per dominũ
noſtrum ieſum xp̃m: ⁊ per caritatem ſan
cti ſpiritus vt adiuuetis me in orationib⁹
veſtris: a ſimili licebit nomen dei aſſume-
re ad monendum aliquem: vt ipſe credat
veritati vtili: cuz fides ſit a deo grata deo:
ꝙ ſine ea nemo ei placet. Preterea cuz di
cit deus: ꝙ abundantius hijs eſt: a malo
eſt: aut intelligitur. i. malum eſt. aut intel-
ligitur ꝙ fit a malo. i. ab infirmitate: non
credentis: ſi primo modo: ergo maluz eſt:
quando deus ad maiorem confirmatio-
nem dicit. Amen amen dico vobis. Ser-
mo enim eius debuit eſſe: eſt eſt: ⁊ nõ nõ:
⁊ non debuit aliud aliquid addere. Ma
lum etiam fuit: quando apoſtolus ad con
firmationez verbi ſui addidit: teſtis eſt mi
hi deus. Roma. i. ⁊. ij. Corin. xi. De⁹ ⁊ pa
ter domini noſtri ieſu chriſti ſcit ꝙ nõ mẽ
tior. Et Gal. i. Que ſcribo vobis. Ecce
coram deo ꝙ non mentior. Preterea cum
in veteri lege prohibita eſſet iuratio per
creaturas: ſi deus voluit oſtendere iuratio
nem omnem eſſe prohibitam ⁊ facere ad
ditionem ad veterem legez potius debuit
hoc ſpecificare de iuratione per creatorez
ꝙ̃ per creaturam: cum iuratio per creatu-
ram ſatis eſſet prohibita in veteri lege.
Argumenta etiam quibus vtuntur here-
tici ad confirmationez dicti erroris: valde
debilia ſunt vt eſt illud. Jaco. quinto. An-
te omnia nolite iurare. Si enim pro-
pter hoc: quia ibi dicitũ: nolite iurare: pec-
catum mortale eſt iurare: ergo cũ deus di
cat. Mat. vigeſimotertio. Et patrez nolite
vocare vobis ſuper terram: peccatũ mor-
tale erit vocare aliquem patrem ſuper ter
ram. Jtem ſi in nullo caſu iurandum eſt.
quia deus dicit: Math. quinto. Ego dico
vobis non iurare omnino: ergo cuz aliqs
dicit alicui colligenti ſaluiam vel petroſil-
lum in orto ſuo vt non colligant omnino
illud: ipſe prohibet eum vt nihil inde colli
gat quod manifeſte falſum eſt: ⁊ ſcd̃m cõ
munẽ vſuz loquendi. ⁊ etiaz ꝙ in alia fa-
cultate dicitur. vnde verſus omnis nõ nul
lus: nõ omnis dic aliquis nõ. Preterea cũ
quã deus ſubdit: cuz dicit neqꝫ per celum
q2 thronus dei eſt ⁊c. Non eſt competens

cauſa quare nunꝗ̄ ſit iurandum: ſed quare non ſit paſſim iurādū ſiue omnibꝰ modis: etiam per creaturā hũius: quia in contemptu ipſius: cōtemnitur ipſe cuius eſt thronus. Preterea aut ſemper fuit illicitū iurare: aut cepit eſſe illicitū ab illa prohibitione xp̄i: ego autē dico vobis nō iurate omnino: primū conſtat eſſe falſum cū lex vetus iurare preceperit: ⁊ cū ratio naturalis non dictet hoc malum eſſe: ſecundum hoc videtur falſum eſſe per hoc ꝙ deꝰ dicit. ꝙ abundantiꝰ eſt: a malo eſt: tanꝗ̄ vis declarans: ⁊ non tanꝗ̄ vis ſtatuens: quare prohibuit deus iuramentū vniuerſaliter ſi illud prohibuit propter periculum periurij eadem rōne votum debuit prohibere. Immo eadē rōne etiā ab hac prohibitione debuit abſtinere: prohibitio enim iſta facit plures tranſgreſſores ꝗ̄ ſint illi q incurrunt periurium. Nec enim facit oēs iurantes tranſgreſſores: ſed etiã prohibitio ⁊ conſtāt ꝙ plures iurant ꝗ̄ periurant.

¶ Item que eſt ratio iſta ꝙ nō ſit iurandum per ieruſalez: q; eſt ciuitas regis magni quando illud ꝙ iuratur non bene eſt eiuſdem regis: ⁊ ſcriptum ſit. celum ⁊ terra tranſibunt verba autē mea non tranſibunt. Mat. xxiiij. Pre. Sicut magis cauēdum eſt paruulo ab acceſſum ad aquam vel ad aliud periculum ꝗ̄ adulto qui ſcit ſibi bene cauere. Sic magis cauendū fuit in hac parte populo iudeoꝝ rudi: ⁊ paruulo ꝗ̄ populo diſcreto chriſtianoꝝ. Unde ſi ꝓpter periculū prohibitū eſt. magis debuit prohiberi tunc. Item cum ſenſus ſit. ego dico vobis non iurare omnino ⁊c. i. vt non iuretis omnino ſi mortale peccatū eſt iurare: q; xp̄s dicit non iurari: ergo eodem modo facere contra qđcūq; dictuz a chriſto erit mortale. ergo ſolū precepta ⁊ prohibitiones erunt: ⁊ non erunt conſilia aliqua nec admonitiones ad aliquid melius: ⁊ omnes qui erunt circa ſtatum perfectionis erunt in ſtatu damnationis cum ad ꝑfectionē moneat xp̄s dicens. Mat. v. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfectus eſt mortaliter peccabit qui fecerit contra illud qui aufert que tua ſunt ne repetas. Luc. vi. Et iterum qui facit contra illud. omnipotenti te retribue. in eodē: ⁊ contra illud omnia quecunq; vultis vt faciant vobis homines: ⁊ vos facite illis.

Mat. vij. ⁊ contra illud. Mat. v. Et ei qui vult tecum iudicio contendere: ⁊ tunicaz tuam tollere dimitte ei ⁊ pallium: ⁊ cōtra illud. Mat. v. Si quis te ꝑcuſſerit in vnaz maxillam prebe ei ⁊ alteram contra ꝙ tñ fecit xp̄s. Jo. xviij. Qui percutienti maxillam eius non prebuit alterā ſed allegauit iuſticiam ſuā dicens. Si male locutus ſuz teſtimoniuz perhibe de malo ⁊c. Et Paulus Act. xxiij. Principi ſacerdotum qui preceperat os pauli percuti dixit. percutiet te deus paries dealbate. Aug. Iſta precepta magis pertinent ad preparationē cordis que intus eſt: ꝗ̄ ad opus qđ in aperto fit: vt teneantur in ſecreto animi paciencia cum beniuolentia. In manifeſto autē fiat ꝙ ei videtur prodeſſe poſſe quibus bene velle debemus preterea quō onus chriſti erit leue: ſi quecūq; ipſe dicit precepta ſūt vel prohibitiones. Itez per qđ iurat quiſ̄ libet illū veneratur hoc amat. hoc timet. vt dicit. Glo. ſuper Mat. v. Unde cum iurare per deū. veritatem vtilē ſic deo honorificum: ⁊ proximo vtile ſic deſeruiat dilectionem dei ⁊ proximi: quare erit illicitus vel ꝓhibitū cū plenitudo legis ſit dilectio. Re. x. Et cum in duobus mandatis de dilectione dei ⁊ proximi vniuerſa lex pēdat ⁊ prophete. Mat. xxij. Pre. Iurare nihil aliud eſſe videtur: ꝗ̄ nomen dei aſſumere ad confirmationē eius ꝙ dicitur: ſicut haberi poteſt ex duobus locis ſcripture. ſ. ex. xx. Exo. Non aſſumes nomen dei tui i vanum. Aſſumere nomē dei in vanuz eſt iurare in vanum: ⁊ ex illo verbo. Heb. vi. Omnis controuerſie eoꝝ finis ad confirmationem eſt iuramentū qua deſcriptiōe recepta facile eſt oſtendere ꝙ liceat iurare Cum enim filius dei in hoc natus ſit ⁊ venerit in mundū vt teſtimoniuz periberet veritati: vt ipſe ait. Job. xviij. Uériſimile eſt ꝙ nomē ſuū non neget: ad eandem veritatem confirmandam. Immo ꝙ plus ē ad confirmationez veritatis mori voluit. Item cuz deus pater ſic dilexerit mūdum vt filiuz ſuū vnigenitū daret. Jo. iij. c. Ueriſimile eſt ꝙ nomē ſuū vnigenitū ei non neget. Ro. viij. Qui proprio filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum quō nō cū illo omnia nobis donauit. Item cum principes huius mundi ſigilla ſint bonitatis i ſubditos ſuos: vt ſigil-

illis ſuis eis confirment veritatē vtilē nunq̄ celeſtis princeps non hēbit hanc in ſubditos ſuos vt nomine ſuo permittat eos vti ad confirmandā vtilē veritatē: ſimile argumentū fecit dominus. Mat. vij. Dicens. Si ergo vos cū ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter qui in celis eſt dabit bona petentibus ſe. ¶ Item ſi deus ſigillū ſuū cōmendauit ſeruis. Veriſimile eſt q̄ non neget illud filijs ſuis. Ro. viij. Nō accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in timore: ſed accepiſtis ſpm̄ adoptiōis filioꝝ. ¶ Ex predictis manifeſtū eſt q̄ iurare non eſt vniuerſaliter malum. Immo licitū eſt iurare ad cōfirmandā vite veritatē. reſpondendū eſt ergo ad ea que ipſi obiciunt. ¶ Notādū ergo q̄ potuit eſſe multiplex cauſa: quare deus diceret illud. Math. v. Ego dico vobis non iurare omnino. ¶ Prima potuit eſſe q̄ iuramentū quandoq̄ vilipendi facit ſimplicem aſſertionē: nec iam reputāt
B multi ſimplex mendaciū: ex quo nō eſt ibi periuriū: ſicut multi hodie iuramēta ſine ſolēnitate facta non reputant propter iuramenta ſolemnia: deus ergo volēs ſuos veritatem ſeruare: in ſimplici ſermone ſicut iurato ſermone voluit vt non iurarēt quātum eſſet in eis. Auguſ. ſuper epiſtola. ad Gala. Non eſt cōtra dei preceptū iuratio: ſed ita intelligitur deus: prohibuiſſe a iuramento: vt quantū in ipſo eſt quiſq̄ non iuraret q̄ multi faciunt in ore habentes iurationē tanq̄ magni ſuaue aliquid. Idē in ſermone domini de monte iuramentū faciendū eſt in neceſſarijs cū pigri ſint homines credere q̄ eſt eis vtile: iuratio non eſt bona: nō tamen mala cum eſt neceſſe. Ideo nō eſt appetenda vt bona: nō tamē fugiēda tanq̄ mala cū eſt neceſſaria. Glo. ſuper Mat. v. Sermo fidelis pro iuramēto debet haberi: ꝛ merito tanq̄ verbū dictū in templo corā altari: immo corā deo templū eius in baptiſmo dedicatū ē ipſe fidelis: deus aūt eſt in hoc templo ſancto ſuo: fides vero altare eſt. ¶ Secūda cā potuit eſſe periculū ydolatrie ꝛ tertia periculum periurij: ex frequenti enim iuratione frequens ſequitur periuriū: ꝛ hec duo pericula ſequebantur precipue ex iuratione creaturaꝝ. Ideo talem iurationē p̄cipue diſſuadet deus. Glo. Illi vel celū plus ali quid ſuſpicabantur vel per illud iurantes nō putabant ſe iuramēto teneri. Ideo iuramentū ſic temperat vt ꝛ celū creatura dei credatur non plus aliquid: ꝛ q̄a thronus eius eſt periuriū timeatur. Auguſ. in nouo teſtamento dictū eſt ne omnino iuremus: q̄ mihi quidē propterea dictū videtur nō: q2 verū iurare peccatū eſt: ſed q2 periurare immane peccatū eſt: a quo nos longe eſſe voluit qui orat io ne iurem⁹ admonuit. Idem in quodā ſermone qui iurat iuxta precipitiū periurij eſt: qui nō iurat longe eſt. ¶ Tertia cā potuit eſſe perfectio māſuetūdinis q̄ voluit eſſe in diſcipulis ſuis quibus dixit illud verbum ſicut p3 ex euangelio. Mat. Qui illud verbū poſuit. Iuramentū vero frequenter eſt ex ira ꝛ impacientia: ideo voluit eos deus a iuramento cauere. ¶ Septē vero diſſuadent circa iuramentū. ¶ Primo appetitus iurandi. Jaco. v. Ante omnia fratres nolite iurare. ¶ Scdo aſſiduitas iurādi. Eccle. xxiij. Iuratio nō aſſueſcat os tuū. Ibidē. Multū iurās replebitur iniquitate. Criſ. Nemo eſt qui frequenter iuret qui non aliter periuret. ¶ Tria alia innuunt̄ p oppoſitā. Jer. iiij. Vbi dicitur iurabūt: viuit dn̄s in veritate ꝛ iudicio ꝛ iuſticia: ꝛ ſunt illa tria falſitas defectus deliberationis et iniuſticia. ¶ Sextū eſt iurare per creaturas. ¶ Septimum eſt iurare pro nihilo. Exo. xx. Non aſſumes nomē dei tui in vanum: nō enim habebit in ſontē dn̄s eū q̄ aſſumpſerit nomen dei ſui fruſtra: illo vero. Mat: Ego dico vobis non iurare oīno ſic intelligendū eſt ego dico vobis vt non iuretis oīno .i. paſſim neq̄ etiā p celū ꝛc. nec ſequitur ex hoc: ergo nunq̄ iuretis ſicut opponendo oſtendebatur: ꝛ hoc innuitur per cām que ſubditur: neq̄ p celū q2 thron⁹ dei eſt: hoc enim q̄ celū eſt thronus dei: non eſt cauſa q̄ per celum nō ſit iurandum: ſed eſt cauſa q̄ per celum non eſt paſſim iurandū ac ſi periurādo per illud: deus non offendatur cū celum thronus dei ſit: ꝛ in celo deus contēnatur. Ad idem videtur pertinere illud. Math. xxiij. Ve vobis qui dicitis quicunq̄ per tēplū dei iurauerit nihil eſt ꝛc. ꝛ ſubditur: q̄ iurat in templo iurat in eo qui habitat i tēplo: ꝛ qui iurat in celo iurat throno dei: ꝛ in eo qui ſedet ſuper eū ſicut nō valet hoc

argumentū. Iſte qui vult ſe radi ⁊ ſupflui
tatē capilloꝝ precidi nō vult vt capilli ſibi
omnino abſcindantur: ipſe ergo nihil vult
de capillis ſuis preſcidi. Ita non neqꝫ hoc
argumentū: dico vobis nō iurare oīno er
go vt nunq̄ iuretis: ad illud vero. Iaco. v.
Ante omnia ⁊c. Quadruplex pōt eſſe re-
ſpōſio. ¶ Primo vt prohibeatur ibi iura
mentū q̄ aliquis facit q̄ cito incipit loqui:
illud enim eſt ex libidine iurandi: pri⁹. n.
debet eſſe ſermo noſter: eſt eſt: non non: q̄
ſi nō credatur q̄ vtile eſt credi poteſt ſeq
iuramentū. ¶ Scdo poteſt itelligi eſſe di-
ctum illud: contra illos: que habēt in con
ſuetudine ante vnūquodqꝫ verbū prepone-
re iuramentū ſicut modo mos eſt gallico
rum. ¶ Tertio pōt dici q̄ iacobus loque
batur illis qui erant in tribulatione: ſicut
enim dicit Glo. Sup principiū canonis e
ius occiſo ſtephano facta eſt perſequutio
magna in eccleſia: que erat hieroſolymis
⁊ omnes diſperſi ſunt per regiones iudee
⁊ ſamarie: preter apoſtolos: his diſperſis
qui ꝓpter iuſticiā paſſi ſunt mittit epiſto-
lam: mouens ergo eos ad pacientiā ⁊ ad
quedā alia: ante omnia vult vt a iuramen
tis que ipacientiā ſolent ſequi caueāt ſicut
febricitanti ꝓhibetur ſpecialiter bibere: li-
cet alia multa magis ſint nociua: quia ad
illud magis eſt pronus: ſic qui tribulantur
magis proni ſunt ad iuramenta: ⁊ illa iu
ramenta frequenter ſunt del blaſphemie:
⁊ quādoqꝫ tantū illaqueāt homines q̄ in
magna ſeruitute eſt homo vt ipoſſibile ſi-
bi videatur quādoqꝫ ſeruare quecūqꝫ iura
uit: vnde ſequitur: vt nō ſub iudicio deci-
datis. ſ. a libertate veſtra per obligationē.
¶ Quarto pōt intelligi q̄ affectatio ſiue
voluntas iuramenti ꝓhibeatur: vnde nō
dicit nō iuretis: ſed nolite iurare: nec ſeq̄
ex hoc q̄ iurare ſit mortale ſicut ex illo ver
bo domini. Mat. xxiij. Patrē nolite voca
re vobis ſuper terrā: nō ſequitur q̄ morta
liter peccet qui aliquē patrē vocet ſup ter
ram: voluntariū ergo iuramentū ꝓhibet
ibi. Sed duplex eſt voluntariū quoddam
q̄ eſt pure voluntariū: ⁊ quoddā q̄ habet
aliud cogens exterius: licet nō ſufficiens:
⁊ ꝓmū hoc ꝓhibetur ſecundū nō. ¶ Ad
verbū vero aug. dicendū eſt q̄ ſicut tran
ſire mare nunq̄ eſt ſecurū: ⁊ tamen qn̄qꝫ
eſt neceſſarium: ⁊ quādoqꝫ naufragio ali
quis illud trāſit: ſic iuratio nunq̄ eſt ſecu-
ra: ⁊ tamē quādoqꝫ eſt neceſſaria ⁊ qn̄qꝫ
ſine peccato iuratur.

¶ Decimaſexta pars de fidelitate. ca. xlv.

Sequitur de fide ꝓut fides idē eſt
q̄ fidelitas: ⁊ eſt fides virtus qua
ꝓmiſſa ꝯplentur. Unde Iſido. x.
libro ethimologiaꝝ. Fidelis dicitur quis
pro eo q̄ fit ab eo id qd̄ dicit: vel ꝓmittit
bonū: ⁊ ſicut veritas ſeruat hoiem ne ali-
quādo fallat in verbis: ſic fides ſeruat ho-
minem ne aliquis fallat in factis: fides tn̄
quādoqꝫ large ſumitur: ⁊ ſic ad eam perti
net ſeruare hoiem ne fallat aliū verbo vel
facto: ⁊ ſic ſumit. Aug. fidē in libro de do-
ctrina xp̄iana: dicēs. Nemo mentiens i eo
q̄ mentitur ſeruat fidē: homo fidelis cōfi
dentē de ſe fallit: fides ꝓut eſt virtus theo
logica ē virt⁹ qua eterna bona credimus.
¶ Fides vero ꝓut hic de ea loquimur eſt
virt⁹ cui bona nr̄a in preſenti credimur.
Ad hanc virtutē monemur. Apoc. ij. Eſto
inquit fidelis vſqꝫ ad mortem: ⁊ dabo tibi
coronā vite. ¶ Hec virt⁹ multū cōmenda
bilis eſt. Prouer. xxviij. Uir fidelis multū
laudabitur: de hac cōmendatur abraam.
Eccle. xliij. Abraā ingt in tēptatione inuen
tus eſt fidelis. Item moyſes. Numeri. xij.
Moyſes ingt de⁹ in oī domo mea fideliſ-
ſimus eſt. Et Dauid. i. Reg. xxij. Quis in
oib⁹ ſeruis tuis ſicut Dauid fidelis? ¶ Fi
dei virtus ē valde rara ⁊ valde cara. Pro
uer. xix. Uiꝝ fidelē qs iueniet? i. Cori. iiij.
Iam q̄ritur inter diſpenſatores vt fidelis
quis inueniat: q̄ritur inq̄ ⁊ vix inuenitur.
¶ In primitiua eccleſia iter. xij. apl̄os in-
uent⁹ eſt vnus infidelis: ⁊ alij fideles fue-
runt: hodie vero. xi. iueniunt infideles qn̄
vnus inuenitur fidelis: huic virtuti cōmittit
de⁹ bonoꝝ ſuoꝝ diſpēſationē. Mat. xxiiij.
Quis putas eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens
quē ꝯſtituit dn̄s ſup familiā ſuā: vt det il-
lis cibū in tēpore. ¶ Itē huic virtuti dat
deus augmentū gratie. Luc. xix. Euge ſer
ue bone: q2 i modico fuiſti fidelis: eris po-
teſtatē habēs ſupra decē ciuitates. ¶ Itē
huic virtuti deus dat gloriā ſuā. Mat. xxv.
Quia ſupra pauca fuiſti fidelis: ſupra mul
ta te conſtituam intra in gaudium domi-
ni tui. Et notandum q̄ fides commenda-
bilis ſpecialiter eſt in amico. Eccle. ſexto:
Amico fideli nulla eſt comparatio. In eo-

dem. Amicus fidelis medicamentū vite. ¶ Itē valde cōmēdabilis ē in ſeruo. Eccleſi. xxxiij. Si ē ſeruus fidelis ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem ſic contrecta eum ſpecialiter commendabilis eſt in nūcio. Prouer. xiij. Legatus fidelis ſanitas e contrario legatus infidelis peſtilētia eſt terre ad quam mittitur Malo enim exemplo multos corrumpit. Prouerbi. xxv. Sicut frigus niuis in die meſſis ita legatus fidelis ei qui miſit eum: frigus niuis in die meſſis refrigerat: ꝛ legatus ſi fidelis ſit ei a quo mittitur quaſi quoddam refrigeriū eſt a cura enim ꝛ ſollicitudine i parte eum liberat: e contrario vero dicitur de infideli nuncio. Prouerbi. xxv. Dens putridus ꝛ pes laſſus qui ſperat ſuper infideli in die anguſtie: dens putridus ori grauem dolorem ingerit: vnde vulgariter dicitur: ꝙ nō eſt dolor ſicut dolor dentis. Infidelis ergo nūcius eſt ei qui in eo ſperat: vt dens putridus: qꝛ ei occaſio magni doloris eſt: etiā ē vt pes laſſus: ſicut eniꝫ multum affligitur qui deſiderat peruenire ad aliquem locum ꝛ pꝛe laſſitudine non po-
B teſt: ſic affligitur ille qui expectat nunciuꝫ infideleꝫ qui moram nimiam facit. ¶ Et notandum ꝙ aliquis fidem debet alij in .iiij. ¶ Primo in hoc vteuꝫ verbo nō fallat. Auguſtinus in libro de doctrina xp̄iana. Omnis q mētitur inique facit. ¶ Secundo vt archanum eius non denudet. Prouer. ūdecimo. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana: qui aūt fidelis eſt celat amici cōmiſſū. Eccle. xxvij. Qui denudat archana amici fidē ꝑdit ¶ Tertio in hoc ꝙ in aduerſis eū nō deſerat Eccle. xxij: Fidē poſſide cū amico in pauptate illius vt ꝛ in bonis illiꝰ leteris: i tpe tribulationis illius permane illi fidelis. ¶ Quarto in h: vt i adminiſtratione bonoruꝫ ſibi cōmiſſoruꝫ fideliter ſe habeant. ¶ Fidelitas vero quātuꝫ ad bona cōmiſſa in gnc̄ꝫ attenditur. ¶ Primū eſt vt ipſe bona ſibi commiſſa nō diſſipet. ¶ Secunduꝫ vt ſtudioſe multiplicet. ¶ Tertiuꝫ vt eū qui tradidit pte lucri q̄ ad eū ptinet nō defraudet ¶ Quartū ē vt bona ſibi cōmiſſa pdicioſe ſua ñ faciat. ¶ Quintū ē vt inimico eiꝰ q ſibi ea cōmiſit illa ñ tradat. De pꝛio legitur. Lu. xvi. hic diffamatꝰ ē apud ipſū eo ꝙ diſſipaſſet bōa illius. ꝛ Iſa. 1 ā. Tu terrā tuam perdidiſti. Tripliciter aūt fit hec diſſipatio. ¶ Primo quādo aliquis vitā ſuā quam debuit expendere ad honorē dei ꝛ vtilitatem anime ſue expendit dei contumeliam: ꝛ damnationem anime ſue: conſumēdo ea i ſeruitio diaboli. Prouer. quīto. Non des alienis honorem tuum et annos tuos crudeli. Idem intelige de hijs qui res ſuas in ſeruitio diaboli expendūt ſeruos diaboli inſtantiſſime imitantes: filijs do dei duriſſimos ſe exhibētes. ¶ Secundo quando aliquis deſiſtit ab opere incepto: āte conſūmationem. Prouer. 18. Qui mollis eſt ꝛ diſſolutus in opere ſuo: frater eſt ſua opera diſſipantis: mollis eſt qui cedit duris: diſſolutus eſt qui nullo amore ad opus bonum ligatus eſt: ꝛ talis reputatur diſſipator operum. ¶ Tertio quando aliquis quod edificat verbo deſtruit exemplo. Eccleſia. xxxiiij. Unus edificans: ꝛ vnus deſtruens quid prodeſt illis niſi labor? ¶ Circa ſecundum notandum ꝙ circa multiplicationem: triplex poteſt eſſe infidelitas. ¶ Prima ē cum pecunia domini abſconditur: vnde Math. vigeſimoquinto. Reprehenditur ſeruus malus ꝛ piger qui pecuniam domini abſconderat. ¶ Secunda eſt: cum pecunia domini in mercibus que minoris lucri ſunt ponitur: hec infidelitas eſt in illis qui legem domini per quaꝫ animas lucrari poſſent contempnunt: ꝛ phyſicam vel leges per quas lucrantur temporalia addiſcunt: nūquid infidelis eſſet nuncius alicuius mercatoris qui domino ſuo emere poſſit ſcarlatam eodem ꝑcio: quo emit biſellum ſi eam non emeret. ¶ Tertia in fidelitas eſt in eis qui merces domini vēdunt vbi minus vendibiles ſunt: ſicut accedit in eis q pariſius docent vbi doctrina eorū vix auditur: ꝛ alibi nolunt docere vbi doctrina eorum cara haberetur. ¶ Circa tertiū notandum ꝙ lucrum bonorum operum in tres partes diuiditur. ¶ Prima pars eſt gloria que ad deū pertinet iuxta illud apoſtoli: ſoli deo honor ꝛ gloria. ¶ Secunda pars eſt exempluꝫ bonum ꝙ pertinet ad proximum: vnde. Math. quinto. Sic luceant opera veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bōa ꝛc̄. ¶ Tertia pars eſt vtilitas mercedis que pertinet ad eum qui opera bona facit: deum ergo

defraudat parte ſua lucri qui gloriam ſuā querit de bonis operibus que agit. Ber. fidelis reuera famulus es ſi de multa gloria domini tui: ⁊ ſi non exeūte a te tamen trāſeunte parte nil manibus tuis adherere cōtingat. ¶ Circa quartum vero. Notādū: ꝙ illi qui bona ſibi ſunt cōmiſſa ꝑditione ſua faciūt cū infideliter ſe habeāt ī paucis ipſi nō cōſtituentur ſuper multa: vn̄. Lu. xvi. Si in alienis fideles nō fuiſtis ꝙ vr̄ ꝫ eſt quis dabit vobis: alienū vocat trāſitoriū veſtrum: ⁊ ibidē q fidelis eſt in minimo ⁊ in maiori fidelis ē: ⁊ qui in modico iniquus ē in maiori iniqu⁹ eſt. ¶ Circa. v Notandū ꝙ vel caſtrū noſtre bone fidei cōmiſſū eſt corp⁹ noſtrū ⁊ anima noſtra vulgariter dicitur ꝙ bonū caſtrū cuſtodit qui corpus ſuū cuſtodit: ſed melius caſtꝛ cuſtodit qui animā ſuā cuſtodit hoc caſtꝛ corpis ſibi querit diabol⁹ reddi cū peccatū carnis ſuggerit: caſtrū vero anime ſibi reddi querit qñ peccat ſpūalia ſuggerit quando vero ſuggeſtioni ei⁹ ꝯſentim⁹ caſtꝛ nobis a deo cōmiſſum hoſti eius tanꝗ proditores tradimus ⁊ valde infideles ſumus ꝑcipue ſi nō premittamus nunciū ad dn̄ꝫ noſtrū ꝓ ſuccurſu cū ipe poſſit nobis ſubuenire ⁊ etiā velit. Non enim vult ex here dari. i. Cor. x. Fidelis deus eſt q nō patietur vos tēptari ſupra id ꝙ poteſtis: nuntius: q ad deum mittendus eſt in temptatione. ē oratio: vnde ſuper. Illud ps. intret in conſpectu tuo oratio mea dicit. Glo. Magna virtus orationis oſtēditur que quaſi qdā perſona ad deū intrat ⁊ illuc mandatum peragit quo caro peruenire nequit. Inexcuſabilis eſt qui prius caſtrū ſuū reddit quam pro ſuccurſu miſerit vel qui non expectat ſuccurſum pro quo miſit:

¶ Explicit tractatus de iuſticia.

# Rimo in tracta

tu de. iiij. Uirtutibus cardinalibus ponēda eſt diuiſio quā ponit macrobius hijs verbis. Qui eſtimant nullis niſi phyloſophātibus ineſſe virtutes virtutū officia ſic diſpenſat. Prudentie: dicūt eſſe mūdum iſtū ⁊ oīa que in mūdo ſunt diuinorū contēplatione deſpicere omnēq animi cogitationē ī ſola diuina dirigere. Tēperātie oīa relinquere in quātū natura patit̄ que corpis vſus requirit. Fortitudo nō terreri animā a corpore quodam modo ductu phyloſophie recedentē nec altitudine perfecte ad ſuperna aſcēſionis horrere. Iuſticie ad vnā ſibi propoſiti huius cōſenſure viā vnius cuiuſq virtutis obſequiū atq ita fuit vt ſcdm̄ hoc tm̄ rigide diſſentit ad raptū rerum publicarū: rectores beati eſſe nō poſſint. Sed protinus gradus virtutū ſic digerit. Quattuor inqt ſunt quaternarū genera virtutū ex hijs. ¶ Prime politice vocant̄. ¶ Secūde purgatorie. ¶ Tertie animi iā purgati. ¶ Quarte exēplares ¶ Et ſunt politice hominis qꝛ ſociale animal eſt: hijs boni viri rei publice cōſulunt vrbes tuentur: hijs parētes venerātur liberos amāt: primos diligūt: hijs ciuiū ſalutē gubernāt: hijs ſocios circūſpecta prouidētia protegūt iuſta libertatē deuincunt hijſq ſuis memores alios fecere merēdo. ¶ Et eſt politici prudētia ad rationis normā que cogitat queciīq agit vniuerſa dirigere: ac nihil preter rectū velle vel facere humaniſq actibus tāq diuinis arbitrijs puidere. Prudētie inſunt. Ratio: itellect⁹ circūſpectio: prouidentia: docilitas: cautio ¶ Fortitudinis animi ſupra periculū metum agere nihilq niſi turpia timere. tollerare fortiter vel aduerſa vel proſpera. Fortitudo parat magnanimitatem: fiduciā: ſecuritatem: magnificentiam: conſtantiā: tollerantiam. firmitatē. ¶ Tēperantie eſt nihil appetere penitendū: in nullo modi rationis legem excedere ſub iugo rationis cupiditatem donare temperantiā ſequuntur: modeſtia verecūndia: abſtinentia: caſtitas: honeſtas: moderatio: pcitas: ſobrietas: pudicitia ¶ Iuſtitie: ſeruare vnicuiq ꝙ ſuum eſt: de iuſtitia veniunt. Innocētia amicitia: concordia: pietas: religio: affect⁹ humanitas. ¶ Secūde quas purgatorias vocant hominis ſunt qui diuini capax eſt ſolumq animum eius expediūt qui decernit ſe a corpis contagione purgare: ⁊ quadam humanorum fuga ſolum ſe inſerere diuinis: hec ſunt ocioſorum: qꝛ rerum publicarum actibus ſe ſequeſtrāt harū quid ſingule velint ſuperius expreſſimus cum de virtutibus phyloſophantiū diceremus ¶ Tertie ſunt purgati iam defecatiq animi ab omni mundi huius aſpergine detterſi. Illic prudentie eſt diuina nō quaſi i ele B

ctione preferre ſed ſola noſſe: hoc tanq̃ ni hil aliud ſit intueri temperantie terrenas cupiditates non reprimere ſed penitus obliuiſci: fortitudinis paſſiones ignorare nõ vincere: vt neſciat iraſci cupiat nihil: iuſtitie ita cum ſuperna & diuina mente ſociari: vt ſeruet perpetuum cum ea fedus imitando. ¶ Quarte exemplares que in ipſa diuina mente conſiſtunt a quarum exemplo relique omnes per ordinem defluunt nam ſi rerũ aliarũ ydee i mente diuina exiſtũt multo magis virtutũ ydeas eſſe in mente diuina credendum eſt. Illic eſt prudẽtia. Mens ipſa diuina: temperãtia que in ſe perpetua intentione conuerſa eſt: fortitudo: quia ſemp idẽ nec aliquãdo mutatur: iuſtitia quia perhẽni lege a ſempiterna operis ſui continuatiõe nõ flectit. ¶ Explicit tertia pars in tractatu virtutũ: que ẽ de quattuor virtutibus cardinalibus: bñdictus ieſus chriſtus deus virtutũ qui incepit & compleuit.

¶ Incipit tractatus de donis.

Dicto de virtutib^9 theologicis: & cardinalibus. Dicẽdũ ẽ de donis que chriſtus in ſe habuit. Iſa. xi. Regeſcet ſuper eũ ſpũs dñi ſpũs ſapiẽtie. &c. Que etiã fidelibus dedit Eph. iiij. Aſcẽdẽs chriſtus in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus: de donis vero hoc modo agetur. ¶ Primo oſtendetur quare dona vocẽtur. ¶ Secũdo tãgẽtur aliqua pertinẽtia ad cõmẽdationẽ donorum & ad manifeſtandum numerũ eorũ. ¶ Tertio agetur per ordinem de ſingulis.

¶ Quare vocantur dona prima pars. i.

A Circa primum. Notandum quod deus volens oſtendere ſanctitatem hoibus chriſti mediatoris dei & hominum in quo ſperare debebãt: iuxta illud. Eccle. xxiiij. In me omnis ſpes vite & virtutis voluit oſtendere eũ conceptũ de ſpiritu ſancto eſſe. Mat. i. Inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. In eodem quod in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Item voluit oſtendere ſpiritum ſanctũ in eo cõtinue manſurum vnde Iſa. loquẽs de flore de quo mũdus ſperare debebat fructũ ſalutis ait. Requieſcet ſuper eum ſpũs dñi Ibi dicit. Glo. in euangelio nazareorũ quod hebrayce ſcriptũ eſt ita habetur: factum eſt cũ aſcendiſſet deus de aqua deſcẽdit fons omnis ſpiritus & regeuit ſup eũ & dixit ei: expectabam te fili omnibus prophetis vt venires & regeſcerem in te: tu es eni reges mea tu es filius meus pmogenitus qui regnas in ſempiternũ. & Io. i. Vidi inquit. Io. bap. ſpiritum ſanctum deſcendentem quaſi columbam de celo & manentẽ ſuper eũ & ego neſciebã ſed qui miſit me baptizare in aqua ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentẽ & manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpũ ſancto. Glo. Spetialiter dicitur ſpiritus manere in xpo a quo nunq̃ per pctm̃ receſſit. Io. ſpũs ſanctus in ſanctos venit & ppter peccata recedit: ſcdm aliquẽ effectũ deſcenſus ſpũs ſuper xpm in ſpecie colũbe idẽ oñdit quod oſtendit vox de celo veniens. Mat. & Luc. iij. Hic eſt filius meus dilectus &c. Spũs enim ſonat idẽ quod caritas: ſicut dicit Glo. ſuper illud. Apo. i. A. viij. ſpiritib^9 qui in cõſpectu throni eius ſunt. Similis vox audita eſt in trãſfiguratione. Math. xvij. Vbi vero. Iſa. oſtendit ſpiritũ ſanctum in xpo mãſurũ enumerantur nobiles effectus qui a ſpiritu ſãcto fuerũt in xpo. Cũ dicit regeſcet ſuper eum ſpũs ſapiẽtie & intellectus: &c. Illi vero effectus rectiſſime dona vocantur vel ſeptiformis gratia ſpũs ſancti: cũ eni gratia ſpũs. ſ. bonitas ſit liberaliſſime ſe ſua cõmunicans ipe eſt primum donum quod ſe gratiſſime cõmunicat. Aug. Magna miſericordia dei donum dat eq̃le ſibi nam ſpũs. ſ. donum eſt de hoc dono legitur. Act. ij. Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine ieſu chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum & accipietis donum ſpũs. ſ. In ipſo etiã dãtur liberaliſſime cetera dona ideo effectus ſancti ſpũs rectiſſime dona vocãtur nomine enim doni gratitudo vel liberalitas inſinuatur: donũ eni iuxta verbum ſapientis eſt datio in reddibilis: que. ſ. fit ſine ſpe retributionis. Sen. ſij. li. de beneficijs non eſt beneficium quod in queſtum mittitur. Item in eodem. Si deum imitaris: da gratis beneficia. Item rectiſſime vocatur ſeptiformis grã. Gratia enim dicitur eo quod gratis detur. Preterea vbi enumerantur illi. vij. effectus ſpiritus. ſ. qui in xpo fuerunt. Agitur de filio dei veniente ad ſponſam ſuam: ſponſus re

fo ad ſponſam veniẽs dona conſueuit af ferre. Ideo congrue illi .vij. effectus dona vocantur.

¶ Secunda pars in qua commendantur dona: ⁊ numerus eorum manifeſtatur.

c Irca ſcđm. Notandum eſt q̄ iſta ſeptem dona ſunt quaſi .vij. Stelle in dextera xp̄i. Apo. i. ⁊ iij. Stel

A le dici poſſunt quia noctem preſentis vite illuminant: preſens vita nox dicitur: ⁊ propter aduerſitates quibus plena eſt ⁊ propter tenebroſitatem culpe ⁊ ignorantie que in ea habũdant. In dextera vero xp̄i ſunt he ſtelle quia chriſtus donationem horum donorum ad manum ſuam retinuit. Item hec dona ſunt .vij. lucerne de quibus. Exo. xxvi. Facies lucernas .vij. Et pones eas ſuper candelabrum. Glo. Lucerne .vij. ſunt .vij. dona ſancti ſpiritus que in xp̄o cuncta ſemper permanſerũt: ⁊ fidelibus ſcđꝫ voluntateꝫ eius diſtributa ſunt hec ſuper cãdelabrum ponuntur quia requieuit ſuper xpm ſpiritus ſapientie: ⁊c. Item hec dona ſunt .vij. Lampades de quibus. Apo. iiij. vij. Lãpades ardentes ante thronum dei que ſunt .vij. dona ſancti ſpiritus. Item dona ſpiritus ſancti que accedũt: ⁊ illuminant palatia omnibus q̄ ſunt ſedes dei. Item hec dona ſunt .vij. oculi. Apo. iiij. Et oculos .vij. Qui ſunt .vij. ſpiritus dei. Zaç. iij. Super lapidem vnuꝫ .vij. oculi ſunt ⁊ ponit. Glo. de xp̄o qui eſt lapis angularis cõiungens duos parietes i vnum: ſuper quem lapidem .vij. oculi de quibus. Iſa. xi. Quieſcet ſuper eum ſpiritus dei: ⁊c. Iteꝫ hec dona ſunt .vij. crines qui caput eccle. xp̄m .ſ. ornauerũt quibus etiam caput ſponſe xp̄i .ſ. cor debet eẽ ornatum. Hos crines demones conãtur abradere: his crinibus ablatis homo debilior

B manet vt ſanſon. Iudi. xv. Iſta .vij. dona ſunt cõtra .vij. mala que enumerat. Greg. Super illud. Iob. i. Uentus vehemens irruit a regione deſerti ⁊c. Hijs verbis ſpiritus qui mentem ante omnia: prudẽtia: temperãtia: fortitudine iuſticia format eadem contra ſingula tẽptamenta .vij. Uirtutibus inſtituit. Contra hebetudinem intellectum. Cõtra p̄cipitationẽ cõſiliũ. Contra timorem fortitudinem. Cõtra ignorantia ſciẽtiã. Cõtra duriciam pietatẽ cõtra ſuperbiaꝫ timorem ¶ Tria iſtorum malorũ ad affectum videntur pertinere Unũ eſt reſpectu dei .ſ. ſuperbia que eſt inordinata excellentia animi. Aliud reſpectu proximi ſ. duricies. Tertiũ reſpectu inimici .ſ. timor vel puſillanimitas cõtra ſuperbiam eſt donum timoris. Gre. ſuper Eze. per timoreꝫ humiles ſumus pietas eſt cõtra duritiam. Gre: ſup eze: per pietatẽ ſumus miſericordes fortitudo eſt cõtra puſillanimitatem iiij. Mala videntur pertinere ad intellectũ. ſ. ſtultitia ſiue inſipientia: que eſt quãdo intellectus ſapore terrenorũ impeditur anguſtando ſapore terrenorum. ¶ Scđm eſt hebetudo que eſt groſſicies intellect⁹: qua impeditur ne penetret interna miniſtrorũ ⁊ ne agnoſcat creatorẽ i creaturis. ¶ Tertium malũ eſt ignorantia que eſt defectus diſcretionis quantum ad ea que cõmuniter ſunt agenda. ¶ Quartuꝫ eſt precipitatio quantũ ad deliberationeꝫ eorum que ſunt ardua ⁊ que pertinẽt ad cõſecutionẽ ſalutis: cõtra hec .iiij. mala vltima ſunt donum ſapientie: ⁊ donũ intellectus: donuꝫ ſcientie: ⁊ donũ cõſilij: donum ſapientie lumen eſt quo agnoſcũtur ſuperiora ſciẽtia lumen eſt quo agnoſcũtur inferiora. Intellectus lumen eſt quo agnoſcũtur interiora Unde a legendo intus dicitur intellectus: donũ conſilij eſt lumen quo agnoſcuntur pericuioſa ¶ Aſſignantur ⁊ alter .vij. mala preſentis vite contra que ſunt hec .vij. dona. ¶ Primum malum eſt puerilitas. Iſa. lxv. Puer .c. annoruꝫ morietur. i. Cor. xiiij. Nolite pueri effici ſenſibus. Sap. xij. Infantium inſenſatorum more viuentes. Sene. plerumq; eſt cum non puericia: ſed quod grauius eſt puerilitas remanet: contra hoc malum eſt maturitas ſapientie. Grego. ſuper. Eze. per ſapientiam maturi ſumus: ad maturitatem ſapientie pertinet puerilia deſpicere: ⁊ digna viris intellectu cape: ⁊ affectu deſiderare puerilia intelligas lac ſuauitatis temporalis: ⁊ bona temporalia que ſunt vt pira: ⁊ poma comparatione eternarum diuitiaruꝫ digna viris intelligas gaudia eterna. ¶ Secundũ malum eſt brutalitas: contra exteriora ſola in rebus ſenſibilibus capimus: illis ſoluꝫ herentes: ⁊ quaſi foris ſtantes: interiora vero horum cognitione non attingimus cõtra hoc malum eſt donum intellectus penetrans interiora. Grego. ſuper. Eze. Intel-

lectus tollit hebetudinem. Tertiũ ma lum eſt periculoſitas contra quod eſt do nũ conſilij. Prouer.xxiiij. Erit ſalus vbi multa conſilia. Quartum malum ē cer taminum ſpiritualium continuitas: cõtra quod eſt donum fortitudinis: mũdus iſte campus eſt certaminis. Ber. In mundo iſto quaſi i ſtadio certaminis poſiti ſum⁹. Job.vij. Militia eſt vita hominis ſup ter ram. Quintũ malũ eſt error circa bona ꝛ mala: ꝛ ſm qualitatē ꝛ ſm quantitatē: ſecundũ qualitatē cũ creduntur bona que ſunt mala. Iſa.v. Ue qui dicitis bonũ ma lũ: ſecundũ quãtitatē qñ credunt magna bona que ſunt parua: ꝛ ecõtrario. Contra hoc malũ eſt donũ ſcientie. ſcientia reſpi cit bonũ ꝛ malũ. vnde nominatur lignum ſciẽtie boni ꝛ mali. Gen.ij. Propter hunc errorē dicitur. Sap.xiiij. In magno viuē tes in ſcientie bello tot ꝛ tanta mala pacē appellant. Sextũ malũ eſt vite execra bilitas qua .ſ. vita nr̃a deo non eſt honori fica. immo eſt cõtumelioſa cõtra qḋ ē do nũ pietatis ꝑut pietas veneratio ſancto rũ .i. dei. deide coꝝ que ei ſanctificata ſũt. Septimũ malũ ē ſtulta ſecuritas qua ni hil eſt periculoſius homini tot malis ob ſeſſo. Prouer.xviij. Qui cõfidit in corde ſuo ſtultus eſt. ¶ Et notandũ ꝙ minimũ hoꝝ donoꝝ preualet omni auro qḋ in mũ do eſt: minimũ videt eſſe donum timoris de quo tamen legitur. Eccleſia.xxiij. Ni hil melius q̃ timor dei. De pietate vero le gitur. i. Thy.iiij. Pietas ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vite: que nũc eſt ꝛ future. Fortitudo vero reddit hominē inſuperabilem. Prouer.xxx. Leo fortiſſi mus beſtiarum ad nullius pauebit occur ſum: qui habet donum fortitudinis dicit illud omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Phy.iiij. Sapientia in terra manens ad menſam celeſtē ſedet: timor vendicat ſi bi infernum vbi gula exurit. Sapientia paradiſum que iam eterna preguſtat. For titudo vero: ꝛ pietas vendicant ſibi preſen tia pietas aliena mala cõpaciendo ſibi bo na efficit. Fortitudo vero propria mala pa cienter ea tolerando ſibi in bonum cõuer tit. Item fortitudo ad bona ardua homi nem potentem reddit. Intellectus ſapien tiam dirigit. conſilium fortitudinem. ſciē tia pietatem. timor vero a fide dirigitur: que cum in chriſto non fuerit inter dona non numerantur. Non enim enumerant inter dona omnes gratie ſancti ſpiritus: ſed gratie excellentes que in xp̃o fuerunt. Notandum ꝙ tres illaꝝ gratiaꝝ indubi tanter pertinent ad intellectum. ſcilicet do num ſcientie conſilij: ꝛ intellectus: tres in dubitanter ad affectũ .ſ. donũ timoris pie tatis ꝛ fortitudinis: donum vero ſapiẽtie ſecundũ quoſdam pertinet ad intellectũ. ſecundũ quoſdam ad affectum. ſecundũ veritatem vero videtur ad vtrũqꝫ aliquo modo pertinere. Unde poſſumus dicere ꝙ quattuor dona pertinent ad intellectum quattuor. Aliquo modo pertinent ad affe ctum. ¶ Quadruplex ergo enĩ cognitio ſalubris precellentia habens: põt eſſe i in tellectu. due pertinẽt ad id quo ſum⁹ .ſ. ad deum: deus in preſenti tripliciter cognoſci tur. ¶ Primo fide que eſt cognitio inicia lis ad omnes pertinens ꝛ innititur aucto ritati. Secundo cognoſcitur intellect⁹ qui innititur rationi. Augu. in lib. de vtili tate credendi ꝙ credim⁹ debem⁹ auctori tati: ꝙ intelligimus rationi. Tertio co gnoſcitur deus experientia guſtando. ſci licet eius ſuauitatem. ſecunda ꝛ tertia co gnitio de deo precellentiã habent reſpectu prime: ꝛ ideo gratie excellentes ſunt que pertinent ad eas: ꝛ enumerantur inter do na. Tertia ſalubris cognitio precellen tiam habens pertinet ad id qḋ a nobis eſt ꝙ arduum eſt vel periculoſũ: que precel lentiam habet reſpectu illius cognitionis que eſt circa alia agenda. que non ſunt ar dua vel periculoſa. gratia ꝑtinens ad hãc cognitionem dicitur donum conſilij.

¶ Quarta cognitio ē circa res ipſas que propter nos ſunt ſpecialiter quantum ad bonitatem ꝛ maliciam earũ: ꝛ habet pre cellentiam reſpectu aliarum cognitionũ que ſunt de rebus quantum ad alias rerũ diſpoſitiones: ꝛ gratia ad hanc cognitio nem pertinens dicitur donum ſcientie.

¶ Item quadruplex ordinata affectio po teſt eē in affectu. due reſpectu mali: ꝛ due reſpectu boni: malum fugiendum eſt ꝛ fu gandum: fuga mali remoti .ſ. mali futuri. Illa virtuoſior eſt: precellẽtiã habẽs reſpe ctu fuge mali propinqui. Malũ enĩ pro pinquũ facile eſt fugere .ſ. malũ preſens. Itē fuga mali ꝙ ducit ad malũ futurum

ſeſiꝫ mali culpe precellentiā hꝫ: cuꝫ malū culpe bonū videatur eo ꝙ ſit delectabile gratia: ergo ptinens ad fugā mali futuri: ⁊ eius ꝙ dicit ad illud excellens gratia eſt ⁊ vocatur donū timoris. Item fugare miſeriā a pximo p ꝯpaſſionē mala eius ſibi aſſumendo: ⁊ bona ſua ei cōicando: gratie excellētis eſt: fugare miſeriam a ſeipſo nō eſt multū virtuoſū: ⁊ gratia illa precellens donū pietatis dicitur: reſpectu vero boni ſunt due affectiōes excellētes: vna reſpectu boni ſūmi ꝙ eſt finis. i. eſuries ſeu ſitis ſuauitatis diuine amor illius ſuauitatis oium eſt: oēs enim beatitudinē appetunt: ſꝫ eſuries illa paucoꝝ eſt: reſpectu vero boni ꝙ eſt ad finē ꝙ eſt arduū: eſt affectio fortitudinis que excellit reſpectu affectionis que eſt ad bona que non ſunt ardua: vnde gratia pertinēs ad illā affectionē donū dicitur fortitudinis. Itē notandū ꝙ īter iſtas. vij. gratias put in xpo fuerūt: tres ſunt pertinentes ad diuina. ⁊ q̄ttuor ad humana ad diuina donū intellectus quo cognoſcitur dei veritas: ⁊ donū ſapiētie quo guſtatur eius ſuauitas: ⁊ donū timoris quo honoratur dei ſublimitas. timor enim reuerētie in xpo fuit: reuerētiſſime ſe habuit ad deū homo ille nō equās ſe illi ſcḋm humanitateꝫ: ſed ei ſubiectiſſimus exiſtēs. ad humanam vero ptinent alia. iiij. dona humana enim diuiduntur in ea q̄ agēda ſunt ꝯmuniter ab hoibus: ⁊ ſunt in precepto: ⁊ ea q̄ ptinent ad perfectionē ſalutis: ad ea q̄ ſūt agenda cōmuniter ab hoibus pertinet donū pietatis cui lumē miniſtrat donū ſcientie: pietas enim quaſi negociatrix eſt ⁊ cōmunicatrix. Ideo neceſſariuꝫ ei eſt lumen ſcientie quo agnoſcat ea: in quibus negociatur: circa ea q̄ pertinēt ad pfectionē ſalutis eſt donū fortitudinis: cui lumen miniſtrat donū cōſilij: hoiem ſeruans a precipitatione in talibus vbi ipſa valde pericu ſa eſt. Item notandū ꝙ dono timoris ſapientia inchoatur. Prouer. i. Timor dn̄i princ ipiū ſapie dono ſapie cōſumatur: donis ꝟo medijs pficiendo ad cōſumationē ſapie appropinq̄tur. Item notanduꝫ: ꝙ duo dona pertinent ad cōtemplationeꝫ. ſ. donum intellectus ⁊ donum ſapientie: dono itellect⁹ ꝯtemplamur: deū in creaturis dono ſapientie in ſe. Alia. v. dona ptinent ad actiuā: timore declinat malū. Prouer. xv. Per timorem dn̄i declinat ois a malo dono pietatis: ⁊ dono fortitudinis: ad lumen ſcientie ⁊ conſilij ſunt bona.

¶ Tertia pars. cap. ij.

Conſequenter agendum eſt de ſingulis donis per ordinem. Et primo de his que pertinēt ad actiuā. Actiua enim eſt prior tempore q̄ contemplatiua: oportet eniꝫ ꝙ homo exerceat primo ſe in actiua q̄ aſcendat ad cōtemplatiuam. Lya prior fuit natu q̄ rachel. Gen̄. xxviij. Et priuſ fuit tradenda nuptui: vnde legitur. In eodē ꝙ labeā dixit iacob conquerēti de hoc ꝙ lya ei ſuppoſita eſſet pro rachel: non eſt in loco noſtro cōſuetudis vt minorē ante tradam⁹ ad nuptias. Inter dona vero pertinentia ad actiuam prius dicetur de dono timoris a quo nobis inchoandum eſt ſi volum⁹ proficere. Auguſtinus in ſermone quodā de timore domini. Iſa. Bona enumeras a ſapiētia peruenit ad timorē tāq̄ de ſublimi deſcendēs ad nos: vt doceret aſcēdere: illuc ergo puenit: vnde debemus incipere pficiendo.

¶ Tertia pars. cap. iij.

De timore vero hoc modo agetur. Primo ponentur eius deſcriptiones. Scḋo commendationes. Tertio tangetur de ſpeciebus timoris. Quarto de his que valere poſſunt ad incutiendū nobis timorem. Circa primū notādū: ꝙ timor eſt ſpūalis fuga mali ne perdat homo ꝙ amat ⁊ eſt ſumpta deſcriptio hec de glo. Aug. ſuper Io. x. Ubi loquitur de mercenario. fuga timoris non ē fuga ignauie: ſed fuga ſapientie. Iob. xxviij. Ecce timor dei ipſe eſt ſapientia fuga timoris: fuga eſt caute declinationis. Prouer. xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a malo: ſtultus tranſilit ⁊ cōfidit: talis eſt fuga parthorum que non eſt ignauia: ſed bellādi peritia fugiendo vincunt parthy. Ideo fugentes ab hijs quibus nota eſt eorū peritia timentur: ſic timor domini dn̄ timet timetur ſcḋm illud phy. Qui timet deum omnia timēt eum: qui vero non timet deum timet omnia. Unde caym perpetrato homicidio fratris caput tremuluꝫ habuit ⁊ ait. Omnis qui inenerit me: occidet me. Gene. iiij. Non eſt turpis fuga iacula cauere: vel protegendo vel abſcondendo ſe vel ſimulata fuga hoſtes ab vrbe lōge abſtra

here ſicut legitur feciſſe populus dei. Joſ. vij. Jtez dicit Aug. xiiij. lib. de trinitate q timor eſt amor fugiens q ei aduerſatur. Jdem timor eſt affectio futuri mali ſecundũ damaſcenũ: timor eſt expectatio mali. Dicit enim expectatũ malũ: timorẽ conſtituit preſens vero triſticiam.

¶ Cõmendatio timoris. ij. cap. iiij.

Ad cõmendationez timoris diuini primo valere poſſunt admonitiões quas ſacra ſcriptura facit ad timendum deũ. Leuit. xxv. Time dñm deũ tuuz Deut. vi. Dñm deum tuuz timebis. Joſ. x. Timete dñm et ſeruite ei corde perfecto. Jn ps. Seruite dño in timore. Jtez timete dñm omnes ſancti eius. Eccleſiaſti. ij. Fili accedens ad ſeruitutem dei. ſta in iuſticia et timore eius. Eiuſdez. vij. Jn tota anima tua time deum. Mat. x. Timete eum q poteſt et corpus et aiam mittere in gehennaz ignis. Scdo promiſſiones quas ſcriptura ſacra facit timentibus deuz. Thob. iiij. Multa bona habebimus ſi timuerimus deũ et receſſerimus a peccato et fecerimus bonum. Eccle. i. Timenti deum bene erit in extremis et in diebus defunctionis ſue bñdicetur. Jn eodẽ timenti dñz bene erit: et in diebus cõſolationis ſue benedicetur. Tertio q ſcriptura ſacra a deo beatificat timẽtes deũ. Prouer. xxviij. Beatus hõ q ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt dure corruet in malum. Eccle. xxv. Beatus cui donatum eſt habere timorez domini. Eiuſdem. xxiij. Timenti deuz beata ẽ anima eius. Jn ps. Beatus qui vir timet dñm. Quarto excellẽtia q̃ in ſcriptura ſacra oſtẽditur habere timor reſpectu ceterarũ gratiarũ. Eccl. xxv. Timor dñi ſe ſuper omnia ſuper poſuit. Eiuſdẽ. xxiij. Nihil melius q̃ timor dñi. Ber. ſuper Cant. Jn veritate nihil didici quo efficax eſſe ad gratiã pmerendã et retinẽdã. recuperandã quã omni tẽpore corã deo inueniaris nõ altuz ſapere ſed timere. Quinto q timor dei valde placet deo ſicut patet his verbis ſcripture: que ſequuntur: que oſtendunt: q̃ beneficus ſit deus his qui timent eum. Jn ps. Oculi dñi ſuper timentes eum oculi in quã miſericordie. Firmamentũ eſt dñs timentibus eum. Dediſti hereditatẽ timentibus nomen tuũ dñe. Quomõ miſeretur pater filiorum miſertus eſt dñs timentibus ſe. Uolũtatem timentiũ ſe faciet. Eccl. xxxiij. Timenti deum nõ occurrent mala: ſed in temptatione deus illum cõſeruabit et liberabit eũ a malo. Act. x. Jn omni gente qui timet deum et operatur iuſticiã acceptus eſt illi. Sexto cõmendabilis eſt timor domini a multiplici eius effectu. Notanduz q q timor domini malum culpe q in homine inuenit expellit. i. peccatũ. Eccle. i. Timor domini expellit peccatuz. nam qui ſine timore eſt nõ poterit iuſtificari. Gre. i omel. Praua mẽs ſi nõ eſt prius per timorẽ nõ vetitur: ab aſſuetis vitijs non emendatur Joſue. x. Timuimus valde et prouidimus animabus noſtris. Eccle. ij. Qui timẽt deũ preparabunt corda ſua in conſpectu illius ſanctificabit aias ſuas. Aug. Timor medicamẽtũ eſt: caritas ſanitas. Michee. vi. Salus erit timentibus nomẽ ſuũ. Jſa. xxvi. A timore tuo dñe concepimus: et q̃ſi parturiuimus ſpm̃ ſalutis. Mal. iiij. Orietur vobis timentibus nomẽ meũ ſol iuſticie. Jtem timor a malo culpe futuro cuſtodit. Jero. i epiſtolis. Timor virtutũ cuſtos eſt: ſecuritas ad lapſuz facilis. Exo. vigeſimo. Ut probaret nos venit deus: et vt terror illius eſſet in vobis: et non peccaretis. timor dei odit malum. Prouerb. viij. Jdeo non permittit illud in domum cordis intrare. timor inferni quaſi expauentaculuz ponit in corde hominis: et ad detrahendum vitia et demones ipſe eſt ianitor cordis: vitia ab ingreſſu eius claua terribili deterrens claua illa infinite eſt magnitudinis cuz ſit pena eterna. Jpſe gladium ex vtraq3 parte acutum. gladium inq̃ diuine ſententie. ad deterrendos fures ſpirituales itentat: ipſe latrones in terra corporis mei habitantes crucifigit. Jn ps. Confige timore tuo carnes meas. timor vigil eſt et tempore pacis: et tempore belli vigilans ipſam pacez et ſecuritatem ſuſpectam habens: ipſe virtutes excitat ne ad ſimilitudinem ferri inquiete conſumantur rubigine: et ne ſecuri ſubito ab hoſtibus occidantur. Cuz enim virtutes dixerint. pax et ſecuritas repentinus eis ſupeueniet interitus. i. The. v. Timor comprimit virtutes ne euaneſcant Eccl. xxvij. Si nõ in timore dñi inſtanter tenueris te: cito ſubuertetur domus tua. Jtem timor a bonis tranſitorijs que ſolẽt eſſe occaſio peccati expedit. Sicut timor

naufragij i naue fac̃ exonerari. Job.xxxi.
Semper enim quaſi tumentes ſup me flu
ctus timui deū.ꝛ pondus eius ferre non
potui. Greg. Cū fluct' tumẽtes ſupueniũt
nulla tunc cura rex temporaliũ nauigan/
tibus nulla carnis delectatio ad mentem
reducitur: ea quoqꝫ ex naui proijciunt pro
quibus longa nauigia ſumpſerunt. Jtem
ad mala pñtis pene hoiēz intrepidū red
dit. Eccle.xxxiij. Qui timet deū nihil tre-
pidabit. Jtem cor hois cõgregat: ꝛ reſtrin
git. Eccle.xxi. Qui timet deū conuertetur
ad cor ſuū. Jtem timor bonoꝝ abūdãtiã
introducit. Eccle.xxxv. Qui timet deū fa
ciet bona. Eccle.vij. Qui timet deū nihil
negligit. Cor vbi ẽ timor dñi: ẽ ſicut ager
plen⁹ cui bñdixit dñs. Geñ.xxvij. Eſt etiã
ſicut paradiſus ꝓpter amenitatẽ ꝛ fertili-
tatẽ. Eccle.xl. Timor dñi ſicut paradiſus
bñdictionis. ꝛ ſup oẽm gloriã operuerunt
eum ſupple benedictiones. Jn ps. Nõ eſt
inopia timentibus eū. Eccle.xl. Jn timore
dñi nõ eſt minoratio. Eiuſdẽ.xix. Timor
dñi ad vitã ꝛ in plenitudine cõmorabitur
abſqꝫ viſitatione peſſimi. Timori cuſtodit
deus bona ſua ad ſeruandū. Jſa.xxxiij. Ti
mor dñi ipſe theſaurus eſt ei⁹. Timor dñi
plenitudinẽ virtutū operat̃. Timorem ſe-
quitur ſpes. Prouer.xxiij. Jn timore do
mini eſto quotidie: ꝛ habebis ſpem in no
uiſſimo: timentibus deum facte ſunt pro-
miſſiones. Jn ps. Quã magna multitudo
dulcedinis tue deus q̃ abſcondiſti timenti
bus te. Jtem timor domini introducit ca-
ritatẽ ſicut cera lumen iuxta verbū. Aug.
Eccleſiaſtici vigeſimoquinto. Timor dñi
initium dilectionis eius. Jtem principiū
eſt ſapientie. Prouer.i. Eccleſiaſt.i. Ber.
ſuper Cãt. Jnſtructio doctos facit: affecta
tio ſapientes: aliud ẽ multas diuitias ſcire:
aliud poſſidere: nec noticia diuitẽ facit. ſed
poſſeſſio: nec cognitio ſapientẽ. ſed timor
facit qui afficit tu ne ſapientẽ dixeris quẽ
ſua ſcientia inflat. Jdem Ber. Jnitium ſa
pientie timor domini: quia tunc primo de
us anime ſapit cum eam afficit ad timen
dum non cum inſtruit ad ſciendū timens
dei iuſticiam: times dei potentiã ꝛ ſapien
tiam. tibi deus iuſtus ꝛ potens: qꝛ timor ẽ
ſapor: porro ſapor facit ſapientẽ: ſicut ſciẽ-
tia ſcientem: timori ſapiunt mala: put de-
bent ſapere. ꝛ hoc eſt prima ſpecies ſapo-
rationis actionis ſpiritualis. Eccleſiaſt.i.
Radix. Sapientie timere deum. Jn eodẽ
plenitudo ſapientie timere deum. Jtē in
eodem. Corona ſapientie timor domini.
Corona facit adornatum capitis ꝛ timor
dei eſt ornamentū ſapientū: ſapientib⁹ etiã
cauſa eſt corone eterne vite. Jtē. Prouer.
xvi. Timor domini diſciplina ſapientie.
Dominis lutanti abſqꝫ timore dei indiſci-
plinati ſunt: ſed timor dei hoiem grauem:
ꝛ maturū reddit. Grego. anchora mentis
pondus timoris. Eccleſia.xxij. Finis mo-
deſtie. timor domini. i. conſumatio mode
ſtie. Timor domini hominem fortem effi
cit. Prouer.xiiij. Jn timore domini fidu-
cia fortitudinis. Nec fiducia debilitatẽ ho
minis in dei fortitudinem mutat. Jſa.xl.
Qui ſperat in deo mutabunt fortitudinẽ.
Grego. Jn via domini timor operat̃ forti
tudinẽ. Jn via ſeculi debilitatẽ ſignum
fortitudinis eſt ꝙ timor dei vincula cupi-
ditatū diſrumpit. Jtem cū ardoribus ha
bitat ſempiternis. Jſa.xxxiij. Quis pote-
terit habitare vobiſcum igne deuorante:
quis habitabit ex vobis cū ardoribus ſem
piternis timor facit ipleri illud. Jſa.xxxv.
Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus ſcḋm illud
poete pedibus timor addit alas. timor trã
ſilire facit montes ꝛ colles: altitudinem
terrarum. Timor fortiſſimos reddit peni
tentes ad portanda onera penitentie. Ti-
mor carcerem inferni mortem ꝛ tormen-
ta que hoſtis minatur in gladium ꝛ ignē
contra eū conuertit: hec ſunt eius refugiū
hijs ſe tuetur contra tela inimici. Jn igne
illo ardorẽ cõcupiſcentiarū extinguit. De
iferno quaſi de turri fortiſſima tela hoſtiū
deſpicit. timor ad infernū confugiens ab
illo maxime fugit. Jtem timor hominem
obedientem reddit. Eccleſia.ij. Qui timet
dominum inquirent que beneplacita ſũt
ei. Jn eodem. Qui timent dñm cuſtodiẽt
mandata illius. Gene.xxij. Dictū eſt abra-
he obedienti nunc cognoui ꝙ timeas do-
minum. Grego. Jn prima parte moraliū
deum timere eſt nulla que facienda ſunt
preterire: quomodo timor plenitudinem
virtutum operetur oſtendit. Ber. ad fra-
tres de monte dei loquens de ingrediente
religionem timor dei incipit operari om-
nium virtutū plenitudinem dum per in
ſtitiã defert maior per prudentiã non cre-

dit ſe ſibi per temperantiam refugit diſcernere per fortitudinē totū ſe obedientie ſubdit nō diſcernendū: ſed adimplēdū. Itē timor dei eſt fons vite indeficiēs vt decliet arma mortis. Eiuſdē. decimo. Timor dei appōet dies. Prouer. vigeſimo. Timor dei ad vitā ſupple ſeruandā. Itē timor dei hominē glorificat. Humiliat eni hominem humilez vero ſpiritu ſuſcipit gloria. Prouer. vigeſimonono. Eccleſiaſtici. primo. Timor dei gloria & gloriatio. Eiuſdez decimo. Semē hominū honorabitur: hoc qꝫ timet deū. Eiuſdē. vigeſimoquito. Gloria ſenū timor dei. Judith. viii. Qui timēt te dñe apōte magni erūt ꝑ oia. Prouer. vlti. Mulier timēs deū ipa laudabitur. Eccle. xxv. Quā magnus eſt qui inuenit ſapientiā & ſcientiā & nō eſt ſuꝑ timentē deū: Itē timor dei deum a vana delectatione hominē cohibet. verā delectationē dei meretur. Eccle. primo. Timor dei leticia & corona exultationis. In eodē. Timor dei delectabit cor: & dabit leticiā: & gaudiū in longitudine dierū. Timor dei eſt ſicut vētus aquilo diſſipans pluuias. Prouer. vigeſimoquinto. Ipē nubes carnaliū cogitationū & affectionū fugat: & mentē ſerenat riuos concupiſcentiarū reſtringit & reptilia vitiorū de terra corporis humani exterminat. Mare mundi congelando conſolidat: vt ſuper illud ambulare qs poſſit ſicut fecit petr⁹. Math. vigeſimoquarto. Vbi timor eſt frigus & ardores deſideriorū carnaliū & ſeculariū tēperans timor mediuz fornacis babilonice facit: quaſi ventū roris flantem. Daniel. tertio. Timor dei a deo hominez meliorat vt vnus timens deum mille alijs preferendus videatur. Eccleſiaſtici decimoqnto. Melior eſt vnus timens deū ꝙ mille filij impij. Bona etiam tranſitoria multum meliorare videtur. Modicuz eni cum timore dei preferendū eſſe videmur. multis diuitijs ſiū timore. Prouer. xv. Melius eſt parū cū timore dñi ꝙ theſauri magni & inſatiabiles: & vt breuiter dicamus: finis ſalubris doctrine: dr̄ eſſe timor. dñi. Eccle. viii. Finem loquēdi pariter oēs audiam⁹ time deū &c. De timore dicit. Iſa. xi qꝫ xp̄m repleuerit cū de alijs donis tantū modo dicat qꝫ in xp̄o requieſceret: timor dei replere dꝫ viros ſanctos. B. Loqns de ſpū timoris: nimiruz ipē eſt q totū ſibi dꝫ hoīez medicare. Idē nō eſt quō admittas ſupbiaz repletus timore dñi. Viri ſancti timēt ſemper & vbicūqꝫ. Eccle. xviij. Nō ſapiens in omnib⁹ metuit. Prouer. xxviij. Btūs homo q ſemꝑ ē pauidus. Quid ſēꝑ ſit timēd⁹: oñdit. B. ſuper cant. dicens cū adeſt gratia time ne nō digne operis ex ea: āplius time ſubtracta gratia: q: reliqte cuſtodia tua: ſi redierit gratia multo āplius: plus timēdū ne forte ꝯtigat pati recidiuū recidere enim qꝫ icideꝛ deterius eſt iuxta illud. Jo. v. Ecce iā ſanus factus es noli amplius peccare: ne deteri⁹ tibi aliud con. ¶ Alie tres cāe timoris pn̄t aſſignari Quaꝝ pma tāgit in. ps. Delicta qs intelligit: delictū dicitur peccatū omiſſiōis a delinquēdo multi vero ſunt: q lꝫ nō ꝯmittāt peccatū mortale neſciūt: tū vtrū omittēdo mortaliter peccant. ¶ Alia cauſa timoris pōt eē: q: multa videtur hoi bona que de⁹ intelligit eſſe mala. Grego. Plerūqꝫ in cōſpectu ſordet interni iudicis qꝫ intentione fulget operantis. i. Cor. iiij. Nihil mihi cōſcius ſuz ſꝫ nō i hoc iuſtificatus ſuz ¶ Tertia cauſa eſt q: neſcit hō qualis futur⁹ ſit finaliter lꝫ in preſenti ſit bonus. Eccle. vi. Sic iuſti atqꝫ ſapiētes: & opa eorū in māu dei: & tū neſcit hō vtrū odio an amore dignus ſit: finaliter intellige: poteſt eni aliqs in momēto cadere: & non adiciet vt reſurgat. ¶ Vbiqꝫ timēdū ē q: de quolibet ſta tu aliquid damnātur. Oſee. xiij: Cōſolatio abſcōdita ē ab oculis meis q: ipē inter fratres diuidet: & loquitur de inferno. Mat. xxiiij. Duo in lecto vnus aſſumetur & alter relinquetur: lectū intelligas quietē cōtemplationis. Timēdum eſt homini ex omni parte: hō. n. eſt ſicut caſtrū vndiqꝫ portas habēs per quas capi pōt: porte iſte ſenſus ſunt eſt etiā hō ſicut caſtꝝ obſeſſuz vndiqꝫ ab hoſtibus. Sapiē. xiiij. Creature dei in odium facte: ſunt: & in temptatione anime hominum & in muſcipulam pedibus inſipientium. Viri ſancti nō ſolū timēt i malis ſed etiam in bonis. Job. ix. Verebar oia opa mea. Greg. Piaꝝ mētium eſt ibi culpam agnoſcere vbi culpa nō eſt. Idem ſi placere deo veraciter cupimus poſtꝙ per verſa ſubegimus ipa etiam in nobis bene geſta timeamus. Gre. in. ij. parte moraliū Juſti omne qꝫ agūt metuūt dū caute cōſiderāt ante quantū iudicem ſtabunt.

¶ De ſpeciebus.iij.capitu. v

Equitur de ſpeciebus timoris.

8 ¶ Notãduȝ q̄ ſup illud Prouer.i. Timor' domini principium ſapientie diſtinguit. Glo.Bed. duas ſpecies timoris his verbis Duo ſunt timoris dn̄i ſeruil' ꝛ amicabil'.ſuil.q p̄ncipiũ ſapiẽtie: eſt: ꝛ amicabil'.q perfectionem ſapientie comitatꝰ: ſeruilis principium ſapientie eſt qꝛ qui poſt errata ſapere incipit. Primo timor diuio corripit :ne puniatꝛ:ſȝ hũc p̄fecta caritas foras emittit:ſuccedit huic timor dn̄i ſãtus p̄manẽs in ſeculum ſeculi quẽ ñ caritas excludit:ſȝ auget quo timet filius ne vel in modico oculos amantiſſimi patris offẽdat. Ber in ſermoibꝰ Diſtinguit tres ſpecies timoris his verbis. Primus timorẽ ne cruciemur igehenna. Secundus ne excluſi a viſione dei priuemur tam ineſtimabili gloria. Tertiꝰ replet animam omni ſolicitudine timendã ne forte deſeratꝛ a gratia. ¶ Sed nec Bed.nec Ber Ponunt ſpecies timoris niſi domini. Unde poſſunt diſtingui.vij.ſpecies timoris vt enumerẽtꝛ omnes ſpecies timoris:ſiue ſit timor boꝰ : ſiue malꝰ:vel neq̃ bonus neq̃ malus. ¶ Prima ſpecies timoris eſt:timor naturalis quo quilibet timet naturaliter nociuũ nature:hoc timor nec eſt meritorius nec demeritorius:quia nõ ſubeſt libero arbitrio hoc timore timuit Chriſtus naturaliter mortem. Mat.14. Cepit ieſus pauere. ¶ Secunda ſpecies ẽ timor humanus:cuũ.ſ. aliquis timet ampliꝰ debito corpori ſuo qui timor prohibetur. Mat.10. Nolite timere eos q occidũt corpus: ꝛ procedit ex nimio amore preſentis vite: ꝛ ſicut amor preſentis vite eſt quandoq̃ veniale peccatũ vt quando eſt citra deum quandoq̃ vero eſt mortale vt quãdo non eſt citra deum vel ſupra Jta. timor humanꝰ: quandoq̃ eſt veniale peccatum.et quando oritur ex amore veniali quãdoq̃ mortali :ut cum oritur ex amore mortali:de quo amore. Johan.xii. Qui. amat animaȝ ſuã perdet: eam ex timore humão negauit Petrus chriſtuȝ Matei. xxvi. Mat.xiiij. Luce.xxij. ¶ Tertia ſpẽs eſt timor mũdanus .quando aliquis nimis timet rebꝰ ſuis. Jſte timor fuitꝛ iudeis.qui occiderũt xp̄m. Joh.xij. Si dimittimus eum ſic omnes credent in eum.ꝛ veniet romani ꝛ tollent noſtrum locum:ꝛ genteȝ. Jſte timor multus habet cruciatꝰ Augu. Diuicie plus cruciant adepte ãmiſſionis timore:q̄ concupite adeptionis ardore. ¶ Quarta ſpẽs ẽ timor ſeruilis tior ſeruil' ẽ vtaſt. Augu. Cũ p̄pter timorẽ gehenne continet ſe homo a peccato:ꝛ iſte timor non eſt cum caritate. Unde. Augu. Loquens de hoc timore. Jnnanitꝛ inquit putat: victorem ſe eſſe peccati qui timore non peccat:quia ſiñ impletur foris negociũ male cupiditatis Jp̄a tñ mala cupiditas itus ẽ hoſtis idẽ Jpſa voluntate reus eſt qui vult facere q̄ nõ licet fieri:ſed ideo non facit quia non poteſt impune fieri:nã quãtũ in ipſo eſt mallet nõ eſſe iuſticiã p̄hibenteȝ atque punientem ꝛ vtiq̃ ſi mallet nõ eſſe iuſticiaȝ quis dubitauerit q̄ eã ſi poſſet auferret a per hoc quomõ iuſtꝰ eſt iuſticie talis inimicꝰ vt ſi poteſtas detur precipientem auferat ne cominantem vel iudicantem ferat. Jnimicus ergo iuſticie eſt qui pene timore non peccat. Amicus aũt erit ſi eius amore nõ peccat. Jteȝ ſuper illud.ps. Cõfige timore tuo carnes meas. Dicit glo. Timor legis ſeruilis pedagogus in me p̄ceſſit' q ad caſum duxit ſed non crucifigit carnem quia viuit peccandi voluntas. ꝛ ſequeretur opus ſi ſperaretur in punitas:ꝛ ſecundum hanc glo Non ſolum vocatur timor ſeruil' quando aliquis dimittit peccare:timore pene futu re:ſed etiam quis dimittit peccare timore pene temporalis:vt faciebant multi in ueteri lege:ꝛ vt fit hodie in multis religionibus. Ro.viij. Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis.iterum in timore. Timor ſeruilis eſt quaſi ueſtis de ſancto cũ qua nullus ingreditur regnum celorum non licebat indutum ſaco in gredi aulam aſueri Heſter. iiij. ¶ Quinta ſpecies eſt timor inicialis qui eſt a perfecta caritate. De quo.i. Joh iiij.perfectã caritas foras emittit timorem quoniam timor penam.habet.glo. Timorem illum de quo dicitur. inicium ſapientie timor dei. quo timet quiſq̃ incipiens opera iuſticie ne veniat diſtrictus iudex ꝛ ſe minꝰ caſtigatũ dãnet.q hȝ hũc timorẽ timȝ pũiri ꝛ timet a deo ſepari q̄ iã amat ſȝ timor ſep̄atiõis: principalior eſt. ¶ Sexta ſpecies eſt timor filialis.que eſt cum p̄fecta caritate qui ſcd̄m aliquem viuȝ ſuus

mãebit in p̃ſia de quo. Jn pſ. Timor dñi
ſanctus permanet in ſeculum ſeculi qui hȝ
timorem filialem cauet offenſam patris ce
leſtis ſicut bonus filius: etiam ſi ſciret ex il
la offenſa nihil mali ſibi accedere: cuȝ iſto
timore ſecuritas eſt cum adſit perfecta ca
ritas. i. Jo. iiij. Jn hoc perfecta eſt caritas
dei nobiſcum vt fiduciaȝ habeamus i die
iudicij: quia ſicut ille eſt ⁊ nos ſumꝰ i hoc
mũdo glo. Per hoc habemus fiduciã: q꞉
imitamur pfectionẽ dilectionis eius i mũ
do amãdo ſcilicet inimicos vbi eſt pfecta
caritas deeſt remorſio cõſcientie ⁊ timor
eterne pene. i. Jo. iiij. Qui timet non eſt
perfectus in caritate. Glo ſup illõ caritas
foras emittit timorẽ. Perfecta caritas: per
fectã iuſticiã facit: nec habet vñ timeat: ſȝ
deſiderat. Dicuntur ſancti maxime timere
gehennam quia cauent ea que ad gehẽnã
ducunt. Gregorius ſup Job. ſemp mens
plus illuminata plus timet. Jeron. Pru-
denter timetur quicquid accedere poteſt.
Uſus timoris filialis in patria dicitur eſſe
quedã reſilicio a dei altitudine in pprĩaȝ
paruitatẽ poterit tamen videri alicui: q ti
mor filialis in patria ſit voluntas cauendi
dei offenſã vel quedã fuga ſpiritualis diui
ne altitudis qua. ſ. electi refugiũt ſe equa-
re deo volentes eſſe ei ſubiectiſſimi. ¶ Et
notãdũ q cũ timor ſit fuga mali malũ ve
ro diuidatur i malũ pene ⁊ malũ culpe. ti
mor filialis fugit malum culpe. ſ. dei offẽ
ſaȝ timor vero naturalis: naturaliter fugit
malum pene: fuga vero mali pene volũta
ria pertinet ad alias. iiij. ſpecies timoris.
malum pene diuiditur in penaȝ ſenſus ⁊
penam damni vtraqȝ diuiditur in tẽpora
lem penam ⁊ eternã. Fuga pene ſenſus tẽ
poralis pertinet ad timorem humanũ fu-
ga vero pene ſenſus eterne ad timorem
ſeruileȝ Fuga damni temporalis ad timo
rem mundanuȝ. Fuga damni eterni ad ti
morem inicialem. Jtem notãdũ q timor
ſic deſcribi poteſt. Timor eſt ſpiritualis fu
ga rei p̃potẽtis: vel excellẽtis: ⁊ intelligas
rẽ prepotentẽ: que potẽs eſt ſcdm ſuſpitio
nẽ vel opinionẽ timẽtis. Res vero illa: vel
ẽ bona: vel ẽ mala. Si bona fuga illiꝰ pti
net ad timorem reuerentie. Si vero malũ
eſt aut fuga illius mali eſt bona aut mala.
Si mala eſt pertinet vel ad timorẽ huma
num vel mundanum. Ad timoreȝ huma
num. Si illud malum pertinet ad ipſaȝ p
ſonam. Ad mundanum vero ſi malũ illiꝰ
ptinet ad damna rerũ. Si vero fuga illa
bona eſt: ⁊ ẽ ſine caritate pertinet ad timo
rem ſeruilẽ. Si vero eſt cum caritate ſed i
perfecta pertinet ad timorẽ inicialem. Si
vero cũ caritate perfecta pertinet ad timo
rem filialem. Et notandum q cum aliqđ
periculuȝ homini imminet ipſe timere de
bet eum qui omnia habet in poteſtate ſua
Gre. Quicquid eſt q exterius ſeuit p hoc
ille timendꝰ eſt qui hec interius diſpoſuit
pſ. Timeat eñ omnis terra. Augu. Si cre
ature ſeuiant deũ time nõ illas q꞉ omnia
ſub ipo ſunt. Glo. Cupiditatem nocendi
per te habes poteſtatem aũt nocendi ſi il-
le non dat nõ habes. Jõ deus homo ſtãs
ante hominẽ ait. Non haberes in me po
teſtatem niſi eſſet datum tibi deſuper nec
etiam ipe diabolus vel vnam ouiculaȝ po
tuit tollere viro ſancto. Job. Niſi prius di-
ceret mitte manum tuam. Job. ij. Hoc eſt
da poteſtatem. i. Mach. ij. A verbis viri
peccatoris ne timueris. q꞉ gloria eius ſter
cus ⁊ vermis eſt hodie extollitur: ⁊ cras
non inuenietur. Jſa. viij. Timoreȝ eius ſci
licet populi coniurantis cõtra me non ti-
meatis: neqȝ paueatis dñm exercituũ ipſũ
ſanctificate: ipe pauor veſter ⁊ ipe timor
veſter. Jtẽ. Jſa. li. Quis es tu vt timeas ab
omni mortali ⁊ a filio hominis q quaſi fe
nũ areſcet. Prouer. xxx. Qui timet homi
nẽ cito corruet q ſperat in deo ſubleuabit.

Sexta ſpecies timoris ſcȝ. Damaſcenũ

¶ Jtem notandum q Johãnes damaſce
nus diſtiguit vi. ſpẽs timoris vnamquãqȝ
deſcribens his verbis. Diuiditur timor in
ſex ſpecies in ſegniciẽ. Erubeſcentiam. Ue
recũdiam. Admirationẽ. Stuporeȝ. Ago
niam. Segnicies eſt timor future operatio
nis. Erubeſcentia timor eſt in expectatiõe
conuicij. Uerecũdia timor eſt in turpi fcõ
Admiratio ẽ timor ex magna ymaginati
one. Stupor eſt timor per caſuȝ: ſcilicet p
infortunium. De erubeſcẽtia dicit. Job. da
maſcenus. Quod eſt optia paſſio pħs de
ninius quoddã erubuit ſaluã reſẽ. Sene. B
in epiſtolis. Uerecũdia bonũ in adoleſcẽ
te ſignũ eſt. Tullius in li. de officijs. Sine
verecũdia nihil rectuȝ eſſe poteſt: nihil ho
neſtum. Ber. ſup cant. Neſcio ſi quicqȝ gra
cius verecundia in moribus hominuȝ de

3 ca ·4·

pꝛehendi queat. Uerecundia omnium eſt
oꝛnatus etatuꝫ: ſed in tenera etate ampli⁹
pulcriuſqꝫ enitescit. qd amabili⁹ verecūdo
adoleſcente? Quā pulchꝛa h̄ ⁊ q̄ ſplendi
da gemma moꝛum in vultu adoleſcentis
q̄ vera ⁊ minime dubia. bone nūcia ſpei
bone indol' indr̄: quid ita turpiloquij: ⁊
ois deinceps turpitudinis fugitiuū: ſoroꝛ
eſt cōtinētie. Nullū eſt eque manifeſtius ſi
gnū colūbine ſimplicitatis: ⁊ iō teſtis inno
cētie: lāpas eſt pudicitie mentis iugiter lu
cēs: vt nil in ea tēpoꝛe: vel idecoꝝ reſidere
attemtet ꝙ nō illico ꝓdeat. Idē verecūdia
ſpecialis gloꝛia eſt cōſciētie. Fame cuſtos:
Uite dec⁹. Uirtutis ſedes. Uirtutū pmicie
Nature laus. In ſigne totius honeſti. De
erubeſcētia bona vel mala regre i tractatu
de ſuperbia vbi agitur de oꝛnatu mulieꝝ.

ca·4·

De his que incutiūt timoꝛes. c. iiij. vi.

A  Equit de his que poſſunt homini
s incutere timoꝛē. Notandū ergo ꝙ
duodecim ſunt que ad hec valere
pn̄t. ¶ Pꝛimū eſt cōſideratio lachꝛimaꝝ
xp̄i. Veriſimile eſt ſtatū illū valde pericu
loſuꝫ eē pro quo deus fleuit. De lachꝛimis
xp̄i hētur. Luc. xx. Uidēs ieſus ciuitatem
fleuit sup illā Johā. xi. Et lachꝛimatus ie
ſus. Et. v. ad Heb. Cuꝫ clamoꝛe valido: ⁊
lachꝛimis p̄ces offerēs exauditus eſt pro
ſua reuerētia. Ber. Cōpatitur dei filius: ⁊
ploꝛat homo patitur ⁊ ridebit. ¶ Secun
dū eſt cōſideratio paſſionis xp̄i. Ber. Ex
B  cōſideratiōe remedij periculi mei eſtimo
quantitatē filius enim dei occidi iubet vt
vulneribus meis p̄cioſo ſanguinis illius
balſamo medeatur agnoſce hō q̄ grauia
ſint illa vulnera pro qbus neceſſe eſt xp̄m
deū vulnerari. Sic medicine extimatio ⁊
doloꝛis: ⁊ timoꝛis eſt aggregatio. Ter
tiū eſt conſideratio culpabilitatis noſtre ſi
tātū timet aliqs vt ſcit ſe reū eſſe vnus cri
minis in cura alicuius terreni pꝛincipis
I  quātū timere pt. q tot ⁊ tantoꝝ criminuꝫ
ſcit ſe reū eē apud diſtrictiſſimū iudicem.
Exemplum  Legitur de quodam rege nobiliſſimo qui
fuit in grecia q memoꝛ maloꝝ ſuoꝝ ⁊ diui
ni iudicij ſemp triſtis erat: etiā cū ſolenni
tates cū pꝛincipibus ſuis celebꝛabat: q in
terrogatus ſup hoc a quodam fratre ſuo
voluit ei cām ſue triſticie oſtēdere. ⁊ miſit
buccinatoꝛes ſuos ante poꝛtā eius ꝙ ſecū
dū ꝯſuetudinē illius regni certiſſimū erat
ſignū moꝛtis: ⁊ cū frater regis ad regē eēt
adductus: ⁊ nō modicū timeret: ⁊ valde
triſtis eſſet reqſiuit rex quare non gaude
ret. Cui cū frater reſpondiſſet quomō in
ſtatu tali gaudere poſſꝫ. Iudicauit ei cām
triſticie ſue. Si eni ille tātū timebat q ſcie
bat regē eſſe fratrē ſuū ⁊ qui in nullo ſcie
bat ſe eſſe culpabileꝫ apud eū: q: aliqua ſi
gna offenſe regie audierat merito timere
poterat: q in tot ⁊ tātis ſciebat culpabilē ſe
eſſe apud deū maieſtatis. Jeronimus in
epiſtolis. Si tāta cura ptimeſcitur iudiciū
pulueris qua: intentione cogitādū eſt: qua
foꝛmidine ꝓuidēdū iudiciū maieſtatis.

Quartū eſt cōſideratio hūane infirmi
tatis ⁊ impatiētie adeo eni ſunt homines
impaciētes ꝙ muſca vna ſi eos multū diu
infeſtauerit facit eos iraſci quādoqꝫ vſqꝫ
ad dei blaſfemiā ⁊ modica pena tēpoꝛalis
quādoqꝫ affligit hominē vſqꝫ ad tedium
vite vt pꝫ in. Elyā. iij. Re. xix. Qui petijt
anime ſue vt moꝛeretur. Quintū eſt mi
ſericoꝛdia quā deus exhibet hominibus i
preſenti ſcd̄m eni magnitudinē miſericoꝛ
die in p̄ſenti erit magnitudo iuſticie i fu
turo. Sicut eni deus eſt ſumme miſericoꝛs
ita eſt ſūme iuſt⁹: ⁊ ſicut opa miſericoꝛdie
ipſi⁹ i p̄ſenti reputaꝛ ſtulticia cōparatione
fcā ad miſericoꝛdiā hominū: ſic iuſticia ei⁹
in futuro: furoꝛ hominib⁹ appebit. Naū. i.
Ulciſcēs deus ⁊ habēs furoꝛē: furoꝛ vide
bitur quādo pctōꝛes pro quoꝝ ſalute mo
ri voluit in ignē ꝓijciet nec eos de cetero
ab igne eruet. Sicuti mulier furibūda iu
dicaretur ſi filiū ſuū in ignē ꝓhiberet ⁊
inde extrahi nō pmitteret. Sexto valere
poſſunt ad timoꝛē incuciēdū opa iuſticie
q̄ dicit deus feciſſe in mūdo iſto vt eſt vin
dicta quā ſumpſit de lucifero: ⁊ āgelis: q
ei adheſerūt quos ꝓpter peccatū ſupbie i
remediabiliter dānauit. Luc. decimo. Ui
debā ſathanā quaſi fulgur cadētē de celo.
ij. Pe. ſecūdo. Si deus āgelis peccātibus
non pepercit: ſed rudētibus inferni detra
ctos in tartarum tradidit ⁊c. Gloſa. Rudē
tes ſunt fūnes quibus naute vela ſuſpen
dunt vt flante aura poꝛtus tranquillita
tem relinquant: ſeqꝫ ambiguis fluctibus
credant: quibus rudentibus conuenienter
inmundoꝛum ſpirituum conamina com
parantur: qui moꝛ vt flante ſuperbia im
pulſi ſe aduerſus creatoꝛeꝫ erexerunt: ipſis

elatiõis ſue conatib⁹ in abyſſi ꝓfundũ ſũt rapti. Aliud opus iuſticie eſt pena mũdo inflicta pro pctõ ꝑmoꝝ parentũ. pro pctõ enim gule totus mũdus adiudicatus eſt morti tẽporali: ꝛ alijs miſerijs hui⁹ exilij. Aliud opus iuſticie fuit diluuiũ quo totus mũdus pro peccato carnis ſubmerſus eſt: exceptis. viij. aiabus. Geñ. vij. Job. xxvi. Et cũ vix paruã ſtillã ſermonis ei⁹ audierimus qs poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri: tonitrum itelligas terribilez aduentũ maieſtatis ei⁹: vel ſententia dãda in extremo iudicio. ſtillã ſermonis intelligas iuſticiã preſentẽ. ℭ Septimo facilitas pereũdi: ꝛ ſpũaliter ꝛ corporaliter que ẽ in mũdo iſto propter ꝙ in vmbra mortis dicimur eſſe. Iſa. ix. Habitãtib⁹ in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Luce. i. Uiſitauit nos oriens ex alto. Illuminare his q in tenebris ꝛ vmbra mortis ſedent. ℭ Octauo dei oipotẽtia. cui nemo põt reſiſtere: ꝛ quã nemo poteſt effugere in ꝑs. Quis nouit poteſtatem ire tue. Iſa. xlvij. Ultionẽ capiã ꝛ nõ reſiſtet mihi hõ. Luc. xij. Illũ timete qui poſtq̃ occiderit hz poteſtatẽ mittere in gehẽnaz. ꝑs. Si aſcendero in celũ tu illic es: ꝛ ſi deſcẽdero in iferinũ ades. Nono: dei ſapientia lucide vidẽs oia cui nihil põt abſcõdi. i. Reg. xvi. Deus intuet̃ cor. Boeti⁹. Magna nobis ſi diſſimulare volumus indicta eſt ꝓbitatis neceſſitas cũ agamus coraz oculis iudicis cuncta cernentis. Decimo: zelus diuine iuſticie. qui ex hoc apparet ꝙ de⁹ pater potius voluit vt eius vnigenitus penã quaz debebat humanũ genus ſolueret: quã ipſe eam remitteret. Ro. viij. Qui proprio filio ſuo nõ pepercit. Ber. ſup Canti. Qui non parcit filio nunqd parcet figmẽto: nunqd parcet ſeruo neq̃. Luc. xxiij. Si in viridi ligno hec fiunt: in arido quid fiet.

§ Que ſint attẽdẽda circa extremũ iudiciũ.

ℭ Undecimũ iudiciũ: circa ꝙ multa attẽdenda ſunt. que valere poſſunt ad icuſſionẽ timoris. Primũ eſt hoc ꝙ ſcriptura ſacra in tot locis cõminationes facit pertinentes ad hoc iudiciũ. Deut. xxxiij. Si arripuerit iudiciũ manus mea reddã vltionẽ hoſtibus meis: ꝛ his qui oderũt me retribuaz. Inebriabo ſagittas meas ſanguine ꝛ gladius me⁹ deuorabit carnes. i. carnaliter viuẽtes. Job. xix. Fugite a facie gladij. q2 vltor iniqtatis gladius. ꝛ ſcitote iudiciũ. In ꝑs. Cũ accepo tẽp⁹ ego iuſticiã iudicabo. Iſa. xiij. Ululate q2 ꝓpe eſt dies dñi. In eodẽ. Ecce dies dñi veniet crudelis: ꝛ indignationis plenus ꝛ ire furoriſq3. Eiuſdẽ. xlvi. Dies dei dies vltionis ſumat vindictã de inimicis ſuis. Eze. vij. Prope eſt dies occiſionis. Joelis. ij. Prope ẽ dies tenebraꝝ ꝛ caliginis. dies nubis ꝛ turbinis. In eodẽ. Magn⁹ dies dñi ꝛ terribilis valde: ꝛ qs ſuſtinebit eũ. Amos. v. Ue deſiderãtibus diẽ dñi. Sopho. i. Uox diei dei amara, tribulabit̃ ibi fortis. In eodez. Dies illa dies ire. dies tribulationis ꝛ anguſtie. Mal. iiij. Ecce dies dñi veniet ſuccenſa quaſi camin⁹: ꝛ erũt oẽs ſuperbi: et oẽs faciẽtes ipietatẽ ſtipula. In eodẽ. Ecce ego mittã vobis aliũ ꝓphetã anteq̃ veniat dies dñi magn⁹: ꝛ horribilis. Heb. x. Terribilis eſt expectatio iudicij: ꝛ ignis emulatio q̃ ↄſumptura ẽ aduerſarios. In eodẽ. Horrendũ ẽ icidere in manu dei viuẽtis. Scdm eſt ſollicitudo q̃ habebãt amici dei ãtiquit⁹. De hoc iudicio. Job. xxxi. Quid faciã cũ ſurrexerit ad iudicandũ de⁹: ꝛ cũ queſierit qd reſpõdebo ei. Eiuſdem. xiiij. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me ꝛ abſcõdas me donec ptranſeat furor tu⁹. Jero. Siue comedã ſiue bibã ſiue aliud faciã. ſemꝑ iſonare videt̃ auribus meis illa terribilis tuba. Surgite mortui venite ad iudiciũ. In ꝑs. Dñe ne in furore tuo arguas me. In vitas patrum dixit abbas Amon cuidã fratri iterrogãti aliquem ſermonẽ. Uade ꝛ fac talẽ cogitationez tuam qualẽ faciũt illi q ſunt in carcere. Illi eniz iterrogãt hoies vbi eſt iudex ꝛ quando veniet. ꝛ in ipſa expectatione penaꝝ ſuarum plorãt. Sic ꝛ monach⁹ dz aiam ſuam obiurgare dicens. Ue mihi quõ habeo ſtare ante tribunal xp̃i: ꝛ actuum meoꝝ reddere rationem. ſi ſic ſemper meditatus fueris poteris ſaluus eſſe. Tertio attendenda ſunt ſigna terribilia precedentia iudiciuz. quinq3 ſigna tanguntur. Luc. xxi. Erunt ſigna in ſole ꝛ luna ꝛ ſtellis: ꝛ i terris preſſura gentiũ pre ↄfuſione ſonitus maris ꝛ fluctuum. Duo prima ſpecificant̃. Joel. ij. Ubi dicitur. ſol ↄuertetur in tenebras ꝛ luna in ſanguinez. anteq̃ veniat dies domini magnus ꝛ horribilis. de trib⁹ ſimul habetur. Apoc. vi. Uidi ꝛ ecce terremotus fa B

Judicium

etus eſt magnus: ⁊ ſol fact⁹ eſt niger tanq̄
ſaccus cilicinus: ⁊ luna tota facta eſt ſicut
ſanguis: ⁊ ſtelle celi ceciderunt ſuper ter/
ram ſicut ficus emittit groſſos ſuos cū a
vento magno mouetur: de eiſdē ſimiliter
habetur. Mat. xxiiij. Sol obſcurabitur ⁊
luna non dabit lumen ſuū: ⁊ ſtelle cadent
de celo. De quarto ſigno erit preſſura in
terris: legitur ſimiliter. Math. xxiiij. Erit
D tūc tribulatio qualis nō fuit ab initio mū
di vſq̄ mō neq̄ fiet. Quintū ſignum eſt
confuſio maris quam confuſionē aliqui
eſtimāt fore: q̄ maxime cū frigore magno
peribit ſecundū illud. Apoc. xi. Et mare
iam nō eſt. Jero. In annalibus libris he/
breoꝝ inuenit. xv. ſigna. xv. dieꝝ ante diē
iudicij. ſed vtrum cōtinui futuri ſint dies
illi an interpolati non expreſſit. ¶ Prima
die eriget ſe mare. xl. cubitis ſuper altitudi
ne montiū ſtans in loco ſuo quaſi murus.
Secundo tm̄ deſcēdet q̄ vix videri poſſit
Tertio maxime belue apparentes ſupra
mare. dabunt rugitus vſq̄ ad celū. Quar
to ardebit mare ⁊ aque. Quinto herbe et
arbores dabunt rorem ſanguineū. Sexto
ruent edificia. Septimo petre adinuicem
collidentur. Octauo generalis fiet terremo
tus. Nono equabitur terra. Decimo exi/
bunt homines de cauernis: ⁊ ibunt velut
amentes: ⁊ non poterunt mutuo loqui.
Undecimo ſurgent oſſa mortuoꝝ ⁊ ſta/
bunt ſupra ſepulchra. Duodecimo cadent
ſtelle. Tertiodecimo morient hoīes viuen
tes tunc vt cū mortuis reſurgant. Quarto
decimo ardebit celū ⁊ terra. ſ. ſuperficies
terre ⁊ aeris. Quintodecimo fiet celū no
uum ⁊ terra noua ⁊ reſurgent omnes. Et
poſſunt aſſignari ſex cauſe quare ſigna iu
I dicīū precedant. Prima vt magnū malū
futurū nuncient. Greg. in omel. Illi⁹ euā/
gelij. Erūt ſigna ⁊c. Quō terrores quos cer
nimus: niſi ſequētis ire precones dixeri.
Idem in omel. Illius euāgelij. cū audieri/
tis prelia ⁊c. Ultima tribulatio multis tri
bulationibus preuenitur: ⁊ per crebra ma
la que preueniunt indicātur mala ꝑpetua
que ſubſequentur. ⁊ ſubdit Greg. Multa
debent mala ꝑcurrere vt malū valeāt ſine
fine nunciare. Scōa cā eſt q̄ tāgit Gre.
in eadē omel. Dicens qui in cunctis delin
quimus in cunctis ferimur: ⁊ ſubdit oīa q̄
ad vſum vite accipimus ad vſum conuer/
timus culpe: ſed cuncta que ad vſum pra/
uitatis inflexim⁹: ad vſum nobis cōuer/
tuntur vltionis. Tertiā cām tangit Be
da. Dicens: appropinquante ſuo termino
elementa quaſi pauida mutant ⁊ tremūt.
Quarta cā eſt vt. ſ. creature oſtendātur pa
rate eſſe ad vleiſcendū creatorem. de hoſti
bus ſuis iminente guerra ſolet fieri armo
rū oſtēſio: ⁊ faciūt ꝑncipes vt ſubditi eoꝝ
armati cōueniant: ſic fiet anteq̄ deus vin/
dictā ſumat de inimicis ſuis. Sap. v. Acci
piet armaturā zelus illius: ⁊ armabit crea
turā ad vltionē inimicoꝝ. Eiuſdem. xvi.
Creatura tibi factori deſeruiēs exardeſcit
in tormentū aduerſus iniuſtos. Quīta cā
tangit ſuꝑ illud Iſa. xiij. Erubeſcet luna ⁊
ↄfundetur ſol. Glo. Cernēs illos: qui ei⁹ lu
mine fruebantur nihil dignū dei bonitate
feciſſe. Sexta eſt: vt ſint incitamēta do/
loris. Criſo. Patrefamilias moriente. do/
mus ei⁹ turbatur. familia plāgit: ⁊ nigris
ſe veſtimētis induit. ſic humano genere pro
pter q̄ facta ſunt oīa circa finē conſtitutū:
totus deſtruitur mūdus: celi miniſteria lu
gent. ⁊ cādore poſito tenebris induuntur.
Quarto attendenda ſunt inſigna paſſio/
nis xp̄i. ſ. crux. clauis. lācea. que ante iudi k
cē erūt: ⁊ in carne ei⁹ videbūtur cicatrices
vt videāt in quē pupugerūt. Zac. ix. Apo. i.
Tunc peccatorib⁹ exprobrabitur magnū
bn̄ficiū eis exhibitū. ſ. beneficiū paſſionis
chriſti: ⁊ regret xp̄s mortē ſuā ab eis. tanq̄
pretium qđ pro eis dedit. cū ſeipſos ei ab/
ſtulerint quos ita care emerat: ⁊ oſtendet
magna ingratitudo eoꝝ: qui ſemel crucifi
xum pro eis iterū crucifixerunt. Ad heb. vi.
Crucifigētes in ſemetipſis filiū dei. vnde
multū confundentur iſigna paſſionis xp̄i
videntes. Mat. xxiiij. Tunc apparebit ſi/
gnum filij hominis in celo. Criſo. Nō erit
tunc neceſſitas accuſatoris. cum viderint
crucē: ⁊ ipſū xp̄m habentē in corpore ſuo
teſtimonia paſſionis. Quinto attendē
da eſt curie illius magnitudo coram qua
reprobi confundent. totus enim mundus
erit congregatus ibi. Joel. iij. Cōgregabo
omnes gentes: ⁊ reducā eas in vallē ioſa/
phat ⁊ diſceptabo cū eis. Mat. xxv. Sede
bit ſuꝑ ſedē maieſtatis ſue: ⁊ cōgregabun
tur ante eum omnes gentes. Roma. xiiij.
Omnes ſtabimus ante tribunal xp̄i: cano
nica. Jud. Ecce venit dn̄s in ſanctis mi/

libros facere iudicium ₇c. Sexto iudicis
summa potestas a qua non licebit appel-
H lare: q2 non est qui de manu eis possit erur
ere. Job.x. ¶ Septimo. Judicis pspica-
L citas qui in eis quomodo videntur esse iu
sticie iniusticiam agnoscet. In ps. Cũ ac-
cepero tempus. ego iusticias iudicabo.
Jsidorus. Ad districti examen iudicis nec
iusticia iusti secura est nisi pietate diuina:
₇ ipsa iusticia qua quisqȝ iustus est deo iu
stificante iustificetur. Judex ille nõ solum
magna sed etiã parua: que nunc vilipen-
m duntur in iudicium adducet. Ecclesi.xij.
Cuncta que fiunt adducet de⁹ in iudiciũ.
Et sup illud. Job.xxxi. Nonne ipse consi-
derat vias vestras ₇c. Dicit glo. Sicut de
us vniuscuiusqȝ considerat vias. sic gres-
sus dinumerat: vt nec minutissime cogita
tiones eius iudicio ac verba tenuissima q̃
apud nos vsu viluerunt indiscussa rema-
neant. De cogitationib⁹ dicitur. Sap.vi.
Ipse cogitationes nostras scrutabitur. De
verbis. Math.xij. De omni verbo ocioso
ꝙ locuti fuerint homines reddent ratione
in die iudicij. Etiã de tẽpore ꝙ hodie mul
tum vilipenditur ratio exiget. Ber. Omne
tẽpus tibi impensum requiretur qualiter
fuerit a te expensum. Idem sicut capillus
nõ perit de capite. ita nec momẽtuȝ pibit
de tẽpore. Judex scrutabit ierosolimaȝ in
lucernis. Sopho.i. Nec solũ exiget ratio
neȝ de peccatis ꝓprijs. ſ; quodãmodo de
alienis. Geñ.iiij. Ubi est frater tu⁹ Abel:
Ezechi.iij.₇.xxxiij. Sanguinẽ ei⁹ de ma
nu tua requirã. Judex rõnem exiget ₇ de
bonis q̃ ipsi homini ꝯmisit. siue sint bo-
na nature: siue fortune: siue gratie. ₇ ꝺ ma
lis que ei dimisit. Item exiget rationeȝ de
malis operib⁹ que homo cõmisit: ₇ de bo
nis operibus que omisit. ¶ Octauo iudi-
cis inflexibilitas: q2 si beata virgo ₇ oẽs an
geli ₇ sancti ₇ sancte rogarent in iudicio
pro aliquo qui tunc esset in mortali pctõ
iudex non exaudiret eos. Prouer.vi. zelus
₇ furor viri non parcet in die vindicte nec
acquiescet cuiusq̃ p̃cibus: nec suscipiet pro
redemptione dona plurima. Criso. Tunc
nec diuitie diuitibus: nec parentes paren
tibus intercedunt: nec angeli sicut solebãt
pro hominibus facient verbuȝ: q2 natura
iudicij non recipit misericordiã: Prouer.
xi. Non proderunt diuitie in die vltionis.
¶ Nono magnus zelus iudicis de quo ze
lo in multis locis loquitur sacra scriptura
Dañ.vij. Tron⁹ ei⁹ flãme ignis. Mal.iij.
Quis stabit ad videndũ eũ. Ipse enĩ q̃si
ignis cõflans. Sap.v. Accipiet armaturã
zelus eius. Jsa.xxx. Ardẽs furor ei⁹: ₇ gra
uis ad portandũ. Eiusdẽ.lxvi. Ecce deus
in igne veniet. Apoc.vi. Dicẽt montibus
₇ petris cadite super nos: ₇ abscõdite nos
a facie sedentis sup thronũ: ₇ ab ira agni.
scðm Aug. Mallẽt reprobi omne tormen
tum sustinere q̃ faciem iudicis irati videre.
¶ Decimo cause magnitudo. Magnum
est eñ de quo erit illud iudiciũ. Illi enim q
obtinebit in illo iudicio adiudicabitur re
gnũ eternum. Ille vero qui cadet a causa n
illa adiudicabitur morti eterne. Mat.xxv
Ibunt illi in suppliciũ eternũ: isti autẽ in
vitã eternã. Undecimo terribilitas snie
que tonitruũ dicitur. Job.xxvi. Quis po
terit tonitruũ magnitudinis eius intueri.
Grego. in moral. Quis hec eius iram tol
leret: cuius ₇ ipsa mansuetudo non potuit
tollerari. Aug: super iob. Qui ceciderunt
ad vnam vocem xpi morituri. Job.xviij.
Quid facient sub vocẽ iudicaturi. Jsa.3o.
Labia eius ipleta sunt indignatiõe: ₇ lin-
gua eius quasi ignis deuorans. Osee.xi.
Quasi leo rugiet. Amos.iij. Leo rugiet:
qs non timebit. zacha.ix. Exibit vt fulgur
gladius eius. Apoc.i.₇.xix. De ore eius ex
vtraqȝ parte acut⁹ exibat gladius: iste gla
dius acut⁹ ex vtraqȝ parte. est sentẽtia qua
anima cũ corpore damnat. Duodecimo
sententie irreuocabilitas. euolat enĩ emis-
sum semel irreuocabile verbum iudicis. o
Tertiodecimo multitudo ministroꝝ ad
executionẽ snie paratissimoꝝ. Math.xiij.
In cõsumatione seculi mittet filius hoĩs
angelos suos: ₇ colligent de regno ei⁹ oĩa
scandala: ₇ eos qui faciunt iniquitatem ₇
mittent eos in caminuȝ ignis. In eodem.
Sic erit in cõsumatione seculi. exibunt an
geli ₇ separabunt malos de medio iustoꝝ
₇ mittent eos in caminuȝ ignis. Quar
tũdecimũ angustia reproboꝝ. Augu. O q̃
anguste erunt reproboꝝ vie: superius erit
iudex iratus: subtus horrendũ chaos infer
ni. a dextris peccata accusantia: a sinistris
infinita demonia: ad suppliciũ trahentia.
intus conscientia vrens: foris mundus ar
dens: miser peccator sic dep̄hensus quo

effugiet latere erit impoſſibile. apparere
erit intollerabile. Si queris quis te accu
ſat: dico totus mundus. nam offenſo crea
tore: totus mundus perditum habet odio:
mundus perſequitur cum flāma ⁊ igne
in ps. Sicut ignis q cōburit ſiluā: ⁊ ſicut
flāma cōburens montes. ita perſequeris
eos in tempeſtate tua. Itē ignis ante ipm
precedet ⁊ iflāmabit in circuitu eius ini
micos. Anguſtia reproboꝝ oſtēdet. Iſa. ij.
Ingredere in petrā ⁊ abſcondere in foſſa
humo. a facie timoris domini. In eodem.
Introibunt in ſpeluncas petraꝝ: ⁊ in vo
ragines terre a facie formidinis domini.
Apoc. ix. In diebus illis querent homies
mortē: ⁊ famē inuenient ⁊ deſiderabunt
mori: ⁊ fugiet mors ab eis. ¶ Quintode
cimo ipotentia reproboꝝ: qui nō poterūt
reſiſtere ſicut nec palea reſiſtere pōt igni.
Vel aliquis ligatus his qui eū ligauerunt.
Mat. iij. Paleas cōburet igne extingui
bili. Eiuſdē. xiij. In tempore meſſis dicaꝫ
meſſoribus. Colligite primū zizania ⁊ al
ligate ea in faſciculos ad cōburendū. Cri
ſo. Non reſiſtēdi virtus nec fugiēdi facul
tas: nec penitentie locus: nec ſatiſfactionis
tēpus: ex anguſtia oium rerū nihil rema
net niſi luctus. Mat. xxiiij. Tunc plangēt
omnes tribus terre. ¶ Sextodecimo defe
ctus auxilij: q: non audebit nec angelus:
nec aliquis ſanctus pro aliquo damnato
rogare xpm. xpus qui tm̄ homines dile
xit q dedit ſemetipꝫ pro eis redebit de dā
natione eoꝝ. Prouer. i. Ego quoqꝫ in inte
ritu eoꝝ ridebo. Sancti etiā qui pro ſalute
hoium morti ſe expoſuerunt letabuntur:
quia videbunt dei cōtumeliam vindicari.
In ps. Letabitur iuſtus cū viderit vindi
ctā. nec cōpatientur ſancti miſerie repro
boꝝ. Unde glo. ſuper illud. Luc. vi. Inter
nos ⁊ vos magnū chaos firmatuꝫ eſt ⁊c.
Iuſtoꝝ anime ⁊ ſi in nature ſue bonitatē
miſericordiam habent. iam tunc actoris
ſui iuſticie cōiuncte tanta rectitudine con
ſtringent: vt nulla ad reprobos cōpaſſio
ne moueantur. ¶ Decimoſeptimo denu
datio peccatoꝝ. eccl. xi. In fine hois denu
datio operoꝝ illius. Iſa. xlvij. Reuelabit
ignominia tua: videbitur opprobriū tuū
ſempiternuꝫ q nunq̄ delebitur. Iere. xxx.
Confundentur vehemēter: quia nō intel
lexerunt opprobriū ſempiternuꝫ: q: nunq̄
delebitur. Naum. iij. Reuelabo pudenda
tua in facie tua: ⁊ oſtendā gentib9 nuditā
tē tuā ⁊ regnis ignominiā tuam. Mat. x.
Nihil opertū q nō reueletur ⁊c. i. Cori. iiij.
Veniet deus qui ⁊ illuminabit abſcondita
tenebraꝝ: ⁊ manifeſtabit conſilia cordiū.
¶ Decimooctauo q aduerſarij erūt multi:
⁊ fortiter aduerſabantur peccatoribus:
⁊ angeli ⁊ hoies. Iob. xx. Reuelabunt celi
iniquitatē eius: ⁊ terra cōſurget aduerſus
eū: loqtur de impio: aduerſabuntur eis nō
ſolū demones: ſed ēt ipſi ſcti. Sap. v. Tūc
ſtabūt iuſti in magna cōſtantia aduerſus
eos qui ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtule
rūt labores eoꝝ. Maximi aduerſarij erūt
peccata que dānandos tradēt. Sapiē. iiij.
Venient in cogitatione peccatoꝝ timidi ⁊
trāſducent eos ex aduerſo iniqtates eoꝝ.
¶ Decimonono certitudo reatus ad certitu
dinē iſtā faciet hoc: q iudex erit teſtis: ipo
enim vidente peccata ſunt cōmiſſa. Iere.
xxix. Ego ſum iudex ⁊ teſtis dicit domin9.
Mal. iij. Accedā ad vos in iudicio: ⁊ ero
teſtis velox maleficis ⁊ adulteris ⁊ piuris.
Itē ad certitudinem faciet q ipſi peccato
res habebūt litteras ppria manu ſcriptas
in cōſcientijs ſuis que teſtificabūtur contra
eos. Dan. vij. Iudiciū ſedit: ⁊ libri apti ſūt
libri inq̄ cōſcientiaꝝ. Apoc. xx. Iudicati ſūt
mortui ex his q̄ ſcripta erat in libris ſcdm
opa eoꝝ. ¶ Vigeſimo. Virtutū celeſtiū cō
motio. Mat. xxiiij. Virtutes celoꝝ moue
buntur. Criſo. Si rex terren9 pceſſurus cō
tra aliquē expeditionē mādat in populo
dignitates oēs mouentur: exercitus excita
tur. tota ciuitas feruet: q̄to magis rege cele
ſti exurgente iudicare viuos ⁊ mortuos.
Angelice virtutes cōmouentur terribiles
miniſtri terribilioris domini precedētes.
Iob. xxvi. Colūne celi cōtremiſcunt: ⁊ pa
uent ad nutū ei9. Interl. nō timore penali
ſed admiratione. Iero. Quid faciet virgu
la deſerti. Ubi cōcutitur cedrus paradiſi
hoc iudiciū valde diſtrictū eſt preueniēdū
in pñti. vt rōnem reddamus corā vicarijs
xpi. In ps. Beati qui cuſtodiūt iudiciuꝫ ⁊
faciūt iuſticiā in omni tēpore. hec cōputa
tio frequēter faciēda eſſet ⁊ ſtricte frequē
ter pter labilitatē memorie. Ber. Cōpu
tatio dilata multa mala faciet obliuiſci.
ſtricte nomina pretereantur. Mat. x. Oēs
capilli capitis veſtri numerati ſunt. ex hoc

q nō cogitat hoc iudiciū multa mala pue
niūt. In pſ. Ingnate ſunt vie illi⁹ i oi tpe
⁊ ſubdit cā. Auferūtur iudicia tua a facie
ei⁹. Prouer. xxviij. Uiri iniq nō cogitant
iudiciū q āt requirūt dn̄z aīaduertūt oia.
Eccle. xxvij. Añ iudiciū iterrogate ipm co
gitādū eēt illō iudiciū cū aliqd graue pro
deo tolerat. Gre. i ome. Illū dīe frēs cariſ
ſimi illū añ oculos pōite ⁊ qcqͥd modo
graue cernitur i ei⁹ cōparatione leuigatur

De penis inferni.

¶ Uigeſimumprimū valere poteſt ad ieu
ciēdū timorē cōſideratio penaꝝ futuraꝝ
circa quas multa attēdēda ſunt. Primū ē
acerbitas eoꝝ: grauiſſima .n. pena q̄ i hoc
mūdo tollerat minor ē ēt pena purgatorij
Aug. Miro mō licet etern⁹ nō ſit: grauis
ē ignis ille exuperat eni oēs penā q̄ aliqs i
hoc mūdo perpeſſus ē. ¶ Secūdū ē pena
rū diuerſitas ⁊ iueniūtur in ſacra ſcriptu
ra. ix. pene. Pria ē ignis. Scda vermis. de
qbus. Iſa. vl. Uermis eoꝝ nō morietur ⁊
ignis eoꝝ nō extinguet. Judith. xvi. Dabit
eis ignē ⁊ vermes i carnes eoꝝ vt vrātur:
⁊ ſentiāt vſq in ſempiternū. Job. xx. Deuo
rabit eū ignis qui nō ſuccendetur non eſt
neceſſe q ignis ille ſuccēdatur cū nūq̄ ex
tinguatur Eccle. vij. Uidicta carnis impij
ignis ⁊ vermis. Eiuſdem. xxi. Stupa col
lecta ſynagoga peccātiū: ⁊ cōſumatio eoꝝ
flāma ignis. Apo. xx. Qui nō ē inuētus in
libro vite ſcriptus miſſus ē i ſtagnū ignis
Mat. xxv. Diſcedite a me maledicti i ignē
eternū. Luce. xvi. Crucior in hac flāma ait
diues epulo. ¶ Tertia eſt fetor q̄ſi ſulphu
ris. In pſ. Ignis ſulphur⁹ ⁊ ſpūs pcellarū
pars calicis eoꝝ. Iſai. xxx. Flatus dn̄i q̄ſi
torrēs ſulphuris ſuccedēs eā. Apoca. xxi.
Pars illoꝝ erit i ſtagno ardēti: igne: ⁊ ſul
phure. Quarta erit frigus. Mat. xiiij. Ibi
erit flet⁹ ⁊ ſtri. den. ſtri. den. ſolz ſeq frigus
Job. xxiij. Ab aqs nimiū trāſiet ad calorez
nimiū. ¶ Quito erit fames. Iſa. lxvi. Ser
ui mei comedēt ⁊ vos eſurietis ibi erit tā
ta inopia q nec vnā guttā aque potuerūt
hēre vt pz i diuite epulone i inferno ſepul
to. Luc. xvi. Job. xxvij. Apprehēdet eū q̄ſi
aqua inopia. Ubi dicit glo. Diues in infer
no cogēte inopia. vſq ad minima petēda
pductus eſt q ſua tenacitate vſq ad minia
negāda paupibus reſtrictus eſt. Itē. Gre.
Guttā petijt qui micā negauit. Ibi erit tā
tus defectus boni. vt mors q̄ in mūdo iſto
p ceteris timet ab homib⁹ deſideret. Apo.
nono. Deſiderabūt homiēs mortē: ⁊ mors
fugiet ab eis ibi hēbit locū illū. Eccle. xli.
O mors q̄ bonū ē iudiciū tuū vtili⁹ eēt ho
mini ſi tūc ſe iterficere poſſet quā ſi poſſet
iterficere dyabolū: q2 dyabolo iterfecto: nō
ceſſaret cruciatus eoꝝ qui ibi erit: ibi erūt
ſeptē āni magne miſerie obliuiſci facietēs
abūdantiam: preſentis vite. Gene. xli. Ma
gna penuria que erit ibi erit priuatio diui
ne viſionis. Grego. in moral. Fames inter
ficit q2 ſuā illis facia redēptor abſcondit.
Sexta pena erit tortorum. de qua. Mate.
xviij. Tradidit eū tortoribus donec redde
ret ei oē debitū. Septima erit horror tam
demonū q̄ loci. Job. x. Ibi nullus ordo: ſ3
ſempiternus horror i habitat. Eiuſdē. xx.
vadēt ⁊ venient ſup eū horribiles. Si tātū
horrorē hab3 homo quādo videt preſenti
vnū demonem quātus horror erit vbi tot
horribiles apparebūt ⁊ magis horribiles
vt videtur q̄ appeant in preſenti. Si vnus
de miniſtris carceris ifernalis tātū habet
horrorez qd habebit horroris ipe carcer.
Octaua pena: ⁊ nona erūt tenebre ⁊ vincu
la de qbus. Mate. xxij. Ligatis manibus
⁊ pedibus eius pijcite eū in tenebras exte
riores. Secūdū Gregoriū in moral. Ignis
infernalis concrematione habet: ſ3 lumē
nō habet. Et nō ſolū erit ibi penarū varie
tas ſed earū cōtrarietas. Gregorius horrē
do modo tūc erūt miſeris dolorcū formi
dine. Flamma cū obſcuritate: ⁊ icorū in
teritu: ipa a ſuis qualitatibus tormēta diſ
cordāt: q2 a cōditoris volūtate dū viuerent
diſcrepabāt. Fit miſeris mors ſine morte
finis ſine fin̄ defcūs ſin̄ defcū. q2 ibi mors
ſp viuit: ⁊ finis ipcipit: ⁊ defectus deficere
neſcit: mors perimit ⁊ nō extinguit dolor
cruciat: ⁊ pauorē nō fugat. Flāma cōburit
ſ3 tenebras nō diſcutit: q2 cū dyabolo cō
tra ſuū creatorē creature cōcordarūt: crea
ture cōtrarie cōueniēt ad eorū penas. Itē
Gregorius ſempiternus horror ihabitat.
q2 eius ignibus traditi ⁊ in ſupplicijs do
lorem ſentiūt ⁊ idoloris anguſtia pulſati
ſemp pauorē feriūtur: vt ⁊ q timēt tolerēt
⁊ rurſuz q̄d tolerāt ſine ceſſatione ptime
ſcāt. ¶ Tertiū attendendū circa penas eſt
earuz diuturnitas. Mate. xxv. Ite maledi
cti in ignez eternū diuturnitas pene mul

tuz affliget reprobos. Satis facile est iacere in vno loco suaui ꝛ mūdo: ꝛ tamē si alicui posito i tali lecto diceretur iacere ꝛ gescere: qꝛ oportebit te ibi iacere .xx. annis. Ipse respōderet poti⁹ vellē esse mortu⁹. qd ergo erit de illo q erit i igne ardēti: ꝛ scit se mansurū ibi nō tātū ꝑ viginti ānos vel c. vel. mille sed ꝑ infinita secula seculoꝝ. In hac meditatiōe dicitur fuisse ꝯuersus fulco q postea fuit episcop⁹ tholosanus. Isa. trigesimo tertio. Quis poterit habitare cū ardorib⁹ sēpiternis. Job vigesimo. Luet qui fecit oīa nec tamen cōsumetur. Glosa ut sine fine cruciet. uiuere sine fine cōpellitur. Interl. cui⁹ uita mortua fuit i culpa. Mors ei⁹ uiuet i pena. Augustinus decimonono li. de ci. dei. Ibi dolor permanet vt affligat: ꝛ natura perdurat vt sentiat: qꝛ vtrumqꝫ non deficit. ne pena deficiat. ¶ Quartū est pene vniuersitas: vniuerse enim ptes homines post diē iudicii erunt i igne. cū aliquis nō posset sustinere ignē in minima parte digiti per unam horam: quātus erit dolor quando totus homo erit in igne eternaliter. Augustinus tertiodecimo li. de ciuitate dei. Nunq̄ erit homo peius i morte q̄ vbi erit mors sine morte. Jeronimus tāta erit in iferno vis doloris ꝙ mēs ad aliud dirigi nō poterit nisi ad quod uis doloris ipellit. Signum hui⁹ doloris ē. ꝙ deus totiēs i euangelio dicit. Ibi erit fletus ꝛ stri. dentiū. Matei tertiodecimo: Et vigesimosecūdo: ꝛ vigesimoquinto. Si singulis dieb⁹ in quibus erūt dānati in iferno flerēt vnā lachrimā materialē: plus exiret aque ꝑ ꝓcessum tēporis ab uno dānato q̄ omnia vasa hui⁹ mundi caperent: ꝙ patet ex hoc ꝙ vasa omnia huius mundi finita sunt ꝛ numero ꝛ magnitudine. Infinitis vero dieb⁹ erūt reprobi in inferno. ¶ Quintū est consolationis defectus. Bernar. quid erit cum se viderit illa miseranda conditio: omni consolatione nudatam in illas tenebras exteriores excuti: ꝛ ab illa bonorum ecclesia. perpetua excommunicatiōe excludi. Sextum est penarum infernalium inutilitas. Presens pēa ē breuis ꝛ leuis: ꝛ fructuosa: sed futura est longa: ꝛ grauis ꝛ ifructuosa quia siquis fleret in inferno tantū lachrimarum quantum est aque in toto mūdo nō sufficeret ad ablutionē macule unius mortalis. plus virtutis haberet hic vna lachrima q̄ omnes ille. Augustinus in lib. de fi. ad pe. In iferno ꝛ si erit stimulus penitudinis nulla erit ibi correctio voluntatis a quibus ita culpatur iniquitas sua ut nullatenus possit ab eis vel diligi vel desiderari iusticia. ¶ Preter predicta notandum est ꝙ malis dolor veniet ex diuersis causis Primo ex bonorum temporalium amissione. In psal. Cum interierint non sumet omnia neqꝫ descendet cum eo gloria eius. Secundo ex hoc ꝙ tēpus merendi transiit. Jeremie octauo trāsiit estas. finita est messis: ꝛ nos saluati non sumus. Tertō ex amissione eterne glorie. In ps. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: idest dum sancti vultum vel faciem tuā videbunt. Crisostomus. Omnes gehenne superat cruciatus carere bonis quibus in potestate habueris ꝑfrui. Quarto ex praua societate. Socios enim habebūt demones horribiles: ꝛ homines igne infernali exustos. Isa. tertiodecimo. Unusquisqꝫ ad proximum suum stupebit. facies cōbuste vultus eorum. Naū: secūdo. Facies omnium sicut nigredo olle. Joel. secūdo. Omnes vultus eius redigentur in ollam Quinto ex loci qualitate qui erit tenebrosus ꝛ fumosus quod valde grauis erit diuitibus qui in presenti domos uolebant habere sine fumo. Isa. lxv. Isti fumus erunt in furore meo.

¶ Tertia pars de dono pietatis vij.

Dicto de dono timoris: dicendum est de dono pietatis: Donū enim pietatis est ascendendo post donū timoris. Augustinus in quodā sermone de timore. Isa. Sapientie audiunt intellectū tanq̄ querentibus: vnde ad sapientiā veniretur. Respōderet ab intellectu vnde ad intellectū: a cōsilio. Unde ad cōsiliū. a fortitudine. vū ad fortitudinē: a sciētia vū ad sciētiā a pietate. vnde ad pietatē: a timore. Grego. sup illud. Job. primo. Ibāt filij ei⁹ ꝛc. Uidetur velle ꝙ pietas prout est vnuz de septez donis pro misericordia sumatur dicit eni pietas opa misericordie docet: ꝛ paulo post. Gr in eadē glo. Sine sciētie discretiōe quomō misereat ignorat: Glos. vero sup quintū. Mat. Uidet velle ꝙ pietas sumatur pro cultu dei seu pro veneratione rerū sacrarū. Dicit. n. Scōs ē pietas

que ꝯuenit mitibus:g.n.ꝑſe querit hono
rat ſancta ⁊ idē videtur. Aug. Cū. Greg.
ſenſiſſe:q̄ſecundū. Auguſtinum. Pietas
hoiem iugo dei ſubigit tanq̄ animal man
ſuetū ſicut timor iugū dyaboli abicit ⁊ ſic
pietas deū coli vel honorari facit: ⁊ ada-
ptatur donū timoris hūilitati ſeu paupta
B ti ſpēs que laqueos dyaboli euadit: pietas
vero mā̄ſuetudini. Unde dicit. Augu. In
timore cor contritū ⁊ humiliatū ſanctifi-
catur deo. Unde aſcēditur ad pietatem vt
nō reſiſtatur voluntati eius:vt dicaī nō ꝙ
ego volo ſ; ꝙ tu. In timore dei beati pau
peres ſpiritu. In pietate vero bti mā̄ſueti:
⁊ ſecundum veritatem miſericordia ⁊ ve
neratio ſanctorum concomitatur ſe miſe-
ricors enim domini veneratur in paupere
Immiſericors vero deū in paupere deſpi
cit. Prouer. xiiij. Que calūniatur egētem
exprobrat factori ſuo honorat aūt eū; qui
miſeretur paupis honorātur etia; angeli
in pauperibus cum pauperes honorātur
propter angelos eis ad cuſtodiam deputa
tos: ⁊ contemnūtur angeli in contemptu
pauperum. Mat. xviij. Uidete ne cōtēna
tis vnum ex his puſillis. Dico eni; vobis
quia angeli eorum in celis ſemper vident
facie; patris mei qui in celis eſt. ¶ Et no
tandū ꝙ aliquibus videtur pietas prout
donū eſt differre a miſericordia in hoc ꝙ
pietas reſpicit ſpiritualē neceſſitatē miſe-
ricordia vero reſpicit corporalē neceſſita
tē. Occaſionē vero ſic diſtinguēdi ſumūt
ex eo ꝙ dicit. Glo. ſup illud. i. Thimo. iiij.
Pietas ad omnia vtilis eſt. Omnis ſūma
diſcipline xp̄iane cōſiſtit in pietate: ⁊ miſe
ricordia cōnumerantur eni ibi miſericor
dia ⁊ pietas tanq̄ diuerſa: aliquibus etia;
videtur ꝙ pietas reuelando miſeria; pro
ximi ꝓcedat ex principijs fidei: miſericor-
dia vero ꝓcedat ex principijs iuris natu-
ralis miſericordia dat pauperi elemoſinā
q: frater noſter ē naturalis eiuſdē ſpēi no
biſcū: pietas vero dat ei elemoſina; : quia
filius dei eſt vel membrū corporis xp̄i: vel
q: xp̄s reputat ſibi fieri ꝙ fit pauperibus
De miſericordia ⁊ veneratione ſacraꝝ reꝝ.
⁊ creatoris ⁊ creaturarum habitu; eſt in
tractatu de iuſticia. Ideo. De bono pieta-
tis breuiter hec pertranſiuimus.
A

Quinta pars de bono viij.

Equitur de bono ſcientie. Notan
s dū ergo ꝙ ſcientia prout donum
eſt. Sic videtur poſſe deſcribi ſcie
tia eſt humanarum rerū cognitio ſaluber
rime fidei deſeruiens ⁊ ſumitur hec deſcri
ptio ex verbis. Augu. xiiij. li. de. tri. phi in-
quit diſputantes de ſapientia diffinierunt
eam dicentes. Sapientia eſt reru; huma-
narum diuinarumq; ſcientia ego quoq;
vtrauq; cognitione: ideſt diuinaru; ⁊ hu
manarum: ⁊ ſapientiam: ⁊ ſcientiam di-
ci poſſe non nego. verum iuxta diſtin-
ctionem apoſtoli primo. Cor. xij. Alij da-
tur ſermo ſapientie: alij datur ſermo ſcien
tie. Illa diffinitio diuidenda eſt vt rerum
diuinarum cognitio proprie ſapiētia nun
cupetur: humanarum vero congitio pro-
prie ſcientie nomen obtineat: nec quicqd
ſciri ab homine poteſt: in rebus humanis
vbi plurimū ſuperuacue vanitatis ⁊ no-
xie curioſitatis eſt huic ſcientie tribuo: ſed
illud tantū quo fides ſaluberrima que ad
veram beatitudinem ducit gignitur nutri
tur: roboratur defenditur. Poteſt etia; ſic
deſcribi. Scientia eſt lumen homine; diri
gens in acquiſitione: vel vſu temporalium
Augu. ſup. i. cor. xij. Sapiētia eſt in contē
platione eternorum. Scientia eſt i acquiſi
tione temporalium. Itē Augu. Diſtat ab
eternorum contemplatione acquiſitio: qua
bene vtimur temporalibus rebus ⁊ illa ſa
pientie: hec ſciētia deputatur. Item. Aug:
lib. de trini. hec eſt inquit ſapientie: ⁊ ſciē
tie recta diſtinctio vt ad ſapientiam perti-
neat eternarum reꝝ cognitio intellectua-
lis ad ſcientiā vero temporalium reru; co
gnitio rationalis: aliquibus tamē videtur
ꝙ ſcientia prout donum eſt dicatur cogni
tio boni ⁊ mali. Unde ſecundum eos ad
donu; ſciētie pertinet agnoſcere que ſunt
vera bona ⁊ vera mala: ⁊ que ſunt vmbre
bonorum ⁊ malorum. Item ad donū ſciē
tie pertinet diſcernere inter maiora bona
⁊ minora: ⁊ maiora mala ⁊ mīora. Aug. i
ſermōe de timore a pietate merebunī ſciē
tie gradum vt nouerint mala de quibus
fleuerunt: ſcil; mala culpe ⁊ in quo malo
Erit vir quaſi qui abſcōditū a vento & ce
lat ſe a tēpeſtate. Itē ſuperbia accipit q ē
contentionis. Humilitas vero q ē pacis.
Humilitas recumbit in nouiſſimo loco.
Luce. xiiij. Superbia vero gloriari vult.
Gloriari vero res contentionis eſt. cū. n.
vnus laudat eum qui ſuperbus eſt. duo
eū vituperant. Prouer. xxij. Arma & gla
dius in via ſuperbi: cuſtos aūt anime ſue
longe recedit ab eis. cuſtos aīe ſue eſt vere
humilis. Item humilitas valde glorioſa ē.
Ber. Glorioſa res eſt humilitas: qua ipſa
quoq ſuperbia palliare ſe appetit ne vile
ſcat. Idem quid facit ſuperbia ſub pannis
humilitatis ieſu: nunqd nō hz quo ſe pal
liet humana malitia. niſi vnde inuoluta eſt
infantia ſaluatoris. ¶ Humilitas laudem
fugit. laus vero eam ſequitur tanq̄ laude
dignā. E cōtrario ſupbus laudē ſequitur.
Laus vero eum fugit tanq̄ laude idignū.
¶ Superbia in ore hoīum ſe & ſua ponit
Ideo nō eſt mirū ſi morſus detractionū
frequenter ibi ſentit. Humilitas vero altiſ
ſimū ponit refugiū ſuū. ipſa. n. dicit illud
i. Cori. iiij. Qui aūt iudicat me dn̄s eſt. Iō

morſus detractoꝝ eā nō attingūt. Supbi
velud ydola ſūt q̄ vaniſſime laudāt ſicut
viri virtutū dij dicunt in ps. Ego dixi dij
eſtis. Ipſi ſunt velut ſimie ſctoꝝ ſpēm ſan
ctitatis hñtes. virtutē aūt eius abnegan-
tes. ij. Thy. iij. Ipſi etiā ſunt ſicut harun-
do q̄ mouetur nō quia viuat: ſʒ quia vēto
agitatur ſic ipſi mouent ad opa de genere
bonoꝝ vento inanis glorie. nō a ſpū vite.
Mat. xi. Quid exiſtis in deſerto videre. ha
rundinē vento agitatā: ¶ Et notandū ꝙ
vtilitas humili ſatis in hoīe ex diuerſis fi-
guris qbus ipſa deſignat in magna par-
te pōt oſtēdi. de quibus pauca ponere ſuf
ficiat. Humilitas vallis eſt fertiliſſima in
ps. Valles abūdabūt frumēto. i. humiles
populi bonis opibus. Ipſa ē vallis lachꝛi
maꝝ in qua bñdictioneʒ dabit legiſlatoꝛ.
ibi inueniuntur aque gratiarū īter mediū
montiū ptranſibūt aque. Aug. Alta ſiccā-
tur: ima replentur. Itē ipſa eſt fundamen
tū ceteroꝝ bonoꝝ. Aug. Magnus vis eſſe
a minimis īcipe. cogitas magnā fabricaʒ
cōſtrue celſitudinis. de fundamēto cogita
humilitatis. Ber. Bonꝰ fundꝰ humilitas.
in quo omne edificiū ſpūale cōſtructum
creſcit in templū ſcm̄ in dño. ¶ Humili-
tas eſt nihilū ſup quo terra eccleſia funda
ta eſt. Job. xxvi. Appendit terrā ſuper ni-
hilū. Humilitas facit hoiem pulchrū ni-
hilū: ſed ſupbia facit hoiem turpē nihilū.
Gal. vi. Si quis ſe exiſtimat aliqd eē cuʒ
nihil ſit. ipſe ſe ſeducit. Item ipſa ē radix
ceterarū virtutum. Grego. Origo virtutis
humilitas eſt illa in nobis virtus veraci-
ter pullulat que in radice propria. i. humi
litate pdurat. Aug. Arborē attendite. figit
radicē in humili. vt vertice tendat ad ce-
lū. Idem ſine radice auras petis ruina eſt
iſta nō crementū. Itē humilitas ē via ad
ſublimitatē. Ber. Per humilitatē aſcēdite
ad ſublimitatē. qꝛ hec eſt via ꝛ non ē alia
preter ipſam. q aliter vadit cadit potius q̄
aſcēdit: xp̄o eñ per naturā diuinitatis non
haberet quo aſcēderet: qꝛ vltra deuʒ nihil
eſt: tamen per deſcenſuʒ quo mō creſceret
inuenit Itē humilitas ē. q aque ductus per
quē gratia ad hoiem venit. Ber. Idō fluēta
gratie tanto tēpore defuerant: qꝛ nundum
interuenerat aque ductus. Aque ductū iſtū
intelligas humilitatē Marie. multum ni
titur deſtruere dyabolus aque ductuʒ hu
militatis. holofernes precepit incidi aque
ductū. Judith. vij. Iteʒ humilitas eſt tur-
ris fortiſſima. Amatoribus mūdi videtur
eſſe humilitas i ymo: ſed ſm veritatem in
alto eſt. Luce. xvi. Qd altū eſt hoibꝰ abo
minatio eſt apud deū: ꝛ ecōtrario: ꝙ altū
eſt deo abominatio eſt hoibus. Grego. in
ſcda pte moral. Inſublimi ſunt humiles
poſiti: qꝛ vnde ſe in oibus deſpiciunt inde
cōtra oia ſecuriores fiunt. Aug. xiiij. lib. de
ci. dei. Eſt aliqd humilitatis miro modo
ꝙ ſurſuʒ faciat coꝛ. ꝛ eſt aliquid elationis
ꝙ deorſum faciat coꝛ. Itē in eodē. humili
tas exaltat que facit eē ſubditū deo: elatio
aūt que in vitio eſt reſpuit ſubiectioneʒ ꝛ
cadit ab illo quo nō eſt quicq̄ ſuperiꝰ: ꝛ ex
hoc eſt inferius: ꝛ fit ꝙ ſcriptū ē. Deiecisti
eos dum alleuarent ſpm quippe extolli iā
deici eſt. Itē humilitas p hoc oſtēditur eē
in alto: qꝛ ppinqua eſt altiſſimo. Glo. ſup
illud. Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſunt
corde: altius quidē eſt dñs: vicinatur tamē
humili ꝛ nō ſe exigenti. Iteʒ humilitas
clauis paradiſi ē. Apoc. iij. Ecce dedi coꝛā
te ꝛc. Item eſt vas ſecuriſſimum ꝛ ha-
bitaculuʒ dei quietiſſimuʒ de quibus pri-
us habitum eſt. ¶ Humilitas in floribus
viola eſt: ipſa etiam in odoramentis eſt
thus: ꝙ quanto in fumum magis tenueʒ
reſolutū fuit: tanto magis ſuauitatis odo
rem ſpergit: ſic humilitas dum proprium
ſubiectum quaſi in nihiluʒ extenuat gra
tiſſimum odorem deo ſpirat. Ipſa eſt vt
cynamomum ꝙ eſt cineris coloris. Cine-
rem enim ſe reputat humilis. ipſa eſt vt
muſcus odorem amiſſuʒ iuxta ſetentias re
cuperans. Et etiam vt ametiſtus ebrieta-
tem ſuperbie preſumptionis tollens: ꝛ eſt
vt iaſpis fantaſmata fugans: coꝛ ſuperbi
fantaſias patitur ſomnians ſe aliquid eē
cum nihil ſit. Item eſt vt cuius virtus
eſt tumores corporales reprimere: ꝛ eſt vt
onichinus cuius virtus eſſe dicitur homi
nem inuictum reddere quam virtutem
humilitas indubitanter habet. Item eſt
diamas: cuius virtus dicitur eſſe facere
gratioſum ꝙ eſt vere humilitatis. Sicut
enim odibilis coraʒ deo ꝛ hominibus eſt
ſuperbia. ita gratioſa coram deo ꝛ homi
nibus eſt humilitas. Item eſt vt balſamū
ꝙ fundum petit: ꝛ ad ſeruandum ad coꝛ
ruptionem efficaciſſimum. Ambꝛo. Cu-

ſtos virtutum humilitas. Item humilitas eſt vt grauiditas in ſpõſa celeſtis regis: ad decentiam eius faciens ⁊ incorruptioni eiꝰ atteſtans: econtrario tumor ſuperbie corruptioni ſpũali atteſtatur. Superba anima de maligno ſpiritu concepit eius primogenitam .ſ. ſuperbiam. Dicitur vſualiter ⁊ creditur a multis mulieres interduꝫ a demonibus impregnari. Multi tamen credunt eas ex hac impregnatione nihil in vtero habere niſi ventuꝫ. Nec aliter detumeſcer niſi multe vẽtoſitatis emiſſione ꝙ parabola eſt ſpũalis impregnationis diabolice: ventoſitas a ſuperbo per iactãtiã ſic emittitur: vt non minuatur: ſed per humilem confeſſionem vere euacuatur. Sunt aũt qui nõ timent ↄfiteri hanc groſſitiem diabolicam dicentes ſe eſſe groſſi vel magni cordis: ⁊ ꝙ horribile eſt dictu: quidam impregnati ſunt a proprio patre: qui de nobilitate patris tumeſcũt. Alij ab vniuerſitate cognatoꝝ ſuoꝝ: alij etiã a toto populo: vt ꝑncipes qui de multitudie populi tumeſcunt. vt rex Dauid faciens numerari populum. ij. Reg. xxiiij. Econtrario rex xerſes cum coram ſe videret exercituꝫ ſuum multitudinis innumerabilis attendens ꝙ totus ille exercitus infra .c. ãnos in puluerem conuertẽdus eſſet dixiſſe fertur: regem tanti exercitus ⁊ tam fortis vocant me homines. Ego vero fateor me regem eſſe pulueris. Quedam etiaꝫ anime groſſe ſunt de virginitate ſua ꝙ valde mirum videtur: he ſunt virgines fatue de quibus legitur. Mat. xxv. ¶ Et notanduꝫ ꝙ humilitas in nobis ſupplet defectus aliorum bonoꝝ. Ber. Apud dñm fratres vis habere non poſſumus qm̃ in multis offendimꝰ omnes: ſed nec fallere eum. Ipſe enim nouit abſcondita cordis quãto magis opera manifeſta: nec reſiſtere viribꝰ quoniam omnipotens eſt: qd̃ ꝑreſtat niſi ad humilitatem remedia tota mente cõſurgere ⁊ quicquid in alijs minus habemus de ea ſupplere. Item ſine humilitate cetera bona nobis: bona non ſunt nec deo placent. Ber. Sine humilitate audeo dicere: nec virginitas Marie deo placuiſſet. Idem magna virtus humilitatis ſine cuius obtentu non ſolum virtus: virtus non ſit ſed etiam i ſuperbiam erumpit.

¶ De cauſis humilitatis. ca. vi.

Equitur de cauſis humilitatis.

S Et notandum ꝙ in omnibus rebus cauſas humilitatis inuenire poſſumus ſi diligenter attendamus: videlicet in eis que ſunt infra nos ⁊ in eis que ſunt in nobis: ⁊ in eis que ſunt iuxta nos ⁊ in eis que ſunt contra nos: ⁊ in eo ꝙ eſt ſupra nos. ¶ Infra nos ſunt corporalia ratione carentia vt elementa terre naſcentia animalia irrationalia: celi luminaria. ¶ In terra que eſt infimum elementoꝝ multas cauſas humilitatis inuenire poteris. Primo ergo attende ꝙ in cauſa reuerſurus es. Gene. iij. In ſudore vultꝰ tui veſcieris pa. tu. donec reuertaris in terraꝫ de qua ſumptus es: quando ergo terram reſpicis quaſi ſepulchrum vel cymiteriũ tuum reſpicis. Attende etiam ꝙ terra que nunc eſt ſub pedibus tuis: quãdoq; futura eſt ſuper caput tuum. Itẽ attende quãtum ea indigeas ipſa eſt que te ſuſtentat. Si ipſa diruta fuerit ſub pedibus tuis. ſicut fuit ſub pedibus dathan ⁊ abyron. Numeri. xvi. Viuus in infernũ deſcendens. Item ipſa miro modo ex ſe producit dei virtute vnde paſceris: ꝙ ſi non faceret fame perires. Item ſi ligna non produceret: vnde calefis perires frigore. ¶ In aere etiam multas cauſas humilitatis potes inuenire. Primum ergo attende ꝙ ſine aere nec ad momentum potes viuere niſi eum ad refrigeriuꝫ cordis aera abſtraxeris ſuffocaris. Item attende ꝙ ſi aer a vento frigido commotus fuerit te intollerabiliter affligit. Si peſtilẽs fuerit te interficit. ¶ Item in aqua multas cauſas humilitatis potes iuenire ſi aqua non fuerit vt porcus immundus eris. Item ſine aqua terra arida ⁊ ſterilis erit: ⁊ ſic fame peribis. Similiter ſi ignis non eſſet: fame ⁊ frigore perires. Nõ haberes enim vnde cibaria decoqres: vel te calefaceres Preterea ignis paratus eſt ad torquẽdũ impios. Eccleſiaſtes. vij. Vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. Deute. xxxij. Ignis ſuccenſus eſt i furore meo ⁊ ardebit vſq; ad inferni nouiſſima ⁊c. Quomodo ſupbiat homo facinoroſus: ad cuius combuſtionem fornax iam ſuccenſa eſt. Itẽ attẽdẽduꝫ circa terre naſcẽtia quãtũ illis idigeas. Attẽde etiã bona que ſunt i eis quibus in cares: vt eſt fulgor auri pulchritudo

florū. Mat. vi. Cōſiderate lilia agri quō
creſcunt non laborant neqꝫ nent dico aūt
vobis quoniā nec Salamō i oī gloria ſua
coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis. Itē circa
animalia irratiōabilia attēde multa bona
quibus tu cares vt eſt ſuauitas cantus in
multis auib⁹ ſiue magiſterio alicuius cre
ature ad ꝙ̄ ſuauitatē tu multis annis edo-
ctus nō poſſis pertingere. Item velocitas
que eſt in auibus ⁊ in quibuſdā quadru
pedibus. Fortitudo etiā ⁊ pulchritudo ha
būdanſqꝫ veſtitus te vero oportet mendi-
care ab eis vnde nuditatē tuā opias ⁊ vn̄
pulchritudinē tuā ornes: ⁊ debilitatē ⁊ tar
ditatē tuā iuues. ¶ Circa luminaria vero
celi attende quantū luce eoꝝ indigeas. Si
ne luce enim oculi eēnt tibi inutiles. ¶ In
nobis etiā multas cauſas hūilitatis inue-
nies ex parte corporis ex pte aīe. ¶ Ex pte
corpis ſi reſpicias eius originē: ſiue eius
finē ſiue eius ſtatū pñtē. B. Uide vn̄ ve
neris ⁊ erubeſce vbi es ⁊ igemiſce quo va
dis ⁊ ꝯtremiſce: ſi attendas vn̄ corpus ve-
nit. inuenies ꝙ ex putredine. Job. xvij. pu
tredini dixi: pater meus es. Attende etiā
vlterius grauamina ꝙ̄ matri ꝙ̄ te ꝯcepit fe
ceris. B. In ſordibus generamur: in tene
bris ꝯfouemur matres meas multū vul-
nerauim⁹ ⁊ honeramus. In dolorib⁹ par
turimur: in ptu matres noſtras more vipe
laceramus. Attēde etiam quod nudus na
ſcitur homo membris inpotens ⁊ plora-
re incipiens. Job. i. Nudus egreſſus ſū
de vtero matris mee. Augu. puer a plora-
tu incipit. Sap. vij. Primā vocem ſimilē
hominibus emiſi plorans. Attende etiam
ad quem finem deueniat corpus. Puluis
etiā ⁊ cinis fit. Geñ. iij. Puluis es in pulue
rē reuerteris. Itē Geñ. xviij. Loqui ad
dn̄m meū cū ſim puluis ⁊ cinis. Non eſt
mirū ſi ſe erigat ꝯtra dn̄m ſuū miles ꝗ ha
bet caſtrum ſup altā rupē inexpugnabile:
ſed valde fatuus eſt qui nō habet domun
culam niſi de palea que facillime poteſt cō
buri ſi ꝯtra dn̄m ſuū potentem ſe erigat:
ſic fatuiſſimus ē homo cuius habitatio. ſ.
corpus ad calorē febilē in cinerē redigitur
nec exigit ad hoc ignis ſi cōtra deū ſe eri
git. Item corpus a vermibus ē corroden
dum. Jn. ps. ego ſū vermis. Eccleſia. vij.
Uindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. i.
Mac. ij. c. gloria peccatoris ſtercus ⁊ ver-
mis. Corpus enim vnde gloriatur ſaccus
eſt ſtercorum ⁊ cibus ⁊ materia vermium
preſentem ſtatum corporis attēdebat qui
dicebat: humiliatio tua in medio tui Jero
ny. Quomodo ſuperbiat qui ſecum ſemꝑ
ſententiā portat. Ex parte etiā anime mul
tas cauſas humilitatis poſſumus īuenire
Aut enim ſcit homo ſe eſſe immortali aut
non: ſi ſic inferiori ſtatu eſt: quā canis vel
porcus: vel Bufo. cum debitor ſit duplicis
mortis. ſ. temporalis. ſ. ⁊ eterne. Illa vero
vnicam mortem debeant. Item miſeriam
habēt ⁊ pene ⁊ culpe: cum illa ſolū habeāt
miſeriam pene: ⁊ nihil ſolis demonibus
ſimilis eſt. Si vero neſciat ſe eſſe in morta
li neſcit tamen ſe eſſe in ſtatu ſalutis: ſcit ſe
debitorem quandoqꝫ fuiſſe mortis eterne
neſcit vtrum ad adhuc ſi peccatum dimiſ
ſum ſit. Eccleſiaſtes. ix. Sunt iuſti atqꝫ ſa-
pientes ⁊ opera eorum in manu dei ⁊ ta-
men neſcit homo vtrū amore an odio di
gnus ſit ſed omnia in futurum reſeruan-
tur incerta. Greg. Ad hoc cūcta nobis de
meritis noſtris incerta ſunt: vbi vnam te
neamus certam gratiam humilitatem.
¶ Itē ad humilitatē valere poſſunt etiā
ſi ſciremus nos eſſe i ſtatu gr̄e: negligētia
ꝓficiēdi quā in vobis videmus difficultas
ſtandi facilitas cadendi. Ad ſibilū enim
vnius verbi: quēqꝫ deijcitur aliqs difficul-
tas reſurgēdi: debilitas etiā minima vitia
vincendi. ¶ Item circa ea que ſunt iuxta
nos multas cauſas humilitatis poſſum⁹
explicare vt ſi attendamus multos de fra
tribus noſtris eſſe leproſos multos cecos
multos ipotētes multos mēdicos: ⁊ alijs
diuerſis miſerijs afflictos. Job. v. Uiſitās
ſpeciem tuam non peccabis. Itē ſi atten-
damus eos qui contra nos ſunt materiā
humilitatis inueniemus. Hoſtes enim in
uiſibiles nos ſtrangularent: niſi diuina ꝓ
tectio hoc impediret. Job. xl. Non eſt ſuꝑ
terram poteſtas que cōpareretur ei: ꝗ fa-
ctus eſt: vt nullū timeret. Treñ. 4. Miſe-
ricordia dn̄i ꝙ nō ſumus ꝯſumpti. ¶ Itē
ſupra nos cauſas humilitatis īuenire poſ
ſumus ſi attendamus dei omnipotentiā
paratam ad vindictam ſuperboꝝ. ¶ Tri
bus de cauſis ſolet aliquis ſe inclinare vel
demittere: vel quia gladius capiti eius im
minet: vel quia tranſiturus ē per hoſtiū
humile: vel propter ſocietatē alicuius mi

gne perſone q̄ ad terram videt ſedere. Si
milibus de cauſis debet per humilitatem
ſe homo inclinare. Si enim per ſuperbiaz
ſe erexerit gladius dei omnipotentis eua-
ginatus eſt: ſuper caput eius. i. Pe. v. Hu
miliamini ſub potenti manu dei. Item ne
ceſſe habet tranſire per humilez hoſtium
paradiſi. Augu. ſuper illud. Jo. x. Ego ſuz
hoſtium: hoſtium humile eſt: ſi ſano capi-
te volumus intrare: oportet caput demit-
tere. Item ſanctus ſanctorum & ceteri ſan
cti in mūdo iſto hūiliter ſe habuere. Mat.
x. Sufficit ſeruo ſi ſit ſicut magiſter eius.
ſimile. Jo. xv. Siue reſpiciamus ad bona
ſiue ad mala inuenire poſſumus materiā
humilitatis. Bona noſtra aliunde habe-
mus: imperfecte ea habemus: perdere ea
poſſumus. Et ſi attente ea inſpicere volu
mus: non dominiū verū ſed onus & pe
riculum in alijs habemus: pro illis cenſuz
magnum debemus. Et non ſolum ea per
dere ſed etiam pro illis perdi poſſumus.
De malis vero manifeſtum eſt ꝙ humilia
re debent homines maxime ſi ſint peca-
ta mortalia cū pro illis adiudicati ſint pa
tibulo infernali: mirum eſt ꝙ tot & tante
cauſe humilitatis homines humiles non
faciunt. Ber. O mira vanitas o mira fatui
tas cordis noſtri cuius elationem perfecte
dirimere cuius ceruicoſos motus omnino
domare humilitatis materia tanta nō ſuf-
ficit quin adhuc non ſuꝑbiat terra & cinis

¶ De his que iuuant ad humilitatem.

Et notandum ꝙ ad humilitatem
valere poſſunt iſta que ſequūtur.
¶ Primo familiaritas humilium
Sicut eniz qui communicat ſuperbo induet
ſuperbiaz: Eccleſi. xiij. Ille qui cōicauerit
humili: induet humilitatē. ¶ Secūdo me
ditatio propriorum defectuum. Grego. in
omel. ſancti viri vt humilitatis in ſe virtu
tem cuſtodiant cū quedam mirabiliter ſci
unt: ante mētis oculos ſtudēt reuocare ꝙ
neſciunt vt dum ex parte infirmitatez ſuā
conſiderant: ex ea parte qua perfectus eſt
eorū animus ſe nō extollat. Sicut q̄ emit
veterem veſtem ponit digitum vbi veſtis
habet aliqđ foramen ita vere humilis ha
bet oculum ad defectum ſi quis eſt in eo.
Itez Greg. Magnus eſſe vnuſquiſq; ſtu-
deat: ſi tamen magnū ſe eſſe neſciat q̄ vult

eē ꝑfecte humilis neceſſe ē: vt bona ſua ꝗ
ꝓprijs oculis abſcōdat. ¶ Tertiū ē reſpe
ctus meliorꝝ. Grego. Nō quibꝰ iaz ſuperio
res: ſed quibꝰ adhuc iferiores eſtis aſpici-
te. Idē incentiuuz ſicut elationis eſt reſpe-
ctus deterioris: na cautela humilitatis eſt
conſideratio melioris. ¶ Quarto cū quis
aſſueſcit ſuſtinētie contumeliarū. Ber. in
epiſtolis. Humiliatio via eſt ad humilita-
tez ſicut paciētia ad pacez. Sicut lectio ad
ſcientiā. Si ergo virtutē appetis humilita
tis: viā nō refugias humiliatiōis. ¶ Qui-
to cū aliquis ſe exercet i humilibꝰ officijs
exemplo domini q̄ lauit pedes diſcipulo-
rum. Johan. xiij. Superbi minora officia
ſe indigna reputant. Alij vero reputant
eos indignos maioribus officijs. Et ſic in
utiles ſunt taz ad maiora q̄ ad minora of
ficia. Nolūt eniz facere ꝙ poſſunt: nec poſ
ſunt ꝙ volunt: vn̄ accidit eis ſicut illis q̄
rebus quas hn̄t vēdere nimia ꝑcia iponūt
ideo ſe ab eis nō expeditūt. Nolūt eni inde
accipere ꝙ poſſunt habere: nec poſſūt ha
bere ꝙ vellēt accipere. ¶ Sexto memoria
mortis ꝙ docet eccleſia in pricipio. xl. ipo-
nēs cinerem capitibus dicēs: memēto hō
q2 cinis es & in cinerem reuerteris. ¶ Et
notādū ꝙ hō dz ſe reputare cinerē & ex pte
corpis & ex parte aīe. Ex pte corpis ꝓpter
ꝓpinquitatē & certitudinez quā hz ad hoc
vt in cinerē redigat̄. Sic eni ſolet loq ſcri-
ptura vt aliqđ ꝙ futurū eſt dicatur iā eſſe
ꝓpter ꝓpinquitatē vel certitudinez. Gre.
fere ſe mortuū cōſiderat q̄ ſe moriturū nō
ignorat. Ro. viij. corpus mortuuz ē ꝓpter
pcm̄ ideſt neceſſitate moriendi addictum
¶ Quātū vero ad animā dz hō cinerez ſe
reputare quo ad tria. ¶ Primo quo ad vi
litatē. Cinis eni valde vilis eſt lz materia
ex qua factus ē fuerit ꝑcioſa: ſic q̄ ē in ſtatu
pcti. q. nullius valoris eſt reſpectu valoris
in quo erat ante peccatū in ps. Ad nihilū
deductus eſt in conſpectu eius malignus
imo minus q̄ nihil vī eſſe niſi ſit ſpūaliter
reſurrecturus: melius eni eſſet ei nō eſſe q̄
malū eē ſi ꝑſeueraret ita. ¶ Secūdo quo
ad hoc ꝙ ſicut cinis reſiſtere nō pōt mo-
dico flatui quin ab eo diſpergatur: ſic pec
cator reſiſtere nō poteſt etiā ſibilo modici
verbi: in ps. Non ſic impij nō ſic ſed tanq̄
puluis. ¶ Tertio quo ad hoc ꝙ ſicut ci-
nis naturaliter nō pōt redire ad ſtatū me

terie: vnde factus eſt niſi ſola dei virtute: ſic peccator nõ põt redire ad ſtatũ bonum niſi ſola dei virtute. Eccle.vij. Conſidera opa dei: ꝙ nemo poſſit corrigere quẽ ille deſpexerit. vere illos deus deſpicit quos in luto peccati ita diu iacere pmittit: nec mirũ cũ ipſi eum deſpiciant. Iſa.xxxiij. Ve q ſpnis: nõne ⁊ ipſe ſperneris? Humilibus q ſe cinerez reputãt ſpecialiter debetur corona. Iſa.lxi. Ad ãn untiãdũ mãſuetis miſit me dñs vt darẽ eis coronã p cinere. nõ reputat ſe cinerẽ ex parte corporis qui bruneta vel ſcarleta corpus ſuum induit. Quis eni niſi fatuus talẽ ſaccũ facit cineribus ſuis? Itẽ nõ reputat ſe cinerẽ ex parte anime qui amat altitudinẽ. Non eni expedit cineri eſſe in alto ne a vẽto diſpergatur: dixit dñs moy. ⁊ aaron. Exo.ix. Ut tollerẽt plenã manũ cineris dẽ camio ⁊ ſpargerẽt in celũ ⁊ ſubſecuta ſunt vlcera ⁊ veſice: ſic cũ aliqs in alto ponitur ſequuntur veſice ſuperbie ⁊ vlcera vaneglorie vt leproſus ⁊ vlceroſus interius corã deo appareat quãtũcũqȝ exterius pulchrũ videatur Itẽ nõ vr̃ ſe cinerẽ reputare q pſumit ꝙ qñ volet ſe emendabit. Eccle.xxix. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit. Magna eſt illius fatuitas q cinerez illũ cuius pars eſt i vinea ſua ⁊ alia in agro ⁊ ſic de ceteris poſſeſſionibus eius credit p ſeipſuz

B cõgregari ⁊ nouũ hominẽ interiorẽ inde fieri cũ hoc ſolius virtutis diuine ſit ſicut ſuſcitatio corporũ ex pulueribus. ¶ Et notãdũ ꝙ memoria mori valde vtilis ẽ hoi. Eccle.vij. In oibus opibus tuis memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum nõ peccabis. Jero. in epiſtolis: platonis ẽ ſentẽtia oẽm ſapiẽtium vitã meditationẽ eſſe mortis: ſapiẽtiſſima phie ẽ aſſidua mortis meditatio Eccle.xxxiij. Memor eſto iudicij

E mei. Sicut eni erit ⁊ tuũ: meũ heri ⁊ tuum hodie hoc dicetur in pſona mortui loquẽtis ad viuũ. Spetialiter mortis memoria neceſſaria eſt iuueni: vñ. Trñ.iij. Poſt illud bonũ eſt viro cuz portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua ſubditur ponet in puluere os ſuum: os ſapientiũ in corde eorum. Eccle.xxi. os ergo in puluere ponit qui cogitat ꝙ puluis ſit. In hac meditatiõe pijciẽda eſt cupiditas ⁊ vanitas ſeculi. vnde Leui.i. Precepit domin' vt faciens holocauſta de turturibus vel pullis columbe pijceret veſiculam gutturis ⁊ plumas in locum cinerum holocauſtuz facit deo de turture q dat ſe deo vt ei ſeruiat i clauſtro de colũba q dat ſe deo vt ei ſeruiat in mũdo. Turtur eni amat ſolitudinẽ columba gregatim volat: veſicula gutturis que eſt q. horreum auium cupiditatem mundi ſignat pluma vero leuitatem. In loco ergo cinerum veſiculam proijcit qui cõſideratio mortis ſue cupiditatẽ a ſe abijcit. i non curans agrere ea que in breui perdat ⁊ q bus perdatur. B.. vtinam tantũ cõgregata perirent: ⁊ nõ cõgregator eoꝝ tollerabilius eẽt inſudare labori perituro q̃ peremptturo. Plumaz vero in locum cynerum proijcit qui cõſideratione mortis vanitatẽ huius mũdi refugit intelligens fatuũ eſſe in via ad mortem gaudere. Aug. Nihil aliud eſt tp̃s preſens q̃ curſus ad mortem. Valet aũt mortis memoria ad iſta vi. q̃ ſequũtur. ¶ Ad fugandũ exercituꝫ vitiorũ vel ſaltẽ terrenduꝫ: ſicut timẽt latrones iudicis aduentũ ſic vitia mortẽ terribilis eſt eis locus iſte quaſi porta iferni aut ex toto hominẽ deſerũt: aut ſaltem tremunt. Trene.i. ſordes eius in pedibus eius ſi eſt recordata finis ſui. Iumentũ cauda ſe defendit a muſcis: ſic hõ a vitijs cõſideratione mortis ¶ Scd̃o valet ad cõtemptũ mũdi. vñ Jero. Facile cõtẽnit oĩa qui ſe ſemper cogitat moriturum. Eccle.xi. Si annis multis vixerit hõ ⁊ in his omnibus letus fuerit meminiſſe dꝫ tenebroſi temporis ⁊ dierũ multorũ q cũ venerint vanitatis arguentur pterita in morte arguitur vanitas oẽ ꝙ eſt in mũdo. Cõcupiſcẽtia oculoꝝ ⁊ cõcupiſcẽtia carnis ⁊ ſupbia vite. Cõcupiſcentia oculoꝝ in eo ꝙ nudus reuertitur hõ in terra. Job.i. Nudus egreſſus ſuꝫ ex vtero matris mee nudus reuertar illuc. Cõcupiſcentia carnis in hoc ꝙ corpus in delicijs nutritum vermibus dat. Superbia vite in hoc ꝙ ille qui volebat eſſe ſup homines ponitur ſub terra que eſt ĩfimũ elementoꝝ. ¶ Tertio valet ad ſui cõtẽptũ Facit enim ꝙ homo cognoſcat ſe quaſi p reſolutionem qui modus recognoſcendi veriſſimus eſt: ⁊ hoc eſt ꝙ Dauid orat: ſciant inquit gentes quoniã homines ſunt. i. de limo. ¶ Quarto valet ad hoc vt hõ recte ſe regat in via preſentis vite. Sicut aues cauda regũt ſe volando ⁊ piſces na

tando. Job. xij. Interroga iumenta ⁊ do/
cebunt te ⁊ volatilia celi ⁊ indicabūt tibi
⁊c. Qui vult nauem regere ponit ſe in fi/
ne nauis ⁊ ſapiens cōſideratione finis re/
A git ſe in his q̄ ſunt ad finē. ¶ Quinto ad
tpandū preſentem leticiā ſicut ⁊ alia mala
pene. Eccle. xi. In die maloꝝ ne in memoꝛ
ſis bonorum. Memoria mortis multū va
let ad tēperandā preſentem leticiam: quia
multum habet amaritudinis. Ec. xli. O
mors q̄ amara eſt memoria tua homini
iniuſto ⁊c. ¶ Sexto ad hec vt homo recte
iudicet de preſenti vita ⁊ futura. Qui enī
per meditationē ponit ſe in articulo mor
tis, quaſi medius eſt inter preſentem vitā
⁊ futurā vtraq̄ videns de prope q̄ timet
ſe initio vite ſue vel prope interponēs ſibi
⁊ vite future: quicquid ſperat ſe victurū
longe eſt a vita futura vnde bona illius
modica ei videntur. Quaſi initio vite ſue
tenebat: qui dicebat. Luc. xij. Anima mea
multa habes bona in annos plurimos re
quieſce: bibe comede epulare: ſed deus po
ſuit eum in fine vite dicens: ſtulte hac no
cte repetūt animā tuam a te.

¶ De ſignis humilitatis. vij

Sequitur de ſignis hūilitatis que
multa ſunt. ¶ Primū eſt amor
humilium perſonarum. Eccleſi.
xiij. Oē aīal diligit ſimile ſibi. ¶ Scdm
eſt fuga altitudinis humilitas laudes fu/
git ſicut venenū Et ſicut ſagittas mellitas
⁊ vt ſermones faſcinantes. Sap. iiij. Fa/
ſcinatio nugacitatis obſcurat bōa ⁊ ſicut
rethe expanſum greſſibus ſuis. Prouer.
xxix. homo qui blandis fictiſq̄ ſermoni
bus loquitur amico ſuo rethe expādit greſ
ſibus eius xp̄s qui vere humilis erat fugit
volentes rape eū in regē. Jo. vi ¶ Tertiū
ē amor ꝓprie vilitatis. B. Uerus humilis
vilis vult reputari nō hūilis predicari gau
det de cōtēptu ſui. hoc ſolo ſane ſupbꝰ ꝙ
laudes cōtēpnit de hoc exēplū habemus in
Dauid. ij. Re. vi. Ludam ⁊ vilior fiā.
Et in dyalogo. Greg. Legitur de quodā
ſtatura puo qui Cōſtantinus dicebatur ꝙ
cū dixiſſet ei qdam ꝙ nihil hoīs hēret pti
nus letus in amplexus eius ruit eumq̄ ex
amore nimio ꝯſtringere brachijs cepit ⁊
oſculari magnaſq̄ gratias agere ꝙ de ſe
alia iudicaſſet dicens. Tu ſolus es qui in
me oculos apertos habuiſti. Et Dauid legi
tur. ij. Reguꝫ. xvi. Dimitte inquit eum vt
maledicat mihi. Et Act. v. Et illi ibāt gau
dentes a conſpectu cōcilij quoniam digni
habiti ſunt pro nomine illius contumeliā
pati. hūilitas opprobrijs paſcitur vt cibo
proprio. Trene. iij. Saturabitur oppro
brijs. Sicut ſe habet ſuperbia ad gloriā
ſic humilitas ad ignominiam vnde ſicut
ſuperbia gaudet de gloria ſic humilitas
de ignominia. humilitati ea ſunt precioſa
que alij eſſent vilia. Ipſa enim ſputū ab
hominationis ⁊ cōtemptus cōuertit qua
ſi in aurum ⁊ gēmas. Ipſa vilis ⁊ vult vi
deri alijs ſicut ⁊ ſibi vilis videtur: quan
to eſt ſibi vilior ſit tāto eſt deo precioſior.
Grego. in mora. Tāto vnaqueq̄ cauſa fit
precioſior in ꝯſpectu dei quanto pro amo
re dei deſpectior fit ante oculos ſuos. Itē
Grego. Tanto fit quiſq̄ vilior deo quan
to precioſior ſibi: ⁊ quanto precioſior deo
quanto propter eum vilior. Quartum
eſt ſi humilia officia libenter quis facit: de
hoc exemplū habemus in abigail. i. Reg.
xxv. Pro qua cum miſiſſet Dauid vt eā
duceret in vxorem ipſa ait. Ecce famula
tua ſit in ancillā vt lauet pedes ſeruorum
domini mei. In vitas patrum quidam
ſenex perfectus virtutibus orauit dominū
oſtende mihi domine quid ſit perfectio
anime vt faciam ⁊c. Et cum requireret cō
ſilium a quodam alio ſene ille reſpondit
ei de hoc p reuelationem. Uis facere quic
quid dico tibi. Et ille volo ⁊ dixit vade
paſce porcos ⁊ fecit ſic ⁊ cum alij viderēt
ꝙ paſceret porcos: dixerunt ꝙ factus eſſet
fatuus: ⁊ viſa eius humilitate reuocatus
eſt ad locum ſuum. Quintum eſt ſi cō/
ſilio acquieſcit ſicut hoc ꝙ aliquis non ac
quieſcit conſilio ſignum eſt ſuperbie. Gre
go. de non acquieſcente conſilio: ſi ſe in/
quit meliorem non crederet: nequaq̄ cun
ctorum conſilia ſue deliberationi poſtpo
neret. Sextum eſt ſi cōtumelias vel etiam
correptionem manſuete audit: Grego.
Qui gloriam non querit cōtumeliam nō
ſentit. Idē non timet cōfundi i cōſpectu
hominum qui ſolū gloriam querit apud
deū. Septimū eſt ſi ſecretum diligit. B
Loquens de illo vero. ij. Cor. xij. Parco

aũt ec. Quã pulchre inquit dicit parco: nõ parcit ſibi arrogãs: nõ ſuperbus. nõ cupidus vane glorie: vel iactator actuũ ſuoꝝ: qui vel ſibi arrogat: vel mentit de ſe ꝙ nõ eſt. Solus vere humilis parcit aĩe ſue: q ne putetur ꝙ nõ eſt ſemꝑ quantũ in ſe eſt vult neſciri ꝙ eſt. ¶ Octauũ eſt ſi libenter obedit. Phy. ij. Exinaniuit ſemetipſũ factus obediẽs vſq ad mor. exinanitio premittitur tanq̃ cã obedientie. Qui enĩ humilis nõ eſt: non libenter obedit.

¶ De diuiſione humilitatis.

a Conſequẽter ponẽde ſunt diuiſiones ad humilitatem pertinentes. Notãdũ ergo ꝙ eſt humilitas ficta: et eſt humilitas vera. De ficta legitur. Eccle. xix. Eſt qui nequiter ſe humiliat et interiora eiꝰ plena ſunt dolo. Uera humilitas eſt humilitas cordis. de qua Mat. xi. Diſcite a me qꝛ mitis ſum et humilis corde: nõ ficte dicit. Interdũ. Humilitatẽ cordis ſequit humilitas exterior: ſicut ramus prodit ex radice. i. Pe. v. Oẽs inuicẽ humilitatẽ inſinuate. ¶ Itẽ eſt humilitas ſufficiẽs et abundans: et ſupabundans: q̃ diuiſionem innuit. Glo. ſuper illud Mat. iij. Sic decet nos implere oẽm iuſticiã. i. humilitatẽ. Dicit glo. Et ſubditur: pfecta humilitas habet tres gradus.

¶ De gradibus humilitatis.

Primꝰ eſt ſubdere ſe maiori: et ſe nõ preferre equali. hec vocatur ſufficiẽs: qꝛ ſufficit: aliã ſic humiliari: et iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius. ¶ Scds gradus eſt ſubdere ſe equali nec preferre ſe minori. hic dicitur abundans. ¶ Tertius eſt ſubeſſe minori in quo ẽ ois iuſticia hunc xps impleuit. Itẽ humilitas diuidit in humilitatẽ itellectus q̃ conſiſtit in cognitione veritatis: et in humilitatẽ affectus: q̃ cõſiſtit in cõtemptu vanitatis. ſic beatus Ber. Supbiã diuidit in ſimiles ſpẽs: ſupbia inquit in ſpẽs duas diuiditur in cecã et vanã ſupbiã: quaꝝ prior itelligẽtie poſterior voluntatis vitiũ eſt. Idẽ eſt humilitas q̃ in nobis veritas parit: et nõ habet calorem. Et eſt humilitas q̃ caritas format et inflãmat: atq hoc quidẽ in affectu illa in cognitione conſiſtit. Cõmuniter etiã q̃ttuor gradus humilitatis diſtinguũt ¶ Quoꝝ primus eſt ſpernere mundum ſiue mundi gloriã. Scds ſpernere nullum: Tertius ſpernere ſeſe. Quartꝰ ſpernere ſe ſperni. ¶ De. xij. gradibus humilitatis ſcdm Ber. Require in tractatu de ſuperbia. Notandũ ꝙ Ber. in libro ſuo de. xij. gradibꝰ humilitatis nõ expreſſe illos. xij. gradꝰ humilitatis ponit ſed ꝑ oppoſitũ eos inſinuat. Ber. in ꝓlogo libri illius tituli inquit qui de gradibus humilitatis inſcribitur pro eo forſitan ꝙ non humilitatis gradus ſed ſuperbie potiꝰ et iſtũ qui deſcribiq videatur calũniã patieẽ: ſed hoc a minus vel intelligentibus vel attendentibus tituli ratione. Idem in lib. eodẽ. Idẽ ſunt gradus aſcendentiũ in ſoliũ: et deſcendentiũ: et eadẽ via aſcendentium in ciuitatem: et recedentium: et idem hoſtium ingredientium domum et egrediẽtium: per vnam deniq ſcalam aſcendentes angeli et deſcendentes iacob apparuerunt. In eodẽ. Proponat tibi beatus Benedictus gradus quos ipſe prius in corde ſuo diſpoſuit: ego quid proponã tibi: non habeo niſi ordinem deſcenſionis mee in quo tamẽ ſi diligenter inſpicitur via forſitan aſcẽſionis reperitur. Si. n. ibi Romã tendenti homo inde veniẽs obuiaret queſitus viam qd melius q̃ illa q̃ venit oſtenderet: deniq caſtella: villas: et vrbes: flumina ac mõtes per quos trãſierũt: nominat ſuũ denunciãs iter tuũ tibi preniciat: et illa vt eadẽ loca recognoſcẽs eundo que ille pertrãſijt veniẽdo. Hij ſunt. xij. gradꝰ humilitatis ſcdm ſanctum Benedictum: c

¶ Primus eſt ſi quis timorẽ dei in memoria habeat dei precepta et penas paratas coꝝ tranſgreſſoribus: et pmia parata obſeruatoribus: et ſic omni hora a peccatis ſe cuſtodiat. Scds eſt ſi quis nõ amãs propriã voluntatẽ deſideria ſua ñ delectetur implere. Tertiꝰ eſt ſi quis pro dei amore omni obedientia maiori ſe ſubdat. Quartus eſt ſi in ipſa obedientia contra aſpera pacientiã amplectat. Quintꝰ eſt ſi omnia mala ſua abſcondita abbati ſuo humiliter confiteatur. Sextꝰ ẽ ſi ad omnia que ſibi iniunguntur indignum ſe iudicet. Septimus eſt ſi omnibus ſe inferiorẽ et viliorẽ nõ ſolũ lingua ſua ſe pronunciet: ſed etiam intimo credat cordis affectu. Octauus ẽ ſi nihil agat monachus niſi ꝙ cõmunis monaſterij regula probat: vel maioꝝ exempla hortatur.

¶ Nonus eſt ſi linguã ſuã cohibeat: ⁊ eã vſqꝫ ad taciturnitatem teneat. Decimus eſt ſi non ſit facilis ⁊ ꝓnus in riſu. Undecimus eſt ſi pauca verba ⁊ rationabilia habeat ⁊ non loquatur clamoſe. Duodecimus eſt ſi non ſolum in corde humilitatem habeat: ſed etiam corpore oſtendat eam ſemper defixis in terraꝫ aſpectibus.

¶ Explicit de humilitate.

¶ De diuerſa acceptione paupertatis. ix.

A Equitur de paupertate. Et notandũ ꝙ paupertas qñqꝫ dicitur carẽtia diuitiaꝝ: ⁊ ſcḋꝫ hoc dĩc Aug. Inueſtigãti ſingulaꝝ rerũ naturas nõ inuenietur quid ſit paupertas: nuditas ⁊ forã men: ſic paupertas priuatio eſt: ꝑuationes vero cauſe ſunt directe aliarũ priuationũ ⁊ occaſiones multoꝝ bonoꝝ: multa vitia elongata ſunt ab eis qui hanc paupertatẽ habent. Greg. Habent ſancti hoc ꝓpriũ nam vt ſemper ab illicitis longe ſint: a ſe plerũqꝫ licita abſcidunt. Quãdoqꝫ dicit̃ paupertas contemptus diuitiarum. Sen. Nemo dignus deo qui opes nõ contẽpſerit. Tertio dicitur paupertas amor paupertatis. Ber. in epiſtolis. Non paupertas virtus reputatur: ſed paupertatis amor. Deniqꝫ beati pauperes non rebus ſed ſpiritu. Idem. Uolo te eſſe amicũ pauperuꝫ magis autẽ imitatorẽ. Idem amicitia pauperum regis amicos conſtituit: amor paupertatis reges. Idẽ pauperẽ equo animo ferre. virtus patientie eſt ſponte appetere ſapientie laus eſt.

B Notandum ꝙ paupertas multis de cauſis amanda eſt: quarum prima ⁊ maxima eſt ꝙ deus eam amat: cuius amoris primũ ſignum eſt: ꝙ filius dei eam voluit ſibi aſſumere. Ber. in ſermone. Forte aliquis arbitraretur filio dei ſublimia eſſe querenda palacia: vt cũ gloria rex glorie ſuſciperetur: ſed non ꝓpter hoc a regalibus illis ſedibus venit in ſiniſtra cuius diuicie ⁊ gloria: in dextera longiturnitas vite. Hoꝝ oĩum eterna in celis affluenta ſuppetebat: ſed paupertas non inueniebatur in eis. Porro in terris abũdabat ⁊ ſuperabũdabat hec ſpecies ⁊ neſciebat homo precium eius: hanc itaqꝫ filius dei concupiſcens deſcendit vt eam eligeret ſibi ⁊ nobis quoqꝫ ſua extimatione faceret precioſam. de paupertate xp̄i habetur. Luce. ij. Pannis eum inuoluit ⁊ reclinauit eum in preſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Item Math. xvij. Ubi miſit dominũ petrum ad piſcandum pro tributo ſoluẽdo. Dicit glo. Tante fuit paupertatis: vt vnde daret tributum nõ haberet. Et ſuper illud Math. xi. Circũſpectis omnibus cum iaꝫ veſpera eſſet hora exijt in bethaniã cum. xij. Dicit glo. Circũſpectis omnibus ſi quis euꝫ hoſpitio ſuſciperet. Tante enim paupertatis fuit: ⁊ ita nulli adulatus vt in tanta vrbe nullum inueniret hoſpitiũ. ij. Cori. viij. Scitis gratiaꝫ dñi nr̃i ieſu xp̄i: qm̃ ꝓpter vos egenus factus eſt cũ eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis. Treñ. iij. Recordare paupertatis mee ⁊c. Bern. Magna abuſio ⁊ nimis magna: vt diues eſſe velit vermiculus vilis ꝓpter quẽ deus maieſtatis ⁊ dominus ſabaoth voluit pauper fieri. Paupertas xp̄i creſcendo ꝓceſſit: in natiuitate pãnis inuolutus eſt ⁊ pro domo habuit diuerſoriũ. Deinde hoſpitium non habuit. Mat. viij. Filius hominis non habꝫ vbi caput ſuũ reclinet. Et Math. xi. Circũſpectis ⁊c. In paſſione vero etiã ꝓprijs veſtibus ſpoliatus eſt. Math. xxvij. Exeuntes euꝫ ⁊c. Aliud ſignũ amoris dei ad paupertatẽ eſt ꝙ propter pauperes filius dei in mundum venit. In p̄s. Propter miſeriã inopum ⁊ gemitũ pauperũ nunc exurgã dicit dñs. Luce. iiij. Euangeliçare pauperibus miſit me. Ber. in ſermonib⁹. Querat diuitias paganus qui ſine deo viuit. Querat iudeus: qui terrenas ꝓmiſſiones accepit: ſed qua fronte magis aut qua mẽte diuitias querit chriſtianus. Poſtq̃ xp̄s beatos eſſe pauperes predicauit: pauperes chriſtus in principio ſue doctrine beatos predicauit. Math. v. Luc. vi. Diuites felices. Luc. vi. Ue vobis diuitib⁹. Pauperes iudicat xp̄s dignos menſa ſua. Uñ Luc. xiiij. Leguntur pauperes ad cenam dñi introducti. In p̄s. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. pauperes deus adiuuat. In p̄s. Et audiuit pauperẽ ḋ iopia. Illis parcit. Iſa. xlix. Pauperũ ſuoꝝ miſerebitur. Illos elegit. Iſa. xlviij. Elegite in camino paupertatis. Iac. ij. Nonne deus elegit pauperes in hoc mũdo. Illos exaudit. In p̄s. Deſideriũ pauperuꝫ exaudiuit dñs. Eccl. xxi. Deprecatio pauperis ex ore vſqꝫ ad aures perueniet. Illoꝝ ẽ memor.

in ps. Non in finē obliuio erit pauperis. Illoꝝ eſt ſollicitus in ps. Ego aūt mendicus ſum ⁊ pauper. Dn̄s ſollicitus eſt mei. Illoꝝ eſt refugium ⁊ fortitudo. In ps. Factus eſt dn̄s refugium pauperi. Iſa. xxv. Factus eſt fortitudo pauperum ⁊c. Illos ſaluat i ps. Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum ſaluas faciet. ij. Re. xxij. Populum pauperem ſaluū facies in ps. Eripies inopem de manu fortiorū eius. Societatem pauperū preelegit dominꝰ. in mundo iſto ſocietati diuitū. Luce. xiiij. Omnis qui nō renūciauerit omnibꝰ que poſſidet non poſſet meus eſſe diſcipulus. i. Re. xix. Dauid puerū egyptiū aſſumpſit quē dn̄s ſuus reliquerat: ſic xp̄us aſſumit quos mundus relinquit ps. Pater meus ⁊ mater mea dereliquerūt me. dn̄s autem aſſumpſit me. Item tibi derelictus eſt paupꝑ Greg. in omel. os elegit deus quos deſpicit mūdus: qꝛ plerūqꝫ ipſa deſpectio hominē reuocat ad ſemetipſum. Idem infirmi quiqꝫ atqꝫ in hoc mūdo deſpecti plerūqꝫ tanto celerius vocē dei audiūt quanto in hoc mūdo nō hn̄t vbi delectētur. Itē pauperibus deꝰ regnū celoꝝ tribuit. Mat. v. ⁊ Luc. vi. Et non ſolū ad poſſidendū: ſed etiā ad dandū alijs. Luce. xvi. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis vbi cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Ipſe deus pauperū eſt. Numeri. xviij In terra eorum nihil poſſidebitis nec habebitis partē: ego pars ⁊ hereditas tua. Ipſe eſt ſpes pauperum: ⁊ exaltatio. Iſa. xiiij. In ipſo ſperabunt pauperes populi eius. Eiuſdē. xxix. Pauperes homines in ſancto iſrael exultabunt. Ipſe ſpecialiter de pauperibꝰ requiret in iudicio vt habetur. Mat. xxv. Immo ipſe pauperibus iudiciū tribuit. Job. xxvi. ⁊ Mat. xix. Uos qui ſecuti eſtis me ⁊c. Sedebitis ſuper ſedes iudicātes. xij. tribus iſrael. Pauperes honorat dominus. in ps. Honorabile nomen eoꝝ corā illo. Illos agnoſcit ⁊ nominatim vocat: vt patet in laçaro. Luce. xvi. Illos ab angelis deportari facit ad locū quietis. In eodem factum eſt vt moreret mēdicus ⁊ portaretur ab angelis i ſinū abrahe: ⁊ vt vno verbo dicatur tanta dilectio eiꝰ ad pauperes: vt qꝫ fit pauperi ſibi reputet fieri. Mat. xxv. Quot vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis: ve pauperi-

bus ſi eū non amant: qui tantū eos amat qui tot ſigna amoris oſtendit: multū contemnerentur pauperes in mundo iſto: niſi xp̄s eos tantum honoraſſet. Multis alijs de cauſis amāda eſt paupertas. ¶ Prima eſt quia eſt valde munda ſicut econtrario diuitie immunde ſunt amatores ſuos inquinantes qꝫ in rerum natura deus ſignificari voluit in hoc qꝫ aurū ⁊ argentū que videntur eſſe precioſiora inter eas tangētes ſe inquinant. Ber. in epiſtolis. Beatus qui poſt illa nō abijt: q̄ poſſeſſa onerant amata inquinant: amiſſa cruciant. Eccleſi. xiij. Qui tangit picem inquinabit ab ea ⁊ ſupra illud iaco. i. Religio mūda ⁊c. Dicit glo. Qui tēporalia nō diligit imaculatum ab hoc ſeculo ſe cuſtodit. ¶ Item paupertas eſt deo ꝑpinqua qꝫ figuratum eſt. Luc. ij. In hoc qꝫ paſtores de loco vicino venerūt ad xp̄m ecōtrario reges a remotis partibus venerūt. Mat. ij. Pauptas ē ſancta eſt tanq̄ locus in quo māſit filiꝰ dei plus q̄ xxx. annis. Exo. iij. Solue calciamenta de pedibus tuis. Locus enim in quo ſtas terra ſctā eſt. Pauptas ſpāliter pōt dici terra ſanctoꝝ. iſa. xxvi. In terra ſāctoꝝ iniqua geſſit ⁊ non videbit gloriam dei. iſa. lx. Adorabunt veſtigia pedū tuoꝝ. In eodem locum pedum meoꝝ glorificabo. ¶ Item expedita eſt. Gre. Liberius ad patriā tendimus. quia. q. in via pondere caremus. Idem terrena ſubſtantia eterne felicitati cōparata pondus eſt non ſubſidiū. Aug. in lib. de verbis dn̄i. Abice a te diuitiarū onera: abice vincula voluntaria: abice anxietates ⁊ tedia que te pluris annis ingetant. Ier. in ep̄s. ſi habes vade ⁊ vende ⁊ da pauperibus ſi non habes grandi onere liberatus es. Gre. Qui mihi onus diuitiaꝝ abſtulit me ad currendū citius expediuit. ¶ Itē paupertas leta eſt. Sen̄. Sepe pauper fidelis ridet. nulla ei in alto ſollicitudo eſt. Idem qui felices vocant hilaritas ficta ē ⁊ grauis triſticia: eo qꝫ grauior: qꝛ interdū nō licet palā eſſe miſeros ſꝫ inter erūnas cor ipm excedētes neceſſe eſt agere felicē. Aug. in li. cōf. Loquēs de quodā mēdico exhilarato vino: ille inquit letabatur ego anxius eram nimirum: ille felicior erat nō tantum quia hilaritate perfundebatur: cū ego curis euiſcerarer. Unū etiam qꝫ ille bn̄ operādo acquiſierat vinū. Ego aūt mē-

tiēdo querelā typiuz. ¶ In vitis patrum quidā pauper habebat vnā nattam de medietate ſe cooperiebat. aliā medietatē ſibi ſubmittebat ⁊ erat validū frigus ⁊ pater monaſterij de nocte exiens audiuit euz dicentē gratias ago tibi dn̄e quot ſūt modo diuites in cuſtodia etiaʒ qui in inferno ſedēt aut pedes hn̄t i ligno cōſtrictos. Ego aūt velud imperator ſum extendēs pedes meos i quo volo ambulo. Sen̄. Felix paupertas leta. nec tamen paupertas eſt ſi leta eſt. Gre. qui cū paupertate beneꝫ conuenit non eſt pauper. ¶ Itē paupertas ſecura eſt. Grego. Magna eſt ſecuritas cordis nil concupiſcentie habere ſecularis. Sen. Etiā in obſeſſa via pauperi pax eſt. Greg. Qui nihil habet in mundo ꝙ diligat: nihil eſt i mūdo ꝙ pertimeſcat. paupertas iuxta verbū ſapientis bonū eſt ſine calūnia pro ea nō mouent lites. nō timēt fures vel raptores. nō timet aeris paſſiones. Ipſa eſt donuʒ dei a paucis cognitum. Poeta. O munera nondū intellecta domini paupertas anguſtiq3 lares. Eccl. xi. Paupertas ⁊ honores a deo ſunt paupertas ſecura eſt: ⁊ temporaliter ⁊ ſpūaliter. Prouer. i. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Glo. Facile laqueos euadit in terris q oculos habet in celis. Job. xviij. Abſcondita eſt in terra pedica ei⁹: caym habuit caput tremuluz: caym interpretatur poſſeſſio: q poſſeſſiones hn̄t in mundo iſto in tremore ſunt in ps. Trepidauerūt vbi nō erat timor. Job. xv. Sonitus tremoris ſemꝑ in aurib⁹ eius ⁊ cū pax ſit ille ſeꝑ iſidias ſuſpicatur. Iteʒ paupertas quieta eſt. Sene. Quietiſſime viuerēt hoies ſi hec duo ꝟba tollerēt meū ⁊ tuuʒ. Gre. Quid i hac vita laborioſius quā terrenis deſiderijs eſtuare qd quieti⁹ q̄ nihil hui⁹ ſeculi appetere. hic eſt ꝙ iſrael cuſtodiā ſabbati accepit immunere: egyptus ꝑcutitur muſcaꝝ mltitudie. Iteʒ pauꝑes lʒ terra macilenta videat fertiliſſima ē veroꝝ bonoꝝ. Gen. xli. Creſcēt me fecit de⁹ i terra. paupꝑtat] mee. In hac terra voluit plātare vnigenit⁹ dei lignū. ſ. vite. Itē paupꝑtas vitijs mām ſubtrahit: q2 nō hʒ vnde ſuū paupertas paſcat amorem. Juuenalis: preſtabat caſtas humilis fortuna ſabina. Sen̄. inquit pecuniā pdidi o te felicē ſicut illa auariciā perdidiſti: ſed ſi manet illa apud te eo tantū felicior quo tanto malo materia ſubducta eſt.

¶ Paupertas vermis diuitē ſuperbiā occidit. Ipſa etiā duas filias ſanguiſuge iſfernalis que ſemꝑ clamāt affer affer ſuffocat. ſcilicet gulā ⁊ luxuriā de quibus habetur. Prouer. xxx. Paupertas medicinalis eſt. Greg. Quos moꝝ īfirmitas vulnerat paupertatis medicina ſanat. Ipſa purgat eos qui ſunt aurū ⁊ argentū ideo caminus dicitur. Iſa. xlviij. Elegi te in camino paupꝑtatis. Ipſa eſt fortitudo ſanctoꝝ ſicut diuitie ſunt fortitudo diuitū Prouer. x. Subſtātia diuitis vrbs fortitudinis eſt. Ipſa ē vt foſſatuʒ pfundiſſimū ꝙ diabolus multū nititur iplere. Abac. i. Cōportabit aggerē ⁊ capiet eā. Mira fatuitas aliquorū q diabolū iuuāt ad iplendū foſſatū caſtri ſui. Abac. ij. Ue qui ꝯgregat non ſua viſq3 quo aggrauat cōtra ſe denſuʒ lutū. pauꝑes in eccleſia remanēt dū diuites in regnum diaboli transferuntur; ſicut Nabuchodonoſor pauꝑes dimiſit in terra ꝑmiſſiōis. nobilibus trāſlatis in terrā ſuā. Jer. xxxix. Soph. iij. Derelinque in medio tui ppl'ʒ pauperē. pauꝑeꝝ ē hereditare regnū celorū. mobilia vero hui⁹ ſeculi ſunt diuitum ſicut figuratū eſt. Gen̄. xxv. Ubi abraā dedit yſaac cuncta q̄ poſſidebat: filijs āt ꝯcubinarū largitus eſt munera. Paupꝑtatem poſuit filius dei vt fundamētū religionis chriſtiane. Mat. v. Job. xxv. Qui extēdit aquilonē ſuꝑ vacuū: ſuꝑ vacuū ing̃ paupꝑtatis. Aquilonē vocat eccleſiā de gentib⁹ conuerſā: que cōgelata fuit in pctis ſuis. Paupertatē poſuit xp̄s gradum quo ad ꝑfectionē aſcendit. Mat. xix. Si vis ꝑfectus eſſe. vade ⁊ vēde oia que habes ⁊ da pauperib⁹. ¶ Paupꝑtas mater ⁊ nutrix et cuſtos religionis eſt. vnde qui igrediunt religionē ad eā voto ſe aſtringūt. econtrario abundātia religionem deſtruit. Adeo eniʒ occupat eā: vt meditationes: oratiōes lectiones: quibus dʒ ſuſtētari in ea pereāt: ita ꝙ ſerui vitium eccleſie ē iordinat⁹ ſtrepit⁹. Amos. v. Aufer a me tumultū carminum tuoꝝ: vbi ipſa non eſt: vitia ſunt i pace. nō ſunt correctiones vt potius videant trapezite q̄ religioſi. virge ſunt ibi potius ad oſtenſionē q̄ ad vitioꝝ effugationē. In refectorio lapidat ſobrietas varietate ferculoꝝ miniſtri manib⁹ eleuatis varia portātes: fercula afferūt: vn̄ ipſa lapidet; ſicut

Iudei afferrebāt lapides ad Beati ſtephani lapidationē. In clauſtris vbi ē habundantia tēporaliū inueniunt multi habituꝫ religionis deſerētes q tñ nō ſunt religioſi ſicut clerici q cōiter dicunt golliardi: quaꝫdoqꝫ habitū monachalē deſerūt ⁊ tñ monachi nō ſunt. Aliq etiā piiciunt ibi a parentib⁹ ſicut catuli quos matres nō ſufficiunt enutrire. Et aliq etiā intrāt vt fures vꝫ .ſ. dicētur ⁊ poſſint res monaſterij cōſanguineis ſuis dare. Aliq iſtar vulpis ſe mortuos ſpūaliter ſimulant vt predaꝫ faciunt vbi eſt habundantia vehemoth quieſcit q in arrido pauptatis requiē nō iuenit. Lu. .xi. Paupertas oēs ingredientes in mūdū iſtuꝫ excipit ſed poſtea a multis eijcitur ꝺ poſſeſſione ſua ſine culpa ſua ſꝫ in exitu ꝺ mūdo iſto recupat eos. Job. i. Nud⁹ egreſſus ſuꝫ de vtero matris mee nudus reuertar illuc. Pauptas ſeruitutē diuitiaꝝ que adeo generalis eſt excutit. Eccle. x. pecunie obediunt oia. Ipſa cū petro ſuper aquas ambulat .ſ. ſup mare huius mūdi. Math. .xiiij. Ber. in ſermonibus ꝫ pꝛogacio debebatur petro nouum iter ⁊ nouū modi itineris: antiquoꝝ ſane patrū diebus donec in terris videretur ⁊ conuerſaretur inter homines deus maieſtatis non erat euāgelice forma perfectionis: ſꝫ ſpūꝫ dñi ſolo in terris ſpiritu ſequebantur. ¶ Paupertas luto diuitiarum ſi affluant non vult coꝛ apponere. Ipſa oꝛdinem nature ſeruat. Sicut enim terra exterioꝛ calcatur pedib⁹ ſic ipſa terrena calcat mentis affectibus. Ipſa de fimo ſtabuli theſauꝝ facere dedignatur. ſtabulum eſt ꝫ pars mundi in qua ſumus quia habitaculum eſt iumenti nr̄i .ſ. coꝛpoꝛis. ¶ Pauptas terra talpib⁹ ⁊ ſerpētib⁹ relinqt. Iſa. lxv. Serpēti puluiſ panis eius. Ipa hominē cuſtodit ne a ſerpēte infernali comendat. Caſſiodoꝛus ſup illud ps. Oia a te expectant que deus p inalis ſuis abicit ſit diaboli pabuluꝫ: qua pꝛopter ſi inimici i eſcam dari volumus nunc debemus eſſe terreni quia ſic in pꝛincipio maledictus ē vt terram comedat Gen. iij. ¶ Paupertas amatores ſuos miro modo facit habundare. Habent eniꝫ de ea q̄ntū volūt. Eccle. ix. Eſt homo marcidus egēs recuperatione plus deficiens virtute ⁊ habundans paupertate: paupertas etiaꝫ terrenis diuitijs facit quodāmodo habūdare. Pauper eniꝫ diuitias quas p xpo contemnit quodāmodo habet dum eas xpo vendit de illis in celo theſaurum facit: vnde dominus emit a petro: ꝙ pꝛo eius amore reliquerat. Mat. xix. Q̄d nō feciſſet niſi illius fuiſſent. Nō eniꝫ emerat predā: quādo aliquis ex coꝛde dicit: nolo habere theſauros regios ⁊ imperiales: ⁊ ꝫ ꝓpt̄ chriſtum ſtatim chꝛiſto eos vendidit ⁊ in celo eos theſaurizauit ⁊ hoc ſine damno eoꝝ qui eos poſſidebāt. Remanet enim eis pleno iure: ⁊ ꝙ mirū eſt eoſdeꝫ theſauros diuerſi poſſent vēdere ⁊ in celo theſaurizarꝫ ⁊ nō ſolum ꝫ poſſunt facere de hiſ q ſunt ſed etiā de his q nō ſunt ſꝫ poſſunt eſſe Be in ſermonibus: o mira nouitas eius q oīa noua facit: tollens iugum inuenit regeꝫ relinquēs omnia cētuplum habet: de illa vero paupertate que eſt eoꝝ qui habēt multas diuitias quarum nō ſe reputant dominos ſed ſolum miniſtros. Notanduꝫ ꝙ ipſa valde glorioſa ē ipſa ē velut lilium inter ſpinas. De paupere hmōi veruꝫ ē illud. Pꝛouer. xiij. Eſt quaſi paup cū in multis diuitijs ſit. Ipſe in diuitijs dupliciter negotiatur bene miniſtrando ⁊ non amando. Ipſe diuitias terrenas in archa ſeruat ⁊ tamē in theſauro celeſti eas reponit: Qui .n. ad pios vſus diuitias ſeruat nō claudens viſcera tua indigentibus in celo iaꝫ eas repoſſuit: cū eas coꝛde iaꝫ deo obtulerit pios vſus diuitiarū intelligas etiā vxorū ⁊ filiorū cōpetētes prouiſiones. cū ad dei honoreꝫ ⁊ animarū ſalutē referuntur non ſic ab illis qui auare retinēdo diuitias quos nō paſcunt occidūt dū eos fame moꝛi pmittunt qui pauperibus partem ſuā auferūt. Et notandum ꝙ q amat paupertatem nō debet eius ſequelaꝫ fugere: ſcilꝫ famem ⁊ ſitim nuditatem: defectū tecti: defectuꝫ auxilioꝝ: defectū conſolationū. Ber. i ſermonibus videmus aliquos pauperes q ſi ṽā habeāt paupertatē: nō adeo puſillanimes inuenirentur ⁊ triſtes: vt pote reges celi ⁊ ſed hij ſunt qui puaperes eſſe volunt eo tāmen pacto vt eis nihil deſit: ⁊ ſic diligunt paupertateꝫ: vt nullaꝫ inopiam patiātur

¶ De beatitudine manſuetudinis.

Poſt paupertatem ſpūs dicendum eſt de manſuetudine que commēdatur in ṽbo illo beati mites ⁊c. ⁊ bene ſequitur manſuetudo paupertatē.

ſpūs. Qui eni vere humilis eſt cū nihil habeat ſui reputatione nō habet vnde turbetur non contra ſe que fiunt fieri reputat. Item qui terrena non amat elōgauit a ſe cauſam perturbationū: ſicut terra mixta aque eā turbidā reddit: ſic terrena humano cordi per amorē ſociata cauſe ſunt perturbationū: ſi vero a corde hūano ſi fuerit ſeparata eſt tranquillitas in mente. ¶ De māſuetudine vero hoc modo dicetur. ¶ Primo oſtēdet qd ſit māſuetudo. ¶ Secūdo quomodo mites ſint beati: vbi tāgetur de his que ad cōmendationē māſuetudinis ptinent. ¶ Tertio quare māſueti poſſidebūt terrā. ¶ Quarto ꝙ donum huic beatitudini adaptetur.

¶ Deſcriptio manſuetudinis.

Manſuetudinem ſic deſcribit peregrinus ſacerdos: māſuetudo inquit eſt modeſti animi tranquillitas quē nulla incurrentiū rerum tribulatione agitatur. Manſuetudo videtur eſſe temperātia ſeu modeſtia: vis irraſcibilis reſpectu mali vel inferendi vel deſtruendi: moderationem irraſcibilis in qua multū regnat impetuoſitas ſequitur mentis trāquillitas Glo. ſuper. Math. v. Mores tēperat māſuetudo ⁊ lenitas. ¶ Māſuetudo eſt dulcedo animi quam non vicit amaritudo: vn̄. Glo. ſuper. Mat. v. Mitis eſt quē mētis aſperitas ſeu amaritudo nō afficit: ſed ſimplicitas fidei ad omnē iniuriam patiēdum inſtruit patienter. Hec dulcedo quādam cauſam habere videtur ſanitatem viſcerum anime. Prouer. xvij. Dulcedo anie eſt ſanitas oſſium. Māſuetudo bonitas ē maliciam vincens nulli malū inferēs mala in bonū ꝯuertēs. Glo. ſup. v. Mat. Māſuet⁹ nō irritat vel irritatur: nec nocet vel nocere cogitat: ⁊ alia. Gloſ. mitis eſt quē rancor vel ira non afficit: ſed oīa equanimiter ſuſtinet. Manſueti ſi quid mortiferum biberint non eis nocebit. Mar. vlt. ¶ Manſuetudo mollities eſt ſeu ſuauitas malo cedens: ſubeſſe ſciens ſuperiori non reſiſtens tractabilis ſiue bonis conſentiēs ¶ Primū tangit. Glo. ſuper illud. Mat. v. Beati mites qui cedūt improbis vincūt in bono malū. ¶ Scd̄m tangit alia. Glo. ibidē: qui pie querit honorat ſcā nō repēdit non reſiſtit ꝙ eſt mitē fieri. ¶ Tertiū tangit. Glo. ſuper illud. Gal. v. Fructus ſpūs ē caritas ⁊c. Māſuetudo quo non ſum tractabilis: ſed potius tractabilis eſt quis

Māſuetudo vel in toto vel in pte videtur idē cū clemencia de qua dictū eſt i tractatu de temperātia vbi inuenies aliq̄ vtilia ad materiā iſtā. Aliqn̄ etiā benignitas pro māſuetudine accipitur tn̄ ſup illud i. ad. Cor. xiij. Caritas patiēs eſt benigna eſt vult. Glo. ꝙ benignitas cōſiſtat in largitione ſuoꝝ dicens benigna. i. larga egenis Et ſuper illud. Eph. iiij. Eſtote inuicē benigni dicit. Glo. i. de facultatibus largi. Et ſup illud. Gal. v. benignitas dicit. Glo largitas rerū. Animus māſuetus nobilitatē verā habere videtur: ⁊ nobilitatē q̄ aliena ruſticitas nō corrūpit. Nobiles huius mūdi parum ſunt nobiles ſeu carnales: vt primo ruſticitatē animi non faciant ſed ſi eis facta fuerit parati ſunt eaꝫ reddere ſed dn̄s vult filios ſuos adeo nobiles eſſe vt nulla ruſticitas eis facta eos poſſit ruſticos efficere. vt. ſ. nulla ruſticitas de eis exeat. ¶ Circa ſcd̄m notan. eſt ꝙ prima cā ⁊ maxima quare mites ſint beati ē illa quaꝫ dn̄s tāgit qm̄ ipſi poſſidebūt terrā. ¶ Secūda cā eſt: qꝛ ſunt imunes a miſeria quā iracūdiā vel rabiē comiatur: de qua miſeria require i tractatu de ira. ¶ Tertio ad beatitudinē mitiū facit excellētia hui⁹ virtutis. ſ. māſuetudinis: que excellētia apparebit ſi ponātur ea q̄ ad eius ꝯmēdationē pertinet: ⁊ poſſumus xvi. ponere ad eius cōmēdationē ptinētia. Cōmēdatio māſuetudinis. ¶ Primū eſt ꝙ natura hoieꝫ ad māſuetudinē incitat: figura enim hois exterior idicat ꝙ hō māſuetus eſſe debeat Et ſapiēs dicit hoieꝫ eſſe aīal māſuetuꝫ natura. In oī ſpē animalis figura corꝑis atteſtatur nature iteriori: ſicut vngues acuti magni ⁊ fortes ⁊ adūcati ⁊ dētes magni ⁊ ſciſſio oris magna atteſtantur rabiei vt apparet in leonibus ꝯtraria vero his atteſtantur māſuetudini vbi in hois homines crudeles: quaſi nō ſunt homies. In aialia eni ſilueſtria trāſierūt. ¶ Secūdū eſt māſuetudo dei q̄ ſcriptura ſacra tātū nobis ꝑdicat. Dan. iij. Fac nobiſcū iuxta māſuetudinē tuā. Soph. ij. Querite dn̄ꝫ oēs māſueti terre: querite iuſtū: q̄rite māſuetū. Joel. ij. Cōuertimini ad dn̄ꝫ deū noſtrū qꝛ benignus ⁊ miſericors ē. In. ps. Suauis dn̄s in oīb⁹ vijs ſuis. Tertiū eſt: ꝙ hec virt⁹

ſpeciale ornamētū fuit mediatoris. Jn.ps. Propter veritatē ⁊ manſue.⁊c. Mat.xxi. Ecce rex tuus venit tibi māſuetus. Je.xi. Ego quaſi agnꝰ māſuetus q portat ad victimā.i. Mat.xi.diſcite a me q2 mitis ſuz. ¶ Quartū eſt ꝙ hec virtus enumerat iter fructus ſpūs. Gal.v. Quintū eſt ꝙ hec virtus ornamētū ē multū decēs ſeruū dei. Eph.iij. Obſecro vos vt digne ābuletis vocatiōe qua vocati eſtis cū omni hūilitate ⁊ manſuetudine.i.Thi.vi. Tu aūt hō dei ſectare pacientiā ⁊ māſuetudinem. Jtē.ij. Thi.ij. Admone illos neminem blaſphemare: nō litigioſos eē ſʒ modeſtos omnez oſtēdētē māſuetudinē. Sextū ē ꝙ xp̄s magiſteriū huius virtutis ſibi ſpāliter ſcribit. vn̄. Glo.ſuper. Mat.v.huius virtutis q̄ſi magne magiſtrū ſe facit dn̄s ꝙ nō faceret niſi via ſumme pfectionis iſta virtus eſſet

b Septimū eſt ꝙ hec virtus diuia acqrit. Eccleſi.x. Sedes ducū ſupborū deſtruxit deus ⁊ ſedere mites fecit p eis. Octauū ꝙ eadē cōſeruat Prouer.xx. Roborat clemētia tronus regis. Nonum ꝙ vitā corporis cōſeruat. Prouer.xi. Clemētia ppa- rabit vitā ⁊ ſectatio malorū mortē. Eiuſdē xij. Qui ſuauis ē viuit i moderationibus.

Decimū ꝙ ſeruat animā. Eccle.x. Filij i māſuetudine ſeruat animā tuā. Māſuetudo eſt ſicut annumerale in caſtro anime lapides durorū verborū leuiter excipiēs. Et ideo ictus fruſtrās ⁊ hoiez a leſione cuſtodiēs ſicut vaſa vitrea in feno vel in aliis remolī inuoluunt: ⁊ ſic a pfractione ſeruant ſic māſuetudo animā ſeruat ne ira eā cōfringat. Undecimū ꝙ animū delectat. Jn.ps. Māſueti hereditabūt terrā ⁊ delectabūt in multitudine pacis: māſuetudo ē ſicut culcitra molliſſima in lectulo floride cōſciētie in qua animus cū deo qeſcit. Cā. i. Lectulus noſter floridus. Duodecimū ꝙ primū corrigit. Jn.ps.qm̄ ſuperuenit māſuetudo ⁊ corripiemur. xiij.ꝙ proximi gratiā acqrit. Ec.iij. Fili i māſuetudie opa tua pfice ⁊ ſup gloriā hoiuz diligeris Eze.iij. vt adamātē ⁊ ſilicē dedi faciē tuā: ſicut adamas ferrū attrahit ſic māſuetudo corda hoiuz. ¶ Decimaqrta ꝙ irā pximi frāgit. Prouer.xv. Rūſio mollis frangit iram Decima qnta ꝙ hominē deo valde placētem reddit. Eccl.i. Et ꝙ beneplacitū ē ei fides ⁊ manſuetudo. De duc gr̄e mītū placēt deo i hoie q2 fides facit vt hō poſſideat a deo quātū ad intellectū. Manſuetudo facit vt hō poſſideatur a deo q̄tū ad affectū. Māſuetudo facit hoiem a deo exaudiri in.ps. Memento dn̄e Dauid ⁊ oīs māſuetudinis eiꝰ. Judit.ix. Hūiliū ⁊ māſuetorū ſemper tibi placuit deꝑcatio ⁊ dn̄s beato. Dionyſio i carcere poſito. Benignitas ⁊ dilectio quaz ſemꝑ habuiſti faciēt vt qcqd petieris aliqbus impetres. Jtē manſuetudo dignū facit dei allocutione in.ps. Docebit mites vias ſuas. Eccleſi.v. Eſto māſuetus ad audiēdū verbū dei. Ja.i. Jn māſuetudine ſuſcipite inſitū verbū. Exo. xxxiij. Loqbatur dn̄s cū moyſe q fuit mitiſſimus hominū. Numeri.xij. Facie ad faciē ſicut hō ſolet loq ad amicum ſuū. Māſuetudo eni dignū facit dei defenſiōe. Numeri.xij. Locuta ē maria ad aarō contra moyſē.⁊c.ꝙ cū audiſſet dn̄s iratꝰ ē valde erat.n. moyſes mitiſſimꝰ: ⁊ ſubdit maria appruit cādēs lepra. xvi. Eſt ꝙ i iudicio ſaluat in ps. Cū exurgeret in iudicio deus vt ſaluos faceret oēs māſuetos terre. Jtez diriget māſuetos i iudicio ⁊ exaltauit māſuetos in ſalutē. Jſa.xi. Arguet in equitate pro māſuetis terre. ¶ Cōtra tertiū notandū ꝙ māſueti poſſidebūt terrā viuētiū. vn̄ Glo. virtus māſuetudinis poſſidebit terrā viuētiū ⁊ delectabitur i multitudine pacis

Māſueti in p̄nti pacifice poſſidentur a deo: iō lege viciſſitudinis in futuro poſſidebūt deū q ē beata hītatio viuētiū. Aug. nullius erit deus poſſeſſio niſi eiꝰ q̄ ipſe prius poſſederit p̄terea māſueti poſſident nūc corda ſua hoies imāſueti nō dn̄antur cordibus ſuis ſed potius ira dn̄atur in eis. Glo.ſup. Mat.v. Mites ſunt qui malis moribus dn̄antur pfecta virtus moꝝ poſſeſio. Prouer.xvi. Melior ē q dn̄atur aio ſuo expugnatore vrbiū Jtē māſueti bona ſpūalia ſi qua habēt poſſidēt hoies ira cūdi ea nō poſſidēt: ⁊ ſi ad horā eā hēant Jgnis eni in momēto eas depaupat. Jtez bōa terrena magnifice poſſidēt vt nō turbentur ſi ea amiſerāt q ex ammiſſione bonorū terrenorū turbātur nō poſſidēt ea ſʒ potius ab eis poſſidentur ſerui eni eorū ſunt nō dn̄i: vt igitur gratie tanq̄ merito gloria ſuccedēs vt primū. Rn̄deat. Manſueti qui in p̄nti ſunt: ſe ⁊ ſua poſſident tā ſpūalia q̄ terrena merito in futuro terram

viuentium poſſidebunt. Ber videtur intel ligere hoc verbum beati mites ꝛc. de terra quam calcamus. Au. enī: ꝛ humilibus
C datur celum: mitibus terra: quid relinquitur immitibus ꝛ crudelibus niſi īfernalis miſeria. Idē in ſermonibus verbum predictū exponit de terra corporis his verbis hanc terram corpus noſtrū intelligo ꝙ ſi poſſidere vult anima ſi regnare deſiderat ſupra mēbra ſua neceſſe eſt vt ipſa ſit mitis ꝛ ſuperiori ſuo ſubiecta: quoniā tale inueniet inferius ſuū qualem ſe exhibuerit ſuperiori. Armatur enim creatura ad vlciſcendam ſui iniuriaꝫ creatoris ꝛ ideo nolit anima que rebelle inuenerit ſibi corpꝰ ſuū ſe quoq̄ꝫ minus q̄ oporteat ſuperioribus potantibus eē ſubiectam: manſueſcat ipſa ꝛ humiliet ſub potēti manu altiſſimi ſubiecta ſit deo ꝛ his pariter quibus vice eius habet obedire prelatis: cōtinuo corpꝰ ſuum inueniet obediens ꝛ ſubiectū. Veritas enim eſt que loquitur beati mites qm̄ ipſi poſſidebūt terram. Et notandum ꝙ vera manſuetudo appet quando homini aliquid dicitur vel fit cōtra eius voluntatem. B. ſunt alij mites ſed q̄diu nihil dicitur: aut agitur niſi pro eorum arbitrio patebit: aut q̄ longe ſint a vera manſuetudine ſi vel leuis oriatur occaſio. Hec māſuetudo q̄ſo hereditabit que ante hereditatem deficit. ¶ Circa quattuor notandum ꝙ donum pietatis adaptatur manſuetudini. Si enīꝫ pietas accipiatur pro nimia manifeſtum eſt ꝙ qui habet pietateꝫ malo proximi cōpatitur nec vult nocere proximo: vnde qui pius eſt eſt māſuetus. Si
B vero pietas pro cultu dei ſumatur cultus dei eſt: iuguꝫ dei ſuaue ꝛ onus leue: de quo legitur. Mat. xi. Cui manſuetus gratia ſe inclinat ꝛ ſupponit ſicut inmanſuetus illū abijcit: vñ qui māſuetus eſt: eſt pius.

¶ De beatitudine luctus.

P Oſt paupertatē ſpūs ꝛ māſuetudinē dicendum eſt de luctu. Cum enīꝫ terrenitas vix ad plenum a corde amoueatur: trāquillitas autē manſuetudi-
A nis ſepe corrūpatur neceſſarius eſt luctus vt aqua lacrimaruꝫ terrenitas perfecte expellatur. Job. xiiij. Lapide excauāt aque ꝛ alluuione paulati terraꝫ cōſumitur ꝛ vt incedia irē aqua lacrimarū perfecte extinguatur. ¶ De luctu vero hoc modo dicetur. ¶ Primo oſtenditur quid ſit luctus put beatitudo dicitur. ¶ Secūdo diſtinguentur diuerſe ſpecies luctus: vt manifeſtum fiat cui luctui conſolatio debeatur. Tertio oſtenditur quomodo lugentes ſint beati vbi tangetur de his que ptinent ad cōmendationem luctus ſeu lacrimarū. ¶ Quarto dicetur de impedimentis lacrimarum. ¶ Quinto ꝙ donum aptetur huic beatitudini.

¶ Quid ſit luctus.

C Irca primū notandum ꝙ luctus prout ſumitur pro beatitudine eſt gratia vehementer dolendi de ma- B
lo ꝙ accidit vel de bono ꝙ deficit. Luctꝰ vero ſic ſumptus non eſt in his qui adhuc ſunt in peccatis ſuis. Grego. in mor. niſi a reatu culpe qui nos ligauimꝰ miſericorditer dimittamur perfecte flere non poſſumus: ꝙ in nobis ipſis cōtra noſmetipſos dolemus: ſcilꝫ malum vero in deſcriptiōe poſita intelligas non id ꝙ mūdus vocat malum penam temporalem que medicinalis eſt: ſed ꝙ vere malum eſt. ſ. malum culpe ꝛ penam futuraꝫ que eius eſt ſequela. Bonum etiam intelligas non bonum periculoſum vt eſt pecunia: ſed verum bonum. ſ. bonū gratie vel glorie. Dolor huiꝰ ſignum eſt ſalutis. Grego. in mor. Argumentum ſalutis eſt vis doloris.

¶ De ſpeciebus luctus.

C Irca ſcōm notandum ꝙ ſuper. Mat. v. Diſtinguit gloſa duas ſpecies luctus: prior eſt luctꝰ pro peccatis vel ſuis vel alienis. Secūdus eſt ex deſiderio celeſtis patrie. Prior eſt irriguum inferius Secundus eſt irriguūꝫ ſuperius: de quibus legitur. Joſue. xv. ꝛ: Iudic. i. Ille ſaluat preſentes ſordes hic accēdit acrius eternorum amatores vt dicit. Glo. ſuper. v. Mat. ¶ Aliqui etiam diſtinguūt quattuor ſpecies luctus: primus luctꝰ eſt luctus proprijs peccatis de quo in ps̄ exitus aquaruꝫ deduxerunt oculi mei ꝛc.
Secundus eſt luctus pro alienis peccatis. Je. ix. Quis dabit capiti meo aquam ꝛ oculis meis fonteꝫ lacrimarꝫ ꝛ plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei.
Tertius eſt pro incolatu preſentis miſerie. Dauid heu mihi quia incolatus meꝰ prolongatus eſt. Quartus pro dilatiōe patrie in ps: ſuper flumina babylonis illic

ſedimus ⁊ flebimus ⁊c. De quattuor ſpe
cies luctus ſūt: velut quattuor ydrie quas
iuſſit helyas impleri aqua ⁊ effundi ſup
holocauſta q̄ effuſionē ignis celeſtis ſub-
ſecutus eſt. Tertio Reg. decimo octauo.
¶ Poſſunt etiam diſtingui ſex ſpecies lu
ctus. ¶ Quarum prima eſt ex conſidera-
tione diuine offenſe vel contumelie. ¶ Se
cunda eſt ex conſideratione gehēne. Gre.
ſuper iob. Super omnia preui. ſic inferni
compunctionem prouocat. Tertia eſt
ex conſideratione aliene miſerie. Ro. xij.
Flere cum flentibus ⁊c. Quarta eſt ex
preſenti afflictione. Treñ. ſecundo. Plo-
rans plorauit in nocte. ¶ Quinta pro ſpi
rituali abſentia ſponſi. Mat. ix. Non poſ
ſunt filij ſponſi lugere q̄diu ſponſus ē cū
eis ⁊c. Sexta pro dilatione patrie. Hec
ſex ſpēs ſunt: velud ſex ydrie quas domi-
nus iubet aqua impleri. Jo. ij. Poteſt ta-
men poni diuiſio luctus generalior vt di-
ſtinguamus luctum in luctū malum ⁊ lu
ctum bonū ⁊ luctum indifferentē. Lu-
ctus malus ē vt luctus cupiditatis. de quo
dictū eſt ploratur lachrymis ammiſſa pe
cunia veris: vel luctus deceptionis d̄ quo
poeta vt flerent oculos erudire ſuos vl lu
ctus inordinate dilectionis de quo Aug.
in p̄mo lib. confeſſi. Cogebar inique plo-
rare didonem mortuam: que ſe occidit ob
amorē cū interea meipſum in his a te mo
rientē deus vita mea ſiccis ferē oculus mi
ſerimus. Quid enim miſerius miſero nō
miſerāte ſeipſū vel luctus eterne dānatio-
nis. Mat. viij. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dē-
tiū. Itē eiuſdē. xiij. ⁊. xxij. ⁊. xxiij. ⁊. xxv. ⁊
luce. xiij. puer. Extrema gaudij luct⁹ occu
pat. Et notandum q̄ idem faciunt pru
dentes ⁊ iprudētes: ſ; imprudentes illud
nō faciunt tempore oportuno. Eccleſi. xx.
Imprudens nō ſaluabit tempus. Señ. de
negligentibus facere quod faciendum eſt
tunc lachryme nihil p̄future cadunt: plo-
rabunt fatui ſicut hij ſapientes plorant
ſed tunc plorabūt quādo lachryme erunt
eis inutiles. Si nō plorarēt dānati niſi
lachrymā vnā corporalē ſingulis diebus
quibus erunt in inferno: plus plorarent q̄
ſint aque in mari. Omnes enī; gutte ma-
ris finite ſunt ⁊ poſſet deus dicere tot ſūt
⁊ non plures: dānati vero ſine fine erunt i
iferno. Luctus bonus triplex eſt. ſ. luct⁹
ꝯpunctionis: compaſſionis ⁊ deuotionis.
¶ De primo in ps. Lauabo per ſingulas
noctes lectū meū ⁊c. De luctu cōpaſſio-
nis. Job. xxx. Flebā condā ſuper eo qui af
flictus erat. Eccle. xxij. Super mortuū plo
ra. Defecit enim lux eius. ⁊ ſuper fatuum
plora. Defecit enī; ſenſu. Jere. xviij. Plo-
rans plorabit aīa mea: ⁊ oculus me⁹ edu
cet lachrymā: q2 capt⁹ eſt grex dñi. Eiuſdē
xiiij. Deducāt oculi mei lachrymā p noctē
⁊ diē ⁊c. Treñ. ij. Defecerūt pre lachrimis
oculi mei ſup ꝯtritionē ppli mei. eze. xxxij
Omnia lumīaria celi merere faciē ſup te.
¶ Luctus deuotionis ē vt cū aīa viri pfe-
cti dei dulcedine experta deflet abſentiam
ſponſi quo ad ſenſunm dulcedinis. Ber.
Ad frēs de monte dei loquens de illo qui
repellitur a lumine dei. Ad q̄ admiſſus ē
ſi amat inquit flere dulce habet: ⁊ nō ſine
multo gmitu cogitur redire ad ꝯſcientia;
ſuam. Item luctus deuotionis eſt qui eſt
ex deſiderio diuine viſionis. in ps. Sitiuit
anima mea ad deum fontem viuū ⁊c. Lu E
ctus etiā deuotionis eſt luctus q̄ habet aīa
viri perfecti ex magnitudine gaudij ſpiri-
tualis. De luctu deuotionis itelligi poteſt
illud. Aug. in lib. de ci. dei. Quanto inqt
eſt quiſq; ſanctior ⁊ deſiderijs ſanctis ple
nior tanto eius in orādo fletus vberior Itē
in libro ſoliloquiorum: modu; inquit vis
habere lachrymas meas cu; miſerie mee
modum non videant. Impatiens ē amor
Nec lachrymis modus ē niſi amori detur
q̄ amatur. Luctus indifferens eſt vt lu
ctus afflictionis tēporalis vel etiā gaudij.
Tobi. xi. Fleuere ambo cū gaudio. Gene.
quadrageſimotertio. Erumpebant lachry
me ⁊ introiens cubiculū fleuit. Secundu;
glo. luctus pro peccatis vel pro deſiderio
celeſti cōſolationē meretur. Alius vero lu
ctus non. Secundum Ber. luctus eorum
qui perſeuerantiam non habent nō mere
tur conſolationem. Alios inquit lugentes
video: ſed ſi de corde procederent lachry-
me nō ta; facile illico ſoluerentur in riſum.
nēc ſit cū abundantius ocioſa ⁊ ſcurri-
lia verba profluant quā prius lachryme.
Lachrymas huiuſmodi de his eſſe nō ar
bitror quibus conſolatio diuina promittit
quando quidem poſt illas tam facile con
ſolatio vilis admittitur.

Quare lugentes ſint beati.

F Irca tertiuꝫ notandum ꝙ prima
e ⁊ maxima cauſa quare lugentes
ſint beati eſt quā dñs tangit dicēſ
quia conſolabunt̄. Simile Luc. vi. Beati
qui nunc fletis qꝛ ridebitis. ¶ Lugentes i
futuro ꝯſolabūtur dei viſione ⁊ ēt multis
alijs modis. Iſa. vlti. In ieruſalē cōſola
bimini videbitis ⁊ gaudebit coꝛ veſtruꝫ: ⁊
luc. v. Dictū eſt diuiti de laçaro nunc hoc
cōſolatur tu vero cruciaris. iohā. xv. Tri-
ſticia vr̄a vertet̄ in gaudiū: ꝙ ſignificauit
aque mutatio in vinuꝫ. iohā. ij. iere. xxxi.
Conuertaꝫ luctum eoꝛuꝫ in gaudium.
D ¶ In preſenti etiaꝫ lugentes conſolantur.
Exo. xv. Aque marath. verſe ſunt in dul-
cedineꝫ. Tob. viij. Poſt lachrimatione ⁊
fletuꝫ exultationē infundis. Auguſt. i lib.
confeſ. Quantuꝫ fleui hymnis ⁊ canticis
tuis ſuaue ſonātis cōmotus eccleſie tue vo
cibus acriter ⁊ currebant lachꝛyme ⁊ be-
ne mihi erat cuꝫ eis. ¶ De tali qui habet
abundantiaꝫ dulciuꝫ lachꝛymaruꝫ veruꝫ
eſt illud ꝙ ſolet dici cōmuniter. iſti ſunt ſi-
cut piſci qui natant in aqua: de ſuauitate
iſta nō guſtat coꝛ ignobile. Prouer. xiiij.
Coꝛ ꝙ nouit amaritudineꝫ anime ſue in
gaudio eius non miſcebit̄ extranus. Gre.
in moꝛa. Luctu ſuo anima paſcitur cū ad
ſuperna gaudia flendo ſubleuatur: ⁊ itus
quideꝫ doloris ſūi gemituꝫ tolerat: ſed eo
refectionis pabuluꝫ percipit: quo vis amo
ris per lachꝛymas emanat. Ideꝫ i eodem
fit plerumqꝫ vt in his pijs fletibus gaudij
claritas erumpat: ⁊ mens que ceca iacue-
rat ad inſpectionē fulgens itimi ſuſpirijs
vegetata conualeſcat. Aliud ad beatitudi-
nem faciens in lugentibus luctu ſalubri.
poteſt eſſe q. tales imunes ſunt a triſticia
huius ſeculi que moꝛteꝫ operatur. ij. Cori.
vij. Ber. i omnibus operibus tuis memo
rare nouiſſima tua moꝛtis hoꝛroꝛeꝫ iudi-
cij tremendū valde diſcrimen ardētis ge-
henne metuꝫ ab oculis coꝛdis tui nullate
nus elongari patiaris. Cogita peregrina
tionis tue miſeriam. recogita annos tuos
in amaritudie anime tue. ⁊ cogita huma
ne vite pericula. cogita fragilitatē ꝓpriaꝫ
⁊ in huiuſmodi cogitatione ſi perſeuera-
ueris dico tibi paruꝫ ſenties quicquid fo
ris videtur eſſe moleſtuꝫ dum toto coꝛde
circa interioꝛeꝫ moleſtiam occuparis: ſed
nec patietur dominus ſine cōſolatione te
eſſe: quoniā eſt pater miſericoꝛdiarū ⁊ de⁹
totius ꝯſolatiōis: ⁊ cōplebitur omnino ꝙ
pollicetur veritas. Beati qui lugent ⁊c.
Tertio ad beatitudinem lugentiū facit
ꝙ lachꝛyme eos mūdāt ⁊ ceteri effect⁹ la
chꝛymaꝝ de qb⁹ i earū cōmēdatōe dicet̄.
De commendatione lachꝛymarum.
E T notandū ꝙ ad cōmendationē
lachꝛymarū. Primo valere pñt ex
hoꝛtationes quas ſcriptura ſacra
facit ad flendū. Jere. vi. Luctū vnigeniti
fac tibi. Eiuſdē. ix. Docete filias veſtras la
mentū. Lu. xxiij. ſuꝑ vos ip̄as flete ⁊ ſuꝑ fi
lios vr̄os. Jac. iiij. Miſeri eſtote ⁊ lugete
Eiuſdē. v. Ploꝛate vlulantes in miſerijs
veſtris. Secundo exēpla inter que preci-
puū eſt exēpluꝫ xp̄i. B. xp̄s compatitur ⁊
ploꝛat: hō patitur ⁊ ridebit: de luctu xp̄i
habes Hebꝛe. v. Cum clamoꝛe ⁊ lachꝛy-
mis exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et
Lu. xix. Videns ciuitatē fleuit ſuꝑ illam:
Et Jo. xi. Et lachꝛymatus eſt illic. Primo
fletu cōmendauit nobis fletu cōpunctio-
nis. Creditur enim fletum illum emiſiſſe
in cruce. Crux vero ſtatum penitentie de-
ſignat. In ſecundo fletū cōpaſſionis. In
tertio fletū deuotionis: qñ fleuit lazarum
reuocaturus ad preſentē miſeriā. Ber. in
ſermone xp̄m ſuꝑ lazarū ⁊ ſuper ciuitateꝫ
fleuiſſe: ⁊ in oꝛonibus ꝑnoctaſſe legitur.
Riſiſſe vero aut iocaſſe nuſq̄. Cōmendan
tur ēt lachꝛyme exēplo Petri. Mat. xxvi.
Egreſſus foꝛas fleuit amare. Jero. in epi-
ſtolis. Petrū ter negātē in locū ſuū ama-
re reſtituere lachꝛyme. Itē exēplū magd.
Lu. vij. Lachꝛymis cepit rigare pedes ei⁹
Tertio ad cōmēdationē lachꝛymarū pōt
locus valere in quo ſanctus Aug. In val-
le miſerie ſumus: in qua eo magis flēdus
eſt quo minus flemus. In p̄s. Aſcēſiones
in coꝛde ſuo diſpoſuit in valle lachꝛy. Ec-
cle. xxij. Muſica in luctu impoꝛtuna nar
ratio. Quarto tempus in quo ſumus. Ec
cle. iij. Tempus flendi ⁊ tempus ridendi:
tempus flendi eſt in preſenti vbi eſt multa
materia fletus ⁊ lachꝛyme ſunt in ſuo va
loꝛe. Materia fletus ſunt iniurie dei ⁊ cō-
tumelie: ſtrages animarum: incolatus pre
ſentis miſerie: dilatio patrie. De multipli-
ci materia fletus requiretur in tractatu de
luxuria: .c. de choreis. In futuro erit tp̄s
ridēdi qui erūt in paradiſo nō hēbūt ma

teriſ fletus. In his vero qui erũt i inferno
lachrymé nullius erunt valoris: tũc abſter
get deus oẽm lachrymã ab oculis ſancto-
ruz. Apoc. vij. Iſa. xxv. Auferret dñs deus
oẽm lachrymã ab omni facie. B. Felices
lachryme quas pia manus cõditoris ab-
ſterget. Tunc ridebũt electi pleno ore. Iob
viij. Deus non prohiciet ſimplicẽ: nec por
riget manum malignis donec impleatur
riſu os tuũ ⁊ labia tua iubilo: hic ridet ore
ſemipleno: quia hic impletur illud. Pro-
uer. xiiij. Riſus dolori miſcebitur.

¶ De virtute lachrymarum.

De virtute lachrymaꝝ. Notanduz
ꝙ lachryme primo animã mun-
dant. Aqua etiã lachrymaꝝ eſt ve
lut mare eneũ in quo igreſſuri tabernacu
lum: vel templũ manus ⁊ pedes lauabant
Exo. vlt. Et. iij. Ro. vij. Aqua etiaz lachry
marũ eſt lauatoriuz in clauſtro ſpirituali.
Et quaſi aqua d puteo eſt: ſi lachryme vé
niant de profundo peccatoruz: ⁊ ſi ſint de
proprijs peccatis tunc eſt puteus in ipſo
clauſtro. Si veri ſint pro peccatis alienis
⁊ non pro proprijs: tunc habet clauſtrum
illud aquã quaſi de alieno puteo ⁊ videt
habere maluz prouiſorez. Si vero lachry-
me ſunt pro incolatu huiꝰ miſerie: vel pro
dilatione patrie: tũc eſt aqua quaſi de fon
te viuo. Iohã. iiij. Aqua quam ego dabo ei
fiet fons aque ſalientis in vitam eternam.
Aqua lachrymaruz balneum eſt in quo
abluuntur anime: vt ſponſe regis celeſtis
fiant. Iere. iiij. Laua a malicia Ieruſalẽ cor
tuũ vt ſalua fias. ¶ Itez lachryme delent
lr̃as mortis quas qui peccat diabolo ſcri-
bit manu propria in libro conſcientie.
Dan. vij. Sedit iudiciuz: ⁊ libri aperti ſũt
libri incẽ. i. ↄſcientiaꝝ. Littere iſte effuſio
ne ꝓprij ſanguinis delẽde eſſẽt ſi aliter de-
leri non poſſunt ſic xp̃us deleuit cyrogra
phuz nobis contrariuz. Col. ij. Delens ꝙ
aduerſus nos erat cyrographum decreti
ꝙ erat contrariuz nobis ipſuz tulit de me
dio affigens illud cruci. Itez diabolũ ſub
mergerat. ¶ Aqua lachrymarum eſt q̃ſi
mare rubruz: vbi pharao infernalis cum
exercitu viciorum ſubmergitur. Exo. xiiij.
In ps. Conturbaſti capita draconum in
aquis. ¶ Item lachryme terraz cordis ir-
rigant ⁊ fecundãt. ¶ Aqua lachrymaruz
eſt fons paradiſi. Geñ. ij. Fons aſcẽdebat
de terra irrigans vniuerſam ſuper faciem
terre. Eccle. xxiiij. Rigabo ortum planta-
tionis. In ps. Qui ſeminant in lachrymis
in exultatione metent. ¶ Item lachryme
holocauſtuz impinguant. Gre. Sup Eze.
Holocauſtuz aridum eſt bonuz opus ꝙ
orationis lachryme non infundunt. Holo
cauſtuz pingue eſt bonuz opus ꝙ cũ agit
etiam lachrymis impinguatur. ¶ Itẽ la-
chryme ardorem cõcupiſcentiaꝝ ſedant.
Greg. in mora. Flãma ſuggeſtionum dia
boli citius extinguit vnda lachrymarum.
Si aliquis viderit domuz conſcientie ſue
ignorantie concupiſcentie ſuccendi recur
rere debet ad aquã lachrymarũ. ¶ Item
mentẽ humiliant. Prouer. xij. Meror in
corde iuſti hũiliabit eũ. ¶ Itez mentẽ mi-
tigãt. B. in ſermonibꝰ equũ in domitũ fla
gella domãt: aiam imitem cõtritio ſpũs ⁊
aſſiduitas lachrymaꝝ. Et vt breuiter dica
tur oẽm ſpũalẽ ĩfirmitatez ſanant. Iob. v.
Merẽtes erigit ſoſpitate. Itẽ a deo ꝙ hõ
vult ipetrãt. i. Re. i. c. Cuz eſſet anna ama
ro aio orauit dñz flens largiter que a dño
exaudita eſt. Iſa. xxxviij. Dictũ eſt Eze. Ui
di lachrymã tuã ⁊ ecce ſanaui te. Tob. iij.
orauit Tob. Cũ lachrymis ⁊ Sarra ſimi
liter ⁊ exaudite ſunt preces amboꝝ. Iu-
dith. viij. Indulgentiã eius cũ lachrymis
poſtulemꝰ. In ps. Auribꝰ percipe lachry-
mas meas. Aug. Que violẽte ſũt in preci
bus. Itẽ poſuiſti lachrymas meas in con
ſpectu tuo. Iere. xxxi. In fletu venient ⁊ in
miſericordia reducã eos. xp̃s cum lachry
mis preces offerens exauditus ẽ. Heb. v.
Itẽ lachryme oculũ cordis clarificãt: vñ
aq̃ lachrymaꝝ eſt natatoriũ ſyloe. Iohã. ix.
Abij ad natatoria ſyloe: ⁊ laui: ⁊ vidi. Gr.
Mens lachrymis baptiçata i cõtẽplatiõe
videt limpidius. Idẽ ſepe qd torpẽtes la-
tuit flentibus ſubtilius inoteſcit. Aqua la
chrymaꝝ eſt collirũ viſum iuuãs. Apoc.
iij. Collirio inunge oculos tuos vbi vide
as. Itẽ lachryme mentẽ eleuãt. Geñ. vij.
Multiplicate ſunt aque ⁊ eleuauerunt ar
chã in ſublime. Greg. in mora. Cũ per fle
tum mens ad ſũma rapit cõpunctiõis ſue
penã gaudens miratur ⁊ libet aſſici: q2 in
afflictione ſua ſe cõſpicit ad alta ſubleuari.
¶ Item lachryme vitam perditaz recupe
rant. Grego. Tempus redimimus quan-
do ante actam vitam q̃ laſciuiendo perdi

mꝰ flendo recupamꝰ. Ité regnū celoꝝ quaſi quadā vi obtinet. Gre. in omel. Regnū celoꝝ rapi vult nr̄is fletibꝰ ꝙ noſtris meritis nō debet. Ité lachꝛyme vt virtꝰ eaꝝ breuibus verbis exprimat operantur in celo in terra: ⁊ in iferno. Jn celo. vn̄ Eccl. xxxv. Nōne lachꝛyme vidue ad maxillam deſcēdūt: ⁊ exclamatio eiꝰ ſup deducentē eas. A maxilla eniꝫ aſcendūt ad celum. in terra operātur cū multiplices habebāt eſſe eiꝰ in hoibus vt pꝰus oſtenſuꝫ eſt. Jn iferno cū igné infernalē extinguūt quantū ad eū qui eas effundit. Ité lachꝛyme poſſunt in deū: in angelos: in hoies: ⁊ in demōes. Jn dn̄i dū eū: quaſi cogūt ad miſerandū. Un̄ ſup illud Tob. iij. Tunc Tobias ingemuit ⁊ cepit orare cū lachꝛymis dicit glo. Oratio deū lenit: lachꝛyma cogit: lachꝛyme deū faciūt: quaſi obliuiſci: iniquitatuꝫ noſtraꝝ lachꝛyme etiā angelos letificant. luce. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitentiā agēte. Bm. B. Delicie angeloꝝ ſunt noſtre lachꝛyme. Ideꝫ vinū angeloꝝ ſunt lachꝛyme penitentiū. Jn demones poſſunt lachꝛyme cum in eis ſubmergantur: vt prius dictum eſt.

¶ De impedimentis lachꝛymarum.

C Irca quartū. Notanduꝫ ꝙ. vi. videntur eē ipedimenta lachꝛymaꝝ. Primū eſt ſuperbia q̄ eſt vt terra arens. Joſue xv. ⁊ iudicū. i. Terrā arentē dediſti mihi in pſ. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Humilitas eſt quaſi aq̄ductus p quē lachꝛyme veniūt quē diabolus vult incidi. iudith. vij. Incidi precepit holofernes aqueductū. ipſa ē vallis ad q̄ deſcendūt aq̄ lachꝛymaꝝ. Scdm ē amor terrenoꝝ: vn̄ Caym iterfecit Abel. Gene. iiij. Caym iterpretat poſſeſſio. Abel luctus Gen̄. xxvi. Oēs puteos quos foderūt ſerui Abraaꝫ obſtruxerunt paleſtini implentes humo Tertiū eſt duricies ſiue ipietas. Gen̄. xxix. Os putei grandi lapide claudebatur: hoies qui nō habēt pietatē ad pximū nō inueniunt deū ſibi miſericordem. Ideo corda eoꝝ ſunt vt petra duriſſima. Job. xij. Si continuerit aquas oia ſiccabuntur. Ideo neceſſe eēt vt virga dei percuterentur vt aqua lachꝛymaꝝ inde exiret Deut. viij. Eduxit riuos viuos de petra duriſſima. Ité in pſ. Percuſſit petrā ⁊ fluxerunt aque ⁊c. Quartū eſt nimia occupatio. Gen̄. xxxvi. Anna inuenit aquas calidas in ſolitudine. iſa. xxij. Recedite a me amare flebo. Quintū eſt ignorantia ꝙ ipedimentū tangit dn̄s luce. xix. dicēs. Si cognouiſſes ⁊ tu ſupple fleres. Sextuꝫ eſt peccati magnitudo. B. in lib. de cōſideratiōe. Si doles ꝯdoleo: ſi non doleo tn̄: ⁊ maxime ſciēs a ſalute lōgiꝰ aſſiſtere membrū ꝙ obſtupuit ⁊ egrū ſeſe nō ſentienteꝫ piculoſiꝰ laborare. Gre. in omel. loq̄ns de phio ⁊ magdalene: ⁊ xp̄o iter duos inquit egros medicꝰ aderat: ſꝫ vnꝰ eger in febꝛe itegrū ſenſuꝫ tenebat. Alter vero in febꝛe carnis ſenſum perdiderat mentis in egritudine ſenſum perdiderat: qui hoc ipſuꝫ ꝙ a ſalute longe eſſet ignorabat. m

¶ Coadoptio luctus in donū ſcientie

C Irca qntū. Notādū ꝙ luctui adaptat donū ſcie. Un̄ iterli. Hij ſcie ſpū illuſtrātur vt ſciant qbꝰ malis iuoluātur. Hāc adaptationē iſinuat ſalomon. Eccle. i. Qui addit ingt ſciam addit ⁊ dolorē. Nō pōt hō ſcire in qbꝰ bōis vel malis ſit in pn̄ti vita ⁊ nō eē in luctu. Mala. n. p ſe luctū iducūt. Bona pò tpalia cām luctꝰ. i. pctm̄. Aug. Si bn̄ ē times ſi male doles. Hāc adaptationem iſinuat nobis ipſa natura. Ad idem enim membrum pertinent viſus ⁊ luctus. Idem iſinuatur nobis luce. xix. Uidēs ieſus ciuitatem fleuit ſuper eam.

De eſurie iuſticie. cap. xii.

S Equitur de eſurie iuſticie ⁊ recte poſt predicta de ea dicendum eſt quia predicta valent ad eſurieꝫ iuſticie. Humilitas que ad paupertatem ſpiritus pertinet: valet ad hanc eſuriē q: humilis ſentit ppꝛiaꝫ vacuitateꝫ. ideo eſurit repletioneꝫ: econtrario ſuperbus qui habet vanam plenitudineꝫ habet faſtidium iuſticie. Jtem paupertas voluntaria animaꝫ euacuat ab amore mundi. vnde reddit eam capacē amoris veri boni. Amor eniꝫ mundi ⁊ amor veri boni mutuo ſe expellunt ab anima. Coanguſtatuꝫ eſt eniꝫ ſtratum vt alter decidat ⁊ pallium breue amoris vtrūqꝫ operire nō pōt mundūꝫ. ſ. ⁊ verū bonū. iſa. xxviij. Manſuetudo valet ad hāc eſuriem: q: aiam euacuat ab amore malicie hoies imites eſuriūt maliciā ſeu pximi iniuriā. Jō nō pn̄t perfecte eſurire iuſticiā. Luctus etiaꝫ facit ad hanc

eſurie: q.n. lugēt recogitant ānos ſuos in amaritudine aie ſue: ⁊ cupiunt facere di gnos fructus pnie: volentes ſeruire iuſti cie ſicut in iuſticie prius ſeruierūt. Ro.vi. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire īmūdicie ⁊ iniquitati ad iniqtatē. ita nūc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſticie. B. Eſurie iuſticie ad pcedentē ordinat beati tudinē hijs verbis. Quid aliud inquit eſt hec cōſolatio que lugētib⁹ pmittitur q̄ p cedens de ſpecie venie gratia deuotiōis ⁊ ſuauiſſima delectatio boni: guſtus ſapien tie licz exiguus qbus interim benigniſſim⁹ dn̄s afflictā refrigerat alā: ſz guſt⁹ ille nihil aliō ē q̄ irritamētū dſiderij ⁊ incētiū amo ris: ſicut ſcriptū ē q edūt me adhuc: eſuriēt et q bibūt me adhuc ſitient: ppterea ilico ſubinfertur bti q eſuriūt ⁊c. ¶ Et no q iu ſticia hoc ſumi pōt generaliter p probita te ſeu bōitate ſeu rectitudine vite ad q ptī net q dicit. Glo. Amatores inqt viri boni qbus nō ſatis eſt: q iuſti ſunt: ſed ſemp ſi tiūt opus iuſticie: vel pt ſumi iuſticia put ad eā ptinet reddere vnicuiq q ſuū ē: vn̄ Glo. Juſticia eſt ſua vnicuiq tribuere ſi bi ⁊ proximis ⁊ deo. Jtē pōt ſumi put hec attēditur in inflictione penarū vnde. B. in ſermonibus. Alij inqt tā vehemēter cōtra aliorū. delicta zelant vt videri poſſūt eſurire ⁊ ſitire iuſticiaz ſi eēt apud eos de ſuis quoq petis idē iudiciū: ſed nunc pon dus ⁊ pōdus vtrūq abhominatio apud deū. Nā cōtra alios taz impudenter q̄ ina niter exuāt ſeipſos taz inſipiēter q̄ inuti liter palpant. Eſuriē iuſticie itelligas nō quemcūq amorē iuſticie: ſed amorez val de intēſum. Et no. q opera bona cibus ſunt anime: virtutes enim que ſunt quaſi quedā mēbra anime inde ſuſtentantur re ficiuntur augētur roborātur. Jo. iiij. Me us cibus eſt vt faciam volūtatez eius qui miſit me. Ad virtutes pertinet illud. Jſa. iiij. Panem noſtrum comedemus. Jpſe de labore ſuo viuūt: proprijs enīz opibus paſcūtur ⁊ ſine illis deficiūt. Jdeo recte di citur eſuries eē iuſticie. Eſuries enim eſt reſpectu nutrimenti ⁊ refectionis: qui eſu riūt ⁊ ſitiūt iuſticiā. i. vite rectitudinez vel bonitatē, ⁊ in ſe ⁊ in alijs beati ſunt quia ſatiabūtur in futuro. Adepto q deſiderāt. dicit. Interl. Tūc.n. nullus erit cū eis qui bonus nō ſit ⁊ qui bene nō agat. Jtē qui

iuſticiā ſcdo modo eſuriunt tūc ſatiabūtur Totaliter.n. viuent deo: vnde ſe totaliter reddet deo a quo totaliter habēt ⁊ ſic vere erunt iuſti. Jtē q eſuriunt iuſticiam tertio modo tūc ſatiabūtur: qꝛ tūc nullū malum relinquitur inpūitū. Tunc.n. implebitur illud ps. Letabitur iuſtus cū viderit vin dictā. Jtez q eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā habēt beatitudine. vie. Primo propter leticiā que iuſticiam ꝯcomitatur Jn. ps Juſticie domini recte letificantes corda: e cōtrario in iuſticiam ꝯcomitatur miſeria a qua mi ſeria ipſi immunes ſunt. Prouerbi. xiiij. Miſeros facit populos peccatuz. Aug. in lib. de libe. ar. Tanta eſt btitudo iuſtitie vt nemo ab ea niſi ad miſeriam poſſit abſce dere. ¶ Scdo qꝛ quanto habēt maiorez eſuriem iuſtitie: tāto habēt maiorē letitiaz opādo iuſtitiā. Prouer. xiij. Deſideriū ſi ꝯpleatur delectat animā. Jn eodē. Lignū vite deſideriū veniēs. Tertio qꝛ ſpūalē ſanitatem hn̄t eſuries n. iuſticie atteſtatur ſpūali ſanitati: ſicut rectitudo appetit⁹ cor porali ſanitati. Quarto qꝛ eſuriē iuſtitie ſeqtur habūdātia bonoꝝ opum: vn̄ multi plicat leticia annexa bono opi. Aia bo nis opib⁹ hn̄dans eſt: ſicut arbor bn̄dicta hn̄s fructuū habūdātiā. Aia vo ſine bōis opib⁹ ē vt arbor maledicta. Mat. xxi. Nū q̄ ex te fructus naſcat in ſempiternū. Ait dn̄s maledicēs ficui. Jtez aia habūdās bonis opibus ē vt mulier q̄ letatur de mlti tudie filiorū: q̄ vero ē ſine opib⁹ ē vt mu lier ſterilis que ſe miſeram reputat. i. Re. .i. Ait anna que fuit ſterilis mulier in quit in felix nimis ſum ego. ¶ Et notādū q ſicut mulieres ſteriles multum deſide rāt fructū. Sic aia multū deſiderare debet fructū bonoꝝ opū. Exēplū pmi dſiderij habes in Rachel. Gen. xxx. Da mihi inqt liberos alioqn moriar. Exēplū ſcdi deſi derij in Bernardo dicēte ſup eaz q̄ mult⁹ me puares o amara mors vite viu q̄ fru ctu: nā vita ſine fructu grauior mors. Deni q duo mala panī arbori in fructuoſe ſecu ris ⁊ ignis. Fame iuſtitie multi ſci mortue ſunt i mundo: multi etiā mortui ſūt morte corporali qꝛ p illa morti ſe expoſuerūt: eis rīda ē iuſticia vt theſaur⁹ alijs theſaur. n pualēs. Eccle. xxix. Pone theſaurū tuū i n pceptis altiſſimi ⁊ pderit tibi magis q̄ au rū. Alios theſauros reliqt hō cū moritr ſz

hunc theſaurum ſecuʒ deſert. Non eſt ceſ-
ſanduʒ a bonis opibus pro amico aliquo
Bona eniʒ opera faciunt homini ſocieta-
tem in morte cum amici nolunt h facere.
Apo.xxv. Opera.enim illorum ſequuntur
illos. Bona opa hominez ornāt ꝛ honorāt
in illa magna cura que erit cū fiet vniuer-
ſale iudicium. In ps. Aſtitit regina a dex
tris.t.ꝛc. ¶ Iteʒ bona opera in futura vi
ta hominem paſcūt. Prouer.vlt. Date illi
de fructu manuuʒ ſuarum. De iuſticia re-
quire in tractatu de virtutibus cardinali-
bus vbi hēs ſpālē tractatum de ipſa. Ap-
B tatur aūt eſuries iuſticie dono fortitudinis
vnde interli. Eſuries iuſticie ſpū fortitudi
nis fulcitur ne in via lēteſcat. Itē Glo. hec
virtus ſine ſpū fortitudinis non inpletur:
quia per eū eſuriendo ad ſacietatem: quā-
doq̃ venimus: Aliqui vero ideo eſuriem
iuſticie dono fortitudinis adaptant: quī
de refectione ꝛ exercitio operuʒ eſt robur
virtutum. Poſſet tamen dici quoniaʒ de
fortitudine: eſt iſta eſuries ſicut de fortitu-
dine vis apetitiue corpalis eſt eſuries cor
poralis: ꝛ de debilitate faſtidium: ꝛ ſicut
de fortitudine bellica ꝛ eſuries certaminū
ſic de dono fortitudinis eſuries iuſticie in
pn̄ti q̄ certamen habet Iob.vij. Milicia
eſt vita hominis ſuper terram.

¶ De miſericordia. xlij.

s Equitur de miſericordia de q̄ con
grue poſt p̄dicta tāgēdū ē: q2 poſt
cohibitiōʒ cordis ꝑpaupꝛtatē ſpūs
A a bono ꝙ inter nos eſt: ꝛ per manſuetudi
nem a malo ꝛ poſt ablutionem cordis ꝑ
lauacrū lachrymarum neceſſaria eſt dire-
ctio cordis ad verum bonum: ad quam ꝑ
tinet eſuries iuſticie: ꝛ deinde ad malum ꝙ
fit per miſericordiā qua malis ꝓximi cō-
patit. ¶ Miſericordes vero ideo bti ſunt
quia literas patentes hn̄t euangelij ꝙ ipſi
miſericordiam conſequuntur. Miſericor
des alienam miſericordiaʒ in pn̄ti per cō
paſſionem ſibi aſſumunt: ideo in futuro a
propria miſericordia liberi erunt: miſeri-
cordes xp̄m in menbris ſuis miſeria nunc
liberant: ideo in futuro iure viciſſitudinis
chriſtus eos a miſeria liberabit. De miſeri
cordia require in tractatu cardinaliuʒ vir-
tutum: vbi habetur ſpālis tractatus d ipſa
Ea vero que ponuntur vbi ad ipſius com
mendationem valere pōt ad oñdendum
miſericordiū beatitudineʒ. ¶ Adaptatur
aūt miſericordia dono cōſilij: vnde Gloſ.
Miſericordia eget ſpū cōſilij ſine quo ne
mo circūſpecte miſeretur. Iniciū.enim eſt
ſui miſereri finis eſt ꝓ alio mori. Ordo.n.
eſt miſerendi' vt vnuſq̄ſq̃ incipiat a ſe. Fi
nem chriſtus iſinuat pro peccatoribꝰ mor
tuus ex miſericordia. Miſericordiā ſpecia
liter conſuluit veritas iuueni requirēti qd
boni faceret vt vitam eternaʒ haberet. Si
vis perfectus eſſe: vade ꝛ vende omnia q̄
habes ꝛ da pauperibus. Mat.xix. ¶ Et
notanduʒ ꝙ vere miſericors eſt qui eſt mi
ſericors d ſuo. Bernar. in ſermonibꝰ. Sūt
alij miſericordes de hijs que ad ipſos non
pertinent qui ſcādalizant ꝙ nō datur ho-
minibus hn̄danter: ſic tamen vt nihil pe
nitus eos grauet: qui ſi miſericordes eēnt
de ſuo facere deberēt miſericordiam ſi nō
poſſent de ſubſtantia terrena de volunta-
te bona darēt his qui contra eos forte pec
care videntur: indulgentiaʒ darent dulce
ſignum verbuʒ bonum ꝙ eſt ſuper datuʒ
optimū vt eorū mentes ad penitentiā pro
uocarent. deniq̃ ꝛ hijs omnibus quos in
peccato eſſe cognoſcerent conpaſſioneʒ in
penderent ꝛ orationem. Alioqn miſericor
dia eorum nulla eſt. ꝛ miſericordiam con
ſequuntur nullam:

¶ De munditia cordis.

s Equit de mūditia cordis de qua
hoc modo dicetur. ¶ Primo po-
nentur eius deſcriptiōes. ¶ Scdo
tanget de hijs que mūditiā efficiūt vel cu
ſtodiūt. ¶ Tertio oſtēdetur q̄re mūdi cor
de ſint beati. vbi tāgetur d hijs que perti-
nent ad cōmendationē mūditie. ¶ Quar
to tāgetur de partibus mūditie. ¶ Quin-
to oſtendetur quod donuʒ huic beatitudi
ni aptetur.

De ſcriptiones munditie.

c Circa primū notandum ꝙ mūdi
tia ſic deſcribitur: munditia ē viri
uſq̃ hois i tegritas diuini amo-
ris ſtudio obſeruata pōt etiā ſic dſcribi. mū
dicia ē puritas ai oēm abhorrēs i mūditiā
B. in epiſtolis. Dicit ꝙ puritas cordis cō
ſiſtit i q̄renda gloria dei ꝛ vtilitate ꝓximi.
loquitur de puritate cordis reſpectu opū.
¶ Sup illud vero. Mat.v. Beati mundo
corde dicit iterli. quos ſi arguit cōſcia pec
catoꝝ. Octauo que efficiunt munditiam.

Circa ſecūdū notādum ꝙ octo ſūt
que videntur valere ad mūditiā effi
ciēdā vel cuſtodiēdam. Primū
eſt aqua ſapiētie ſalutaris multū valet ad
mūditiam ꝙ homo libēter audiat verbū
dei. vel quod libēter ſtudeat in ſcriptura ſa
cra. Jo. xiiij. Uos mūdi eſtis ꝓpter ſermonē
quē locutus ſum vobis. Eiuſdē. xvij. Sci
fica eos in veritate. ſermo tuus veritas eſt
dupliciter valet ſermo dei ad munditiam
Primo quia oſtēdit maculas cordis: ⁊
ſcḋ; hoc dicitur ſpeculū ſcḋo q2 dat aquā
gratie. Prouer. xiij. Doctrina bona dabit
gratiā. Et figuratū eſt ꝑ lauatoriū de quo
legitur. Exo. xxx. viij. Qḋ habebat ſpecula
exterius in q̄bus igredientes tabernaculū
i mūditiā ſuā videre poterant ⁊ itus aquā
vn̄ ea lauabāt. Sapie ſtudiū ad mundi
tiā valz q2 tollit otiū ꝙ ē occaſio i mundi
tie. Ber. oīuz tētationū ⁊ cogitationū ma
laꝝ ⁊ i vtiliū ſentina eſt ociū ꝑterea gene
rat caſtas affectiones: vn̄ dicitur vinū ge
nerās virgines. zac. ix. i. Uirginales affe
ctiōnes. Ber. ſup cant. Intrat ſapia dū ſen
ſuz carnis iſatuat purificat intellectuz cor
dis palatuz ſanat ⁊ tempat ſano palato
ſapiam bonū ſapit ipa ſapia que i bonis
nullū melius. ¶ Scḋm ē cōtritio cordis
ex qua aqua eſt lacrimaꝝ multū valet ad
mūditiā ꝙ hō frequēter ſe ābulat cū aqua
iſta cui aque ad miſcendus ē cinis: memo
ria. ſ. proprie mortis vel tꝑalis vel eterne.
vel etiā memoria dn̄ice mortis ꝑ hūc mo
dū fit lexiua ad abluendū valde efficiax in
qua bonū eēt lauare. q. ꝑ ſingulas noctes
linteamina illius lecti in quo tātus hoſpes
dz iacere deus ſz hāc ablutionem nō dedi
gnabitur facere dauid lz rex eſſet lauabo
inq̄d ꝑ ſingulas noctes lectū. m. Tertiū
eſt frequēs cōfeſſio cōfeſſione mūdandū
eſt tēplū ſpūale ꝙ figuratū ē i. mac. iiij.
Ubi legitur ꝙ iudas mūdauit tēplū a gē
tibus inquinatū. Judas eni cōfitēs inter
pretatur. Attendēda ſunt vero verba q̄
ibi dicit iudas ecce inquit cōtriti ſunt ini
mici noſtri aſcēdamus nūc mundare ſan
cta ⁊ renouare: cōtritio inimicorū mūda
tionē inde preceſſit ſic cōtritio de peccatis
q̄ ex auditu verbi diuini hō recipit prece
dit cōfeſſionē peccatorū in ps. Facta ē iu
dea ſanctificatio. Eius. iiij. Re. v. Uade ⁊
lauare ſepties in iordane ſepties in iorda
ne lauatur qui humiliter. vij. Criminalia
peccata cōfitetur. Ber. in. epiſtolis ad quā
dā virginē. Audi cui places. Ama vnde
places. Ama confeſſionem ob q̄ amaris.
Ama cōfeſſionē ſi affectas decorē confeſ
ſioni iungitur decor iūgitur pulcritudo in
ps. Cōfeſſionē ⁊ decorē induiſti: confeſſio
⁊ pul. in cōſ. eius reuera vbi confeſſio ibi
decor. ¶ Quartū eſt vite auſteritas taz in
victu q̄ i veſtitu: ſicē defricatio ⁊ abſterſio
cū panno aſpero valere ſolent ad emūda
tionem ſciphi ſic vite auſteritas valet ad
mūditiā ſpiritualē de hac aſperitate habe
mus exemplū in ioāne baptiſta. Mat. iij.
Ipſe aūt ioannes habebat veſtimentū de
pilis camelorū ⁊ zonā pelliceā circa lūbos
ſuos. Eſca eni eius erat locuſte ⁊ mel ſilue
ſtre. Quintū eſt elemoſynaꝝ largitio.
Luc. xi. Uerūtamē ꝙ ſup eſt date elemoſi
nā ⁊ omnia mūda ſunt vobis. Sextū eſt
oratio. Lu. ix. Facta ē dū oraret faties eius
altera ⁊ veſtitus eſt albus ⁊ reſulgens mū
dicia orādo acquiritur. Jō orat. Pſalmi
ſta. Cor mūdū crea in me deus. Mat. viij
Dn̄e ſi vis potes me mūdare. Orādo etiā
cōſeruatur. ij. Mach. xiiij. Scte ſctōꝝ
dei cōſerua in eternū domū iſtā impollutā
que nuꝑ mūdata eſt. Septimū ē lima
correctionis: q mūdiciā deſiderat: corre
ctionē nō fugiat ſed appetat. B. in ſermo
nibus. Sūt q peccata ſic ꝯfitetur vt videri
poſſint ex deſiderio cordis mūdādi id age
re Oia. n. i ꝯfeſſiōe lauātur niſi ꝙ ea q̄ ſpō
te dicūt aliis ab aliis paciēter audire non
pn̄t. Qui ſi ſe vere mūdari deſiderarent
vt videtur nō irritarentur: ſed haberēt ali
quem q ſuas illis maculas demonſtraret
Gre. Ille ſolus amicus meus erit qui an
aduentū diſtricti iudicis maculas mentis
mee tergit. Sunt quidam infelices qui a
lima correctionis ex que debuerūt contra
here mundiciam potius cōtrahūt rubig
nem: dū de correctione indignantur ⁊ de
teriores fiunt. De tali pōt dici illud ps. De
duxiſti eū ab emundatione vel emēdatiōe
.i. vnde debeat mundari vel emendari.
¶ Octauum eſt ignis tribulationis quo
dominus purgat illos: quos aurum ⁊ ar
gentum reputat vnde gaudere debet hō
cum videt ſe in igne tribulationis poſitū
Jac. i. Omne gaudium exiſtimate fratres
cum in varias temptationes incideritis.

Jlle qui inigne tribulationis per in paciē
tiā exuritur paleā ſe eſſe oſtēdit nō auꝝ vel
argētū vnde multū pōt timere illū. Mat.
iij. Paleas aūt cūburet igni in extinguibi
li. Amb. ſuper beati imaculati Sicut auꝝ
bonū ita eccleſie cū vritur detrimenta nō
ſentiat ſed magis fulgoꝛ eiꝰ augetur. ⁊ Et
notandū ꝙ in veteri lege fiebat triplex ſan
ctificatio. Primo ꝑ aquaꝫ expiationis.
De qua. Numeri. xxx. Scdo per ſangui
nē. Hebre. ix. Omnia pene ſcōm legeꝫ in
ſanguine mundantur. Tertio vnctione
vt tabernaculū ⁊ vaſa eius: ⁊ Aaron cum
filijs ſuis. Exo. xxx. Et poſſunt hec referri
ad triplicē baptiſmū. ſ. baptiſmū fluminis
q̄ pꝛopꝛie dicitur baptiſmus ⁊ batiſmuꝫ
ſanguinis quo beatus. Mauricius cū ſo
cijs ſuis baptizatus eſt: ⁊ baptiſmū flāmis
ſ. ſpūs ſancti quo ſaluātur illi qui non poſ
ſunt hr̄e baptiſmum: ſed credūt ⁊ cōterū
tur de peccatis ſuis: ⁊ libenter reciperent
baptiſmū ſi poſſent habere: vel in ablutio
ne per aquam facta intelligi pōt ſanctifi
catio que fit per ſolam gratiam dei vt in
puulis qui baptizantur. Jn ablutiōe facta
cū ſanguine intelligitur ablutio que fit ꝑ
penitentiaꝫ que eſt quedā carnis moꝛtifica
tio ⁊ crucifixio. Gal. v. Qui xp̄i ſūt carnē
ſuam crucifixerūt cum vitijs ⁊ cōcupiſcen
tijs per ſanctificationem vero in vnctiōe
facta ſignatur ſanctificatio que fit per au
gmentum: gratie ⁊ ſpāliter ſanctificatio
que fit in miſtris eccl̄e. Sicut. n. mūdioꝛa
ſeruanda ſunt calix ⁊ alia vaſa eccleſie q̄
vaſa cōia: ſic miniſtri eccleſie maioꝛis mū
dicie dicūt eē q̄ laici. Exo. xxx. Eadem vn
ctione iubētur ſanctificari. Aarō. ⁊ filij eiꝰ
⁊ vaſa tabernaculi. Jn eccleſia ēt miniſtri
eccleſie habēt quodaꝫ ſpāle ſacramētū. ſ. ſa
cramētum oꝛdinis quo excellētius ceteris
ſanctificētur. Et no. ꝙ ea que intrabant
vnctionē illā inſinuāt quō miniſtri eccle
ſie dēnt ſanctificari Primū erat mirra
pura ⁊ electa ſic dr̄ mirra illa que ſponte
manat ab arboꝛe: ⁊ eſt p̄cioſioꝛ q̄ illa que
elicitur ꝑ inciſionem coꝛticis ⁊ ſignificat
moꝛtificationē carnis que fit in iuuētutē
q̄ deo eſt gratioꝛ ⁊ homini vtilioꝛ. Prius
mirra penitentie cōdēda eſt q̄ vermibus
vitioꝝ computruerit myrra ē ſatuitas ali
quoꝝ: qui myrra iſta nolūt ſe iungere do
nec toti ꝯputruerint vermibus vitiorum.

¶ Secūdū erat cynamomū ꝙ ē cineree co
loꝛis: qđ cū frangitur in modū nebule ſpi
ramētū emittit viſibile: vt elicitur ex Glo.
ſuꝑ. Exo. xxx. Et ſignificat humilitatē mi
niſtroꝛuꝫ eccleſie que talis debet eē vt po
pulū viſibiliter edificet cum debeat eē exē
plaris. Tertiū erat caſſia que creſcit in
aqs ⁊ ſignificat fidē que in aqs ſacre ſcri
pture creſcit: ⁊ ſic tenēda eſt vt accipit ex
aqs ſacre ſcripture. Nō. n. dꝫ hō ſeq rōneꝫ
ſuā in his q̄ fidei ſunt. Quartū erat ca
lamus. Ut dicit. Glo. Exo xxx. Qđ ē arboꝛ
aromatica creſcens iuxta libanū. Et ſuꝑ il
lud. Ezech. xxvij. Calamꝰ i negociatione
tua dic̄. Glo. ꝙ i calamo vocalꝭ ſonꝰ ſigni
ficat vñ ꝑ calamū itelligit deuotio eccleſia
ſtici officij. eo. ꝙ calamo canit: qꝛ multuꝫ
ꝯſolatur ⁊ edificat populū dei his quattu
oꝛ ſpēbus Admiſcebatur oleū de oliuetis
ꝑ ꝙ ſignificatur pietas. Cui q̄tuoꝛ p̄dicta
debent deſeruire. Miniſter eccleſie pieta
ti ſe totū debꝫ dare vt ſit vir miſericoꝛdie.
Exemplū habemꝰ de hoc in oculo qui
tenerioꝛ ⁊ cōpaſſibilioꝛ eſt ceteris mēbꝛis
⁊ lachꝛymis ꝓpinquioꝛ. Jdē debet eē in
clero qui eſt. q. oculus eccleſie: Jtem de
hoc exemplū habetur in xp̄o qui totꝰ fuit
miſericoꝛdie: miſericoꝛdia. n. euꝫ traxit de
celo. ipā cū per vias aſperas huiꝰ vite du
xit pro redēptione miſeroꝝ eum vendidit
⁊ moꝛti crucis eū expoſuit. Si miniſtri ec
cleſie eēnt ipſius miſericoꝛdie in p̄nti: vix
eēnt quin ſaluarent̄. Miſericoꝛdia. n. iure
viciſſitudinis eoꝝ eēt in futuro. Moꝛtifi
catio carſiſtūc ſeruit pietati. qñ ꝙ oꝛi ſub
trahitur paupibꝰ datur. Humilitas quā
do in ꝓpꝛiis veſtibꝰ parū expenditur vt in
pauperibꝰ veſtiēdis multuꝫ expendatur.
Fides eſt cū aliquis frequēter meditatur
pauperē eſſe mēbꝛū xp̄i vel filiū dei vel ꝙ
xp̄us reputat fieri ſibi ꝙ pauperi fit ⁊ alia
que ſunt fidei que pietatē incitāt. Doctria
fidei pietati ſeruit cū doctoꝛ intendit his q̄
eccleſias edificāt. Glo. ſuper. i. Coꝛi. viii.
Hic deū diligit qui caritatis ſciaꝫ tēperat
vt ꝓſit fratri pꝛo quo xp̄s moꝛtuꝰ ē. Eccle
ſiaſticū etiā officiū pietati debet ſeruire: vt
miniſtri eccleſie debeāt ſubuenire anima
bus: que in pꝛeſenti pereunt: ⁊ illis qui in
purgatoꝛio cruciantur. Jtē notādū ꝙ
miniſtros eccleſie maxime mundicia de

cet ⁊ maxime in eis indecẽs eſt imũditia
ſeu macula.v.de cauſis. ¶ Prima ẽ quia
ipſi ſunt oculi eccleſie. In ps. Oculi mei
languere pre inopia. Pre inopia inq̃ lumi
nis exponit hec.glo.de apoſtolis qui fue-
rũt maiores miniſtri xp̃i. Macula in ocu-
lo maxime eſt noxia: macule in ceteris mẽ
bris: ⁊ ſi ea deturpet tñ nõ reddit ea inuti
lia. Poſſũt enĩ exercere officia ſua. Mul
ti maculatis pedibus recte incedũt. macu
la vero in oculo eũ inutilẽ reddit etiã mo-
dicũ pulueris viſum oculis ĩpedit. Greg.
Nequaq̃ in mẽbro maculã pure cõſi ierat
oculus: quẽ puluis grauat. ¶ Scdo quia
ſunt vt ſpeculũ eccleſie. Layci enim mul-
tũ ad eos inſpiciunt: vnde ſatis poſſũt di-
cere illud.i. Cori.iiij. Spectaculũ facti ſu-
mus mũdo: ſicut de xp̃o dicitur. Sap.vij.
Quid eſt ſpeculũ ſine macula ita pro poſ
ſibilitate ſua ipſi deberẽt eſſe ſpeculũ ſine
macula in quo pure reluceret xp̃i imago.
Si macula fuerit in ſpeculo illã illudet q̃
in eo faciẽ videre querebat: ſic ſi macula
fuerit in miniſtris eccleſie ad illã reſpicit
populus: ⁊ ſecundũ eũ ſe maculabit. Mi
niſter eccl'e dꝫ p̃ſe illud.i.Cori.iiij. Eſtote
imitatores mei ſicut ⁊ ego xp̃i. ¶ Tertio
q2 ſunt vaſa electionis regi regũ ⁊ dño do
minantiũ. Modica macula in ſcypho re
gis vinũ infuſũ abominabile reddit ⁊ i vi
le quantũ ad potũ regis. ſic ſapiẽtia i mul
tis ꝓpter maculã vite abominabilis red-
ditur deo ⁊ hominibus. Gre. Cuius vita
deſpicitur reſtat: vt eius predicatio cõtem-
natur. De vno vaſe electionis habes. Act.
ix. Vas inq̃t electionis eſt mihi iſte vt por
tet nomen meũ corã gentibus ⁊ regibꝰ et
filijs iſrael. Vaſa vero electionis hodie in
vaſa cõmunia ſunt mutata. Oſee.viij. Fa
ctus eſt iſrael in natiõibus quaſi vas imũ
dum. Iduei imũdũ cõmune dicebãt. Hu
ius imũditie in magna parte cã eſt negli-
gentia circa cuſtodiam oris. Numeri.xix.
Vas q̃ no habuerit operculũ nec ligatu-
rã deſuper imundũ erit. ¶ Quarto quia
habẽt mundare alios: ideo oportet eos eẽ
mundos. Eccleſi.xxxiiij. Ab imundo quis
mundabitur? Sicut non eſt calidi frigeſa
cere: ne frigidi calefacere: ita nõ videt eẽ
imundi mundare. Gre. Reliquas ſordes
tergere non valet manus: que lucũ tenet.
Nee.xij. Mundati ſũt ſacerdotes ⁊ leuite
⁊ mundauerũt populũ.i. Mach.iiij. Ele-
git iudas ſacerdotes ſine macula volũta-
tem habẽtes in lege dei ⁊ mũdauerũt ſan
cta. ¶ Quinto q̃ miniſtri ſunt altiſſimi:
ideo ſicut ipſe imaculatus ẽ oportet eos eẽ
imaculatos. in ps. Ero imaculatus coram
eo ⁊c. Item ambulans in via imaculata
hic mihi miniſtrabat. Ephe.i. Elegit nos
vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati in conſpe
ctu eius in caritate.

¶ Quare mundi corde ſunt beati.

Irca.iij. Notandũ q̃ prima ⁊ ma b
c xima cã q̃re mundi corde ſũt bea-
ti eſt illa quã dñs tangit: quoniã
ipſi deũ videbunt. in futuro videbũt eum
facie ad faciẽ in quo erit maxima delecta-
tio. Iohã.vij. Hec eſt vita eterna vt cogno
ſcat te verũ deũ ⁊ quẽ miſiſti ieſũ xp̃m.
Et ſup illud ps. Oſtendã illi ſalutare meũ
Dicit glo.i. Chriſtũ in maieſtate. Et ſub-
dit. Hec viſio eſt tota merces. in preſenti
etiã videtur deus a mũdis corde eo modo
quo: vt prius oſtenſum eſt quarta parte
in tractatu de cõtemplatione. B. Pura ve
ritas nõ niſi puro corde videt. Hebre.xij.
Pacẽ ſequimini cũ oĩbus ⁊ ſanctimoniã
ſine qua nemo videbit deũ. ¶ Mũdi cor
de nõ ſolũ beati ſunt beatitudine ſpei ſed
beatitudine vie: q2 liberi a miſeria imun
ditie que magna eſt. in ps. Beati imacula
ti in via. Apoc.xxij. Beati qui lauãt ſtolas
ſuas in ſanguine agni.

¶ Duodecim que faciunt ad commenda
tionem mundicie.

T nota.xij. ſunt que faciũt ad cõ-
e mendationem mũdicie cordis.
¶ Primũ eſt multiplex exortatio
q̃ ſcriptura ſacra facit ad mundiciam vel
mũdationẽ. leui.xi. Scti eſtote q2 ego ſcũs
ſum. idem eiuſdẽ.xij.⁊.xx. itẽ deut.xviij.
Perfectꝰ eris ⁊ abſq̃ macula cũ deo tuo.
uit corp⁹ ſuū: ⁊ in ſeruitutē redegit. ne cuꝫ
alijs pdicaſſet reprob⁹ efficeretur quomō
tu iuuēcula ad huc in feruore iuuentutis
poſita dapibus ⁊ vino plena: de caſtitate
eris ſecura. Ipſa etiaꝫ auaritia quādoque
prouenit ex vitio gule: vnde Jeronimus.
Delicie ⁊ epularū varietas: auaricie fomē
ta ſunt. Idem tolle epulas ⁊ libidinis lu-
xuriam. Nemo querat diuicias quaꝝ vſus
omnes in ventre: vel ſub ventre ſunt.
De innumeris vicijs prouenientibus ex
hoc vicio immiſericordia.

s Equitur ex hoc vicio ſimiliter im
miſericordia vnde Amos. vi. Bi-
bentes vinū in phialis ⁊ optimo
vnguēto delibuti nihil cōpatiebantur ſup
contritionē. Joſeph. Ad idē facit quod le-
gitur. xvi. Luc. de diuite epulone: q Laza
ro cōpaſſus nō eſt. Et vniuerſaliter hō vi
tio gule ſubiectus nulli alij vitio reſiſtere
poteſt vnde Gallenus. Ebrioſus ſeruus ē
omniū peccatorū nullū peccatū poteſt vin
cere q captus eſt iſto vitio. Ex quo om̄ qꝺ
ē quaſi porta hominis vitiū gule quod eſt
quaſi de: famulis diaboli dominatur totaꝫ
familiā diabolicā ſcilꝫ vniuerſitatē vitioꝝ
pmittit intrare. vitiū gule reddit hominē
ſtultum: imo inſanum: ⁊ ad vltimum red
dit euꝫ quaſi porcum. Ad primum faciūt
hec teſtia ſcripture. xx. Prouer. Ubi loqui
tur de vino ⁊ ebrietate. Quicūq3 his dele
ctatur nō erit ſapiēs. Et in iob. Sapientia
nō inuenitur in terra ſuauiter viuentium.
Seneca. Copia ciboruꝫ ſubtilitas ingenij
impeditur. Jeronim⁹. Uēter pinguis nō
gignit tenuē ſenſum. Seneca. Nihil aliud
eſt ebrietas: q̄ volūtaria inſania. Tullius.
Mente recta vti nō poſſunt multo cibo: ⁊
potu repleti. Ad ſecundum ptinet: q legi
tur Oſee. iiii. Uinū ⁊ ebrietas auferunt cor
i: mentē: ⁊. v. eiuſdē: Ceperūt principes fu
rere a vino. ¶ Ad tertiū facit q dicit ſene
ca. Quoſdā vētri obediētes loco aīaliū nu
meremus non hominū. Jero. Qui p⁹ car
nē ambulāt in ventrē ⁊ libidinē pni. qſi ir
rationabilia iumēta reputātur: ⁊. ij. Pet.
ſecūdo. Dicitur de talib⁹. Hi velud irratio
nabilia pecora naturaliter in captionē: ⁊ p
nitiē ⁊c. Glo. Inter linearis ſupplet. tēdūt
in hoc tū deteriores ſūt irratiōabilib⁹ aīa
libus q: illa nō incidunt in laqueos quos
vidēt: vel in laqueos ēt i quos alia vice ce
ciderūt q iſti faciūt. vnde Jero. Bruta aīa
lia: ⁊ vage aues in eaſdē pedicas: retiaq3
nō incidūt. ¶ Preter iſta mala: q̄ ſpūalia
videtur eē ſequuntur multa mala ex vitio
gule. Primo fames vñ de guloſis dicitur
famē patiūtur vt canes. Oſee qrto. Come
dēt ⁊ n̄ ſaturabūtur. Jero. Uoluptas hec
famē nō ſacietatē parit. Et luc. xv. Dicit fi
lius pdigus q tenet figurā guloſoꝝ ego aūt
hic fame peo Et ad litterā ē hic verꝫ de illo
q inebriauit ſe, veſpe q: ſitit in ſequenti ma
ne. vnde Prouer. xxiij. Dicit Salomon in
pſona talis. Quādo euigilabo: ⁊ rurſus vi
na deliū repiamus. ſitit vſq ad prādiū: niſi
prius biberit. Idē accidit de eſurie. In prā
dio nō ceſſat eſuries: q: vel nō h3 ea q̄ vel
let vel quātuꝫ vellet vel ppata vt vellet ſic
n. dicit Aug. Ubicūq qrit caro refectionē
inuenit defectionē. Si aūt accidat q habe
beat q̄ ⁊ qualia. ⁊ quātū vult nō habet tū
ventrē quātū vellet habere: aut deeſt ei an
nona: aut ſaccus. Nō pōt eſſe abſq3 fame:
cui ex defectu famis. fames naſcitur. Tūc
oportet eū ire ſpatiari: vt ſic eſuriat ⁊ ſic fa
mē venetur. Leditur ēt natura: vnde Job
xx. Cuꝫ ſatiatus fuerit artabitur: ⁊ ois do
lor irruet ſup eū: hō ſaciatus artatur. i. art⁹
ſibi videt. Sicut anguſta videntur alicui
horrea ſua pp multitudinē frumēti: Dolor
ēt irruit ſup eū: Nō pſeqtur. n. voluntatē q̄
queſiuit. vñ Tulli⁹. Si videres iſtos epu
lātes velud opimos boues ſtertere: ⁊ ſuda
re intelligeres eoſq maxime ſequūtur: vo
luptates minime aſſeq. Qui vitio gule la-
borat: patitur p delectatiōe vni⁹ hore. mo
leſtiā diei vnius vel mēſis: q: in acutā vel
aliā infirmitatē incidet. Seneca Ebrietas
vnius hore hilarē inſanū longi tēpis tedio
pēſat Eccle. xx. Amaritudo aīe vinū mul

tum potatum. Ex vitio ēt gule ſequitur vi
gilia vñ Eccle. v. Dulcis eſt ſomn⁹ opanti
ſiue parū: ſiue multū cōmedat. Saturi-
tas āt diuitis nō ſinit eū dormire. Sequit
etiā inde paupertas. vnde Eccle. xix. Ope-
rarius ebrioſus non locupletabit. Et Pro
uer. xxi. Qui diligit epulas in egeſtate erit
Qui amat vinum ⁊ pinguia non ditabi-
tur. Cauſa vero quare talis non ditatur.
tangitur in aggeo. vbi ſic legitur. Qui cō
gregauit mercedes: miſit eas in ſaccum ptu
ſum. Quantū ebrioſus per totā ebdoma
dā laborauit in die dominica totū ponit
in ſaccū pertuſū. ſ. in ventrem. Sequitur
etiā ex vitio gule corporis infirmitas nec
vna tantū: ſed plures: ⁊ quādoq₃ mors.
Ad primū pertinet: quod legitur. xxxvij.
Eccle. In multis eſcis non deerit infirmi
tas. ¶ Ad ſcdm ptinet qđ dicit Seneca.
Quis ingt hoſtis in queq̄ tā ꝯtumelioſus
fuit q̄ in quoſdā voluptates ſue ſunt: Suf-
ficit alicui ſi hoſtē ſuū excecat. ſ₃ volupta-
tes nō ſolū excecāt voluptuoſos: ſed etiam
impotētes reddūt cōtractos ⁊ leproſos ⁊
diuerſis alijs infirmitatibus affligunt.
¶ Ad tertiū pertinet quod legitur. xxxvij.
Eccle. Propter crapulā multi obierunt: ⁊
Seneca. Nō pōt noſtra ꝓuidētia huic cor
puſculo longiorē prolongare morā: ſed
voluptates qbus maior pars perit: poteri
mus regere ⁊ cohercere. ¶ Ad q̄rtū pti-
net qđ legitur. Eccle. vij. Inueni mulierē
amariorē morte. Hec mulier ē voluptas
carnis: que morte ē amarior. q₂ nō vna ſo
la morte interfecit: ſ₃ triplici. ſ. morte ſpāli
morte culpe: ⁊ morte dānatiōis eterne ad
idē pertinet: quod legitur. xxiij. Prouer.
Uacantes potibus ⁊ dātes ſimbola cōſu-
muntur: ⁊ poſt in eodē: ingreditur blande
ſ₃ in nouiſſimo mordebit vt colub. ⁊ ſicut
regulus venena diffūdet. ⁊ Nañ. i. Sicut
ſpine ſe inuicē cōplectuntur. ſic cōuiuium
eorū pariter potantiū cōſumetur. quaſi ſti
pula ariditate plena. Hoc vicium ſeruum
noſtrū naturalem dominari nobis facit.
vnde Eccle. xij. Benefac humili. i. anime
me: ⁊ ne dederis impio. i. corpi. ꝓhibe pa
nes illi dare. ne in ipſis potentior te ſit. ⁊
Prouer. xxix. Qui delicate a puericia ſuū
ſuū nutrit: poſtea ſentiet eū ꝯtumacem.

De grauitate vicij gule: qualiter ē vna
de grauioribus infirmitatibus. v.

Ecimum faciēs ad deteſtationē
huius vicij eſt hoc quod vitiū iſtō
eſt vna de grauioribus infirmitati A
bus ſpiritualibus perpēditur āt grauitas
hec infirmitatis: ex hoc quod cito interfi-
cit vel ſuffocat. dure affligit: vix curatur
multas expenſas requirit que tamen po-
tius nocēt q̄ proſint. Omnia etiā genera
infirmitatū: ⁊ ſpiritualiū ⁊ corporaliū in
ducit hec infirmitas. Propter primū aſſi-
milatur hec īfirmitas ſquinantie: que ē in
firmitas gule cito ſuffocans hominem.
Propter ſcdm aſſimulatur hec infirmitas
cuidam infirmitati: que dicitur appetitus
caninus vel boliſmus. Affligit eni hec in-
firmitas hominem fame inſaciabili ſicut
oſtenſum eſt prius vnde in prouer. xiij. Iu
ſtus cōmedit ⁊ replet animam ſuam. Ue-
ter autem impiorum inſaciabilis. Uix etiā
curatur vicium iſtud: q₂ nimiū habet ab
auctoritate: ſicut oſtenſū eſt ſupius. nec ſe
nectute videtur deficere ſicut luxuria. imo
tūc auget. medicamentū. n. vertitur in no
cumentū. vñ Greg. in mora. Quotſolatia
ad viuendi vſū querim⁹. quaſi tot noſtre
egritudinis. medicamentis obuiam⁹: q₂
hoc ipm medicamen. in vulnus vertitur.
q₂ exquiſito remedio. paulo diutius inhe-
rentes ex eo grauius deficimus: quod pro
uide ad refectionē paramus. Senes enim
magis amant bonū vinū. Expenſas etiā
tantas requirit hec īfirmitas vt multi hoc
vitio depauperentur: ⁊ ſemper deterius ſe
hñt. Quomodo aūt ex hac infirmitate ce-
tere introducantur: ſatis manifeſtū eſt ex
predictis. Undecimū faciēs ad deteſtatio-
nē hui⁹ vicij eſt ꝙ ille qui hoc vicio capit
a diabolo valde periculoſe capitur. vnde B
cū diabolus quereret eum mortificare: ſed il
lud conſiderat peccator ⁊ iuſtū q̄rit morti
ficare eum. Jam eſt prope intentionē ſuā
cum ad gulam manū extenet. Ad hoc pōt
referri illud verbū. Sene. Uoluptates in-
ter res viliſſimas precipue extirpa: que et
more latronū in hoc nos amplectuntur.
vt ſtrangulent. Duodecimū faciens ad
deteſtationē huius vicij eſt hoc ꝙ ille qui
hoc vitio a diabolo tenetur: valde firmiter
tenetur. Hoc vitium quaſi quoddam fre-
num ori ipſius poſuit: vnde poteſt eū cir-
cundare ad vocem ſuam iuxta illud Jaco
bi. iij. Frena in equorū ora mittim⁹ ad cō

ſentiendū; nobis: et omne corpus eorum circumferimus. Eſt etiā vitium iſtud inter deformitates ſpirituales quaſi latitudo oris nō talis qualem habent hora canū. qui dicunt leporarij: vel venaticij: ſed talis qualem habet os inferni inſatiabilis enī; etiā nec ſufficit ei q gignit terra vbi et aquatilia et volatilia habeat. Unū Jeronymus. Tauri paucorum iugerum paſcuis aluntur: vnica ſilua pluribus elephantibus ſufficit homo: et terra. et mari paſcitur.

¶ De graui ſeruitute qua laborat guloſus que in .vi. attenditur. cap. vi.

Penultimū facit ad deteſtationem hui9 vitij eſt hoc: qd ille q laborat hoc vitio eſt i ſeruitute valde graui: et valde ignominioſa. Septē aūt ſūt in qbus attēditur grauitas hui9 ſeruitutis. ¶ Primū eſt hoc: q ipſe ē ſeru9 ei9: q naturaliter de; ſeruire. ſ. corporis ſui. Ad hoc ptinet iſtud qd legit in puer. Nō decet ſeruum dn̄ari prīcipib9: et illud Prouer. xxx. Per tria mouetur terra: et .iiij. ſuſtinere non pōt. Per ſeruū cū regnare ceperit. Seru9 iſte corp9 ē ex cui9 dn̄atione terra mouet: q; hō ve i eccleſia trahatur. Scdm ē: q; talis oīum illorum ſeru9 ēt qbus indiget corpus. vn̄ Seneca. Multis ſeruiet q corpori ſeruit. Tertiū eſt. q; talē o; ſeruire cuidā dn̄e. ſ. gule. cui nullus pōt ſeruire ad ſua; volūtatē: q vult ſingulis dieb9 bis ſibi parari varia fercula de qbus nihil remanet: ſed poſtq̄ tetigerit pycit: et in locū turpitudinis: et q̄ſi pditic nis tranſmittit. Ad hoc ptinet qd legitur. Johel. i. Ululate q bibitis vinū in dulcedine. Perijt. n. ab ore vr̄o et illud verbu; Ber. Voluptas gutturis q̄ tanti hodie extimatur vix duorum latitudinē h; digitorum: nō durat delectatio niſi quātū durat trāſit9 illius p gulā: et pro illo tranſitu vult domina gula tot et tanta ſibi parari.

Quartū eſt q ipſi vili labori intendit. q; ipletioni loci immundi. ſ. vētris. qua rōne locorum immundorum eſt vile op9. eadē et ipletio. Intēdit etiā facci vnius refectioni: et ſacci īmūdicia pleni: cū intēdit refectioni corporis. Corpus. n. ſaccus eſt. vn̄ in ps. Cōcidiſti ſaccū meū. Ipſa glorioſa et beata caro xp̄i: ſaccus vocatur: qd aūt eſt. hoc itendere refectioni vni9 ſacci. xl. annis quē ad vltimū ſcio putreſiend. Quintū ē hoc q vanus; et quaſi inutile eſt labor eius. Satis van9 veſter labor quo aliqs laborat vt delicioſe paſcat latrones. vn̄ morti dānatur. Latro iſte morti dānatus ē corp9 noſtrū. vn̄ Scn̄. Oēs capitali ſupplicio cōdēnati ſumus. Satis ēt vr̄ van9 labor quo hō laborat vt vermes ſplēdide paſcat. Nō ē curandū qualē inueniāt carne; vermes: vel pinguē: vel macilētā. Carnē ipinguare: ē eſcā vermib9 pparare. Sextū eſt hoc q dn̄a gula totū laborē hōis reqrit. vn̄ Eccle vi. Oīs labor hōis in ore ei9. Ultimū qd ex facit ad deteſtationem huius vicij. cōmendatio ſui contrarij. cōmendatio temperantie: vel ieiunij. ſed de hoc alibi dicetur.

¶ De varijs ſpeciebus gule. ca. vij.

Sequitur de ſpecieb9 hui9 vicij q̄ ſūt. Caſtrimargia: ſiue Cōmeſſatio. et ebrietas. Dicitur aūt caſtrimargia eo q i caſtris vētris oīa mergātur. Ad cuius deteſtationē ſufficiāt ea q̄ ad deteſtationē guloſitatis ſimpliciter dicta ſūt. Sed ad deteſtationē ebrietatis q̄ ſimp pnicioſior ē aliq̄ addem9. Primū eſt hoc q ebrietas pnicioſe aggredit. Exercit9. n. illi9 pacifice recipit: et poſtea nocet. Un̄ puer. xxiij. Ne ituearis vinū qn̄ flaueſcit: cū ſplēduerit in vitro color ei9. igredit blandē. ecce pacificus igreſſus: ſ; in fine mordebit vt colub. ecce nocumētū. Scdo facit ad deteſtationē hui9 vicij multiplex maledictio: q̄ d ebrijs fac. vn̄ Iſa. v. Ue q ſurgitis māe ad ebrietatē ſectādā: et potandā vſq ad veſperā. Et pus eodē capl'o. Ue q potētes eſtis ad bibendū vinū. Et dr̄ hic ɔtra illos q glorīāt de hoc q̄ poſſunt multu; vinū ſuſtinere. et xxviij. Iſa. Ue corone ſuperbie ebrijs effraym Et. xxiij. Prouer. Cui ve. cui9 pr̄i ve. cui rixe. cui fouee. cui ſine cā vulnera. cui ſuffoſſio oculorum. Nōne his q morāt i vino: et ſtudēt calicib9 epotādis: et dicit glo. ſup illud cui ſuffoſſio oculorum imoderat9 hauſtus vi ni exterioris: et iterioris. viſus igerit cecitatē. Tertio facit ad deteſtatiōnē hui9 vicij hoc q oīa bōa diſſipat: vſq ad fundamētū eorum. ſ. vſq ad fidē. vn̄. xix. Eccle. Uinu; et mulieres apoſtatare faciūt ſapiētes. bōa ēt nature extermināt vſq ad iſenſibilitatē vn̄. xxiij. Prouer. Dicit ebrioſus. Uerberauerūt me et nō dolui. vulnerauerunt me. et nō ſenſi. Un̄ aug. Ebrietas aufert memoriā diſſipat ſenſū: cōfundit itellectū: ꝓcitat libidinē: inuoluit linguā: corrūpit ſanguinē: oīa

membra debilitat: vitam diminuit: et omnẽ ſalutẽ exterminat. Quarto facit ad deteſtationẽ huius vicij. qđ dicit Augu. ſuper illud Gene. xliij. Biberũt et inebriati ſunt cũ illo. Uerbũ inebriandi. ait Augu. Pro ſaturitate ponitur: et poſt ſubiungit iebriari: vt iebriatur ebrioſi: nec ipſe terre vtile ē quũ maiore humore q̃ ſufficit corrũpitur ſic vita ebrioſi qui nõ ſacietate ſe replet: ſʒ mergitur diluuio. Quinto facit ad deteſtationẽ huius vicij. quod dicit Grego. de illo. Ebrietas inquit eſt bland⁹ demon dulce venenum. ſuaue peccatum. quã qui habet non ſe habet: q̃ qui facit: non facit peccatum: ſed totus eſt peccatum.

¶ Hic ponitᷣ ſcđa diſtinctio de ſpeciebus gule facta a beato Grego.

Aliter diſtinguuntur. v. ſpẽs hui⁹ vicij. a Greg. ſup illud. xxv. Gene. Ubi dicit Eſau. Jacob. Da mihi decoctione hac ruſa. Prima eſt cuʒ qs horam cõmedendi preuenit. vt legitur de Jonatha. i. Reg. xiiij. Talis poteſt timere illam maledictionẽ que habeᷣ. Eccleſi. x. Ue terre cuius rex puer eſt: et cuius pncipes mane comedũt. Terra itelligitur. hic homo. Terra enim eſt: et terrã terit: et terram querit: et i terrã ibit. Rex eſt liberum arbitriũ qui aiam habet regere. Pricipes itelliguntur. v. ſenſus. Sicut illi qui veruʒ deum colunt ab honore et obſequio diuino diem inchoare volunt: ſic illi quorum deus venter eſt. primo querunt regnũ dei ſui. Regnũ dei eoꝝ eſt eſca: et potus. Secunda ſpẽs eſt qñ aliquis nimis vult delicata habere. vt legitur nũeri decimo. De filijs iſrael qui heremo carnes deſiderabãt: et in Luce. legitur. De diuite epulone quod epulabatur quotidie ſplendide. Cõtra dicit Seneca. Palatum tuum fames excitet. nõ ſapores.

Tripliciter ratione oſtẽditur quare hõ non debet querere delicata. ca. viij.

Tripliciautẽ rõne non debet homo querere delicata. Primo propter naturã vaſis cui cibos quos ſumimus iſundimus. corrumpit enim quicquid iſunditur. Siqs haberet aliquod vas qđ corrumperet vinum quando eſſet iſuſum ipſe nõ iſunderet ibi de meliori quod haberet ad hoc pertinet quod legiᷣ Johel. i. Ululate qui bibitis vinũ in dulcedine. perit enim ab ore veſtro. Secundo propter hoc quia cum delectabilia tibi dantur in adiutorium: carni aduerſus ſpiritum concupiſcenti fuerit. et tunc pugnant et erunt duo contra vnum et vincitur ſpiritus. Unde Bernar. De condimentis ſufficiat vt comeſtibilia fiant non concupiſcibilia. Sufficit enim concupiſcentie malitia ſua. que cum vix: vt nullo modo pertranſire poſſit. ad finem explendum neceſſitatis. niſi per viam quantũcunqꝫ delectationes ſi ceperit habere irritamenta fiunt duo cõtra vnum: et periclitatur conſcientia. Tertio. qui i cuʒ carni delitie dantur vult eas poſtea ex conſuetudine habere vnde i prouerbium eſt. Adoleſens iuxta viam ſuam: etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Cũ homines tantum timeant malam cõſuetudinem: quod etiam a viliſſimis non ſuſtineant eam ſuper ſe ad inueniri mirum eſt quomodo ſeruo neq̃. ſcilicet corpori. hoc tollerare volunt. Tertia ſpecies eſt quando quis nimis ſumit. vt legitur de ſodomitis. Ezechie. decimoſexto. Jeronymus. Pluuia illa optima eſt. que ſenſim deſcendit ſubitus autem et nimius. et principes iberarua ſubuertit. Similiter nimi⁹ cibus nocet. Quarta ſpecies eſt ſtudioſitas que pertinet ad ſollicitudinem et curioſitatem laute preparandi. vt legitur de filijs Hely. Primi Re. ſecundo. De ſtudioſo dicit Iſidorus. Tota die epulas ruminat. qui ad explendam gulam veſpere delicias preparat: talis eſt: quaſi animal ruminans. In hoc differt a ruminantibus animalibus. Quia bruta animalia ruminãtia ruminant. poſt ſumptionez cibi: ſed tales ruminant ad te. Quinta ſpecies eſt cum quis nimis auide vel ardenter ſumit cibum vt legitur de eſau. Gene. vigeſimoquinto. vnde. xxxviij. Eccle. Noli auidus eſſe in omni epulatione. neqꝫ te effundas ſuper omnem eſcam. Et Auguſtinus Melius eſt piſcibus veſci more domini q̃ lenticula more iumentorum. Signum ſeu auiditatis. v. modis fit in ſumendo cibũ: timor manuum. cyphum vel bolum tenentium effuſio. vultus interioris. ſuper cibaria cum tornis oculis: quaʒ comitatᷣ effuſio vultus exterioris ſuper eſcã: que eſt quãdo ſic anim⁹ ad cibũ ardore trahitur vt aliud cogitare non ſinatur. Signum eſt

huiuſce auiditatis eſt inordinatio ſcidēdi panē maſticandi cibū ꝛ ſumendi. Ber. Etiā ad ſanitatē corporis q̄to cibus hone ſtius: ꝛ ordinatius mergitur tāto facilius ꝛ ſalubrius digeritur. Cōtra auiditatē iſtā conſiliū eſt: interpone: pſalmū: vel aliam orationē. De ſpecies cōtinētur in hoc verſu. pa. propere laute nimis ardēter ſtudioſe. Poſſunt etiā addi his. v. ſpeciebus. iiij. alie ſpecies. Prima eſt cū aliqs nimis frequēter ſumit cibū. Sufficit homini ſano ſumere bis ad plus. in die cibum. Frequens ȧūt ſumptio cibi multū nociua eſt corpori. Scd̄m eni artē medicinalē addere ſuper cibū de. deteriorib9 rebus: eſt cibū in decoctū ſumere. Alias ſpecies ē cū quando quis varijs ferculis vult vti. De varietate dicit. Sene. Faſtidientis ſtomaci eſt: multa deguſtare. Que varia ſunt ꝛ diuerſa inquinant nō alunt: ſicut aliq̄ ſunt que diuiſa placent coniuncta vero nobis abhominalia fiunt. Sic ꝯiūctio tot diuerſorū ferculorū in ſtomacho interdū ē abhominabilis nē. Tertia ſpēs eſt cū qs noua requirit: ꝛ i cōſueta. Quarta cum precioſa: vel ſumptuoſa non habēs etiā reſpectū ad hoc ꝙ ſint magis ſaporoſa.

De quattuor ſatellitibus gule. ix.

Dicto de ſpeciebus huius vicij conſequenter dicēdū eſt de qbuſdā: qbus quaſi ſatellitibus vtitur viciū iſtud que. iiij. ſunt ꝑ̄cipue. Primū eſt ambitio. De qua dicit ſapiēs. Nō magno cōſtat nobis fames ſed ambitio. Maiorem partē eorū que expendunt. ſuperbi expendūt ad paſcēdū ad fauorē oculos hoīu. Si. n. nullus hec deberet ſcire: ipſi quādoq̄ nō expenderent decimam partē eorū que expendūt. Alia tria ſunt ciborum. delectabilitas ſiue ſit ex generibus ciborū ſiue ex modo preparandi: ꝛ ciborum varietas ꝛ quantitas.

De octo remedijs ꝯtra vitiū gule. x.

Sequitur de remedijs cōtra vitiū iſtud que octo ſunt. Primū ē ſermo diuinus. Hoc remediū docet nos deus. Mat. ii. Ubi dicit diabolo temptāti ipſum de vitio gule. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in oī verbo ꝙ ꝓcedit de ore dei. Frequens ſumptio cibi ſpūalis interdum inducit contemptū ꝛ obliuionē cibi corporalis. Secundum remediū eſt. Moderata occupatio hoc remedium inſinuat nobis. Salomon in. Prouer. xxi. Deſideria occidit pigrum noluerunt ꝛ quicq̄ operari manus eius tota die concupiſcit ꝛ deſiderat. Homo ocioſus patitur famē vniuerſalem. Aures enim eius eſuriūt rumores: oculi vanitates: gula cibos: ſed occupatio i magna parte ſedat famem iſtā. Ualent autē ſpecialiter hec duo remedia ad hoc ne homo horam preueniat. vel ne nimiam ſollicitudinem de cibo ſibi preparando hēat. Tertium remediū eſt elongatio ab his que dant occaſionem excedēdi in cibo: vel nimietas ciborum licȝ illud quod legit in. Eccle. xxi. Quaſi a facie colubri fuge peccata ꝛ ſi acceſſeris ad eā ſuſcipiēt te: videatur generaliter dictum de omni peccato: ſpecialiter tamen hic referri poteſt. ad illa peccata in quibus tēptat ſuauitas vel voluptas In illis eni in quibus aduerſitas temptat: melius poteſt expectari cōflictus vnde non eſt ſecurū accedere ad menſam vbi nimia: vel varia: vel delicata appoſita ſunt homini qui vult cauari ab hoc vitio. Hic inſinuatur nobis. Gene. iij. Ubi ſic legitur vidit mulier lignū ꝙ bonum eſſet ad veſcendum: ꝛ pulcrum oculis: aſpectuq̄ delectabile ꝛ tulit de fructu eius ꝛ comedit. vbi dicit Gregorius. Non licet intueri quod non licet concupiſci. Et Iſa. xxviij. Loquens de flore glorie exultationis: dicit ꝙ cum aſpexerit videns: ſtatim vt manu tenuerit deuorabit illud Non eſt ſecum intueri vel videre delectabilia. Quartum remedium eſt frequenter conſiderare qualis poſt mortem caro ſit futura. Hoc remedium docet nos Grego: dicēs. Nihil adeo valet ad domanda carnis deſideria: ſicut cogitat qualis futura ſit mortua. Quintum remedium eſt meditatio eterne cene. ad q̄ inuitati ſumus. Hoc remedium docuit nos deus vbi nos ad cenam illam inuitatos eē docuit. Aliter enim comedit ad cenam delicatam inuitatus ꝛ aliter non inuitatus. Qui enim inuitatus eſt parum. cōmedit. in prandio ne cenam amittat. Sed ſunt quidam qui a deo ſimiles facti ſunt iumentis ꝙ de filii quis porcorum hec impleri deſiderant: ꝛ de illa delicata cena ꝛ eterna nō curant cuius ſola eſuries homines beatos reddit beati ſunt qui eſuriunt ꝛ ſi

tiunt iuſticiã ec. Quid faciat ipſa refectio ſi ipſa eſuries beatum reddit. Sextũ remedium eſt cõſideratio maloꝝ que exceſſu cibi ⁊ potus ſequitur. Sequitur enim inde triplex mors.ſ.mors culpe: ⁊ iterduz mors corporis in preſenti ⁊ in futuro: eterna mors ⁊c aie ⁊ corporis. Ad hoc ptinet qd legitur. Job.vi. Aut guſtare quis poterit.quod guſtatũ affert morte: ⁊ cũ magna menſura ſumuntur medicamẽta. ſic ⁊ alimenta ſumi debent.ſcdm Aug. Septimum remedium eſt conſideratio penurie xpi: ⁊ in ſe.⁊ in mẽbris ſuis.ad primũ monemur. Tren.iij. Recordare paupertatis mee ⁊ tranſgreſſionis: ⁊ abſinthij.⁊ fell'. Paupertas etiã ipſi⁹ in mẽbris ſuis multũ dz hoies retrahere a ſuperfluitate.quam faciunt in cõuiuijs ſuis. cogitẽt quantã paupertatez ſuſtinet xps in pauperibus etiam infirmis ad morte qui vix poſſunt panem interdum habere. Miruz eſt quõ ſepe nõ remordet conſcientia diuites huius ſeculi quando cogitant ꝙ ipſi ſubtrahũt ori dei in pauperibus ⁊ ponũt in ore diaboli: paſcunt filios diaboli.ſ.malos: ⁊ dei filios fame perire permittunt. Ultimum remediũ eſt: ⁊ ſummũ dei gratia: vnde qui laborat hoc vitio orationi debet inſtare: ⁊ dei gratiam poſtulare que ardorez huius vicij ſedat. Unde Johã.iiij. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei.non ſitiet in eternũ: ⁊ ad Heb.xiij. Optimuz eſt gratia ſtabiliri cor non eſcitur que non profuerunt ambulantibus in eis.ad idẽ facit illud verbũ Sen. Si vis inquit i perpetua voluptate eſſe nõ voluptatibus adijciendum eſt ſed cupiditatibus detrahendum. Cupiditatibus vero non detrahitur niſi cum ros gratie infunditur.

¶ De peccato luxurie.poſt vitiũ gule.c.ſi

h Erodes autem tetrarcha ⁊c. Quia pecatum luxurie occaſio fuit incarcerationis: ⁊ decollationis Johannis. Jõ hic dicemus de peccato iſto: ⁊ ſatis cõgruo ordine poſt vicium gule quia illud naſcitur ex illo Dicemus autez de ipſo hoc ordinẽ. Primo dicemus de his que faciũt ad deteſtationẽ huius vicij. Secũdo de ſpecieb⁹ eius. Tertio de his que preſtant occaſionẽ huic peccato. Quarto de remedijs contra peccatũ iſtd. Quinto dicemus quare de⁹ prohibuit ſimplicem fornicationẽ. Ml'tũ enim miſericorditer videt̃ egiſſe cum genere humano in hac prohibitiõe qum ꝑ hanc prohibitionem fere totus mundus pereat. Sexto tangemus aliquid de ipotẽtia cõtinẽdi: quam multi allegant.

De.vij. anxietatibus que inueniũtur in vitio luxurie. ſ.

p Rimo aũt faciunt ad deteſtationẽ huius vicij. Iſta.vi. que circa hoc peccatum inueniũtur.ſ. Anxietas Erubeſcentia. Penitentia Fetor. Feditas Infamia. ¶ De anxietate: ⁊ penitentia dicit. Jero. Appetitus fornicatiõis anxietas eſt ſocietas penitentia. Nec ſoluz ꝑcedit peccatum iſtud. Anxietas appetitus imo ⁊ multe alie moleſtie quas dominꝰ ſapientias vocat.ij. Oſee. dicens. Sepiam vias tuas ſpinis. Spine vie ſunt vigilie timores. Expenſe ⁊ ſollicitudines hoc peccatuz precedentes. Ber. O q̃te precedunt vigilie ⁊ q̃ modicum feſtum in minima libidine ſequitur. Interdum extenduntur vigilie per ãnũ: ⁊ ſequitur momentanee delectationis feſtũ. Tanta eſt iſania luxurioſoruz vt per ſpinas currant ad mortem ſuam. ⁊ expenſis multis parant ſibi viam in infernum. Ad penitentiam pertinet qd legitur.v. Prouer. De muliere fallaci que voluptas intelligitur. Nouiſſima autem illi⁹ amara quaſi abſinthiuz. Et quidam qui ſibi abſcidit linguã: vt vehementia doloris temperaret vehementiam temptationis: dixit. Abſit vt tanti emã vnde poſtea peniteã: Inſipiens mercator eſt qui foruz facit. vnde certum eſt ꝙ penitebit. Exemplum quedam virgo eſtimans ꝙ delectatio huius peccati eſſet quiddam magnuz: deſiderio illius virginitatẽ ſibi auferri permiſit deinde videns pro qua vili re tantũ theſaurum amiſiſſet: adeo penituit ꝙ voluit ſe interficere. ¶ Erubeſcentiam autez que eſt in peccato iſto oſtendit abſconſio vnde. Job.xxiiij. Ocul⁹ adulteri obſeruat caliginem. Erubeſcentia autem oſtendit idecentiam huius peccati. Erubeſcentia enim fuga eſt rei indecẽtis. Magna ergo erubeſcentia que eſt in peccato iſto oſtendit magnam eius indecentiam. Fetor eſt etiam in peccato iſto quia viris ſpũalibus interdum ſentitur vnde quidã ſcolo

ris preſentiam ſcorti in domo ſua fetorem eius cognoſcebat: et quidam archidiaconus ſentiebat cum ſeruus eius fornicatus fuerat. ¶ De feditate vi. ii. Seneca. In voluptate nihil eſt magnificum: nihil quod natura deo proximam doceat membrorum vſilium ac turpium miniſterio veniens exitu ſedare. Iſta feditas eſt inquinatio corporis vnde ſuper illud .i. ad Cori. vi. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat dicit glo. Cetera peccata tantum animam maculant fornicatio vero non tantum animam ſed etiam corpus contaminat Ibi. n. non ſolum eſt immunditia ſpiritualis: ſed et corporalis. ¶ Infamia etiam eſt in peccato iſto vnde macula glorie vocatur. Eccle. l. Inclinaſti femora tua mulieribus: et poſtea maculam dediſti in gloria tua Jeronimus et dicit. Hoc peccatum polluit que in homine honeſta ſunt Palma inquit victorum eſt honeſta polluere. Tunc vicia bene de aliquo triumphauerunt cum per peccatum luxurie honeſta in eum polluerunt. Ad illud pertinet quod legitur. Prouer. vi. de adultero. Turpitudinem et ignominiam congregat ſibi et opprobrium illius non delebitur. Non. n. habebit opprobrium ſolum in preſentiarum et in futuro vnde. xxiij Eccle. De ipſo. In plateis ciuitatis vindicabitur quaſi pullus equinus fugabitur et vbi non ſperauit apprehendetur et erit dedecus omnibus quia non intellexit timorem domini. Luxurioſus iam habet quodammodo gehennam ſuam. Habet enim ad modum gehenne ignem fetorem et vermem Ignem concupiſcentie vnde in. Oſee Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente et fetorem de quo iam diximus et et fetorem infamie et vermem cauteriate conſcie.

Quinque contra vitium iſtud.

¶ Ad deteſtationem huius vicij et faciunt. iſta. v. ſ. quod vicium iſtud angelis valde fetet vel diſplicet. Demonibus valde placet deo contumelioſum. Proximo valde iniurioſum ſubiecto ſuo valde nocuum. Primum poteſt oſtendi tripliciter. Primum per hoc quod in vitis patrum legitur de quodam angelo quod obturauerit nares ad aſpectum cuiuſdam luxurioſi. Quinque que faciunt ad deteſtationem luxurie. ij.

A

Secundo per hoc quod ſcriptum eſt angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Si filia regis francie tradita eſſet alicui vt cuſtodiret eam non parum diſpliceret ſibi ſi eius cuſtodia a fornicaretur: quantum ergo angelis diſplicere poteſt: cum filie regis celeſtis quibus ipſi ad cuſtodiam ſunt deputati fornicantur. Ideo dicit. Ber. In quouis diuerſorio in quouis angulo reuerentiam habe angelo tuo ne audeas illo preſente quod me vidente non auderes et ad idem poteſt referri quod dicit apoſtolus quod mulier debet habere caput velatum propter angelos. Tertio poteſt idem oſtendi per hoc quod in peccato iſto quedam contumelia fit ſpirituali nature: cum anima magis eligit iumentine nature aſſimilari quam in ſpiritualitate ſe ſeruare: et carnem ſibi aſſimilare a brutali delectatione eam non cohibendo. Hoc autem non fit abſque contumelia angelice nature que eſt ſpiritualis natura anima: ſicut non fit abſque dedecore aliorum clericorum quando aliquis clericus apoſtata: et ſi laicus maleſ ſimilis eſſe ruſticis quam clericis. Ad illam tertiam rationem pertinet: quod dicit glo. ſuper ad Corin. vi. Super idem qui fornicatur in corpus ſuum peccat. In hoc peccato eſt anima ſub corpore. Jero. Dicit glo. In fornicationis opere ſic totus homo abſorbetur a carne: vt iam dici non poſſit ipſe animus ſuus eſſe: ſed ſimul totus homo dici poſſit caro. B

Sex rationibus oſtenditur quod luxuria multum placet demonibus.

Quod autem hoc multum placeat demonibus poteſt oſtendi. Primo per hoc quod xl. Job legitur. Behemoth in locis humentibus dicitur dormire loci humentes ſunt luxurioſi. Secundo ex hoc quod dicit Glo. ſuper leui. Quod cum demones omni peccato gaudeant: precipue tamen gaudent de fornicatione: et ydolatria: et tangitur ibi cauſam quare de fornicatione ita gaudent quia ibi corpus et anima maculatur. Tertio per hoc quod diabolus operatione fornicatorum poterit ſe iuſtificare coram deo cum in eo non inuenietur peccatum: quod ipſi habebunt. Quarto per hoc quod diabolus procurat vt etiam dormiendo habeat homo delectationem huius vicij vel peccati. Quinto per hoc quod illis qui non habent materiam perpetrandi hoc peccatum: ipſe quandoque miniſtrat materiam vt patet in demonibus in cubis. ¶ Sextum per hoc quod in hoc peccato. binos et binos lucratur homines et vili foro etiam habet eos. Ad quod pertinet quod legitur. Prouer. vi. Precium ſcorti: vix est vnius panis. Mulier autem viri precioſam animam capit precium ſcorti dicitur eſſe vix vnius panis

quia vnus panis diutius ſedat ardorē ap petit⁹: quā delectatio illius peccati: fatua mulier illo peccato dat animaʒ ſuam dia bolo: ⁊ corpus leccatori: qḋ non daret ali cui ſotulares ſuos.

¶ Sex rationib⁹ ꝙ vitiuʒ luxurie val de contumelioſuʒ eſt deo.

Est etiaʒ iſtud peccatum valde cō tumelioſum deo. quod primo oſtē di poteſt. per hoc ꝙ honorabiles perſone hui⁹ ſeculi magnum tantum dedec⁹ repu tant ſibi cum filie eorum fornicātur. Quā tam ergo cōtumeliam faciunt fili regis ce leſtis patri ſuo deo quum fornicantur. ¶ Secundum per hoc tantum dedecus eſt ſponſis nobilibus. cuʒ ſponſe eoꝝ adul terātur. Ad hoc pertinet: quod legit. Pro uerbio ſexto. zel. ⁊ furor viri nō pcet in die vindicte: nec acqeſcet cuiuſq̄ precibus: nec ſuſcipiet pro redemptione dona, plurima: ⁊ exponit hic Glo. de celeſti ſpōſo. ¶ Ter tio p hoc ꝙ cū viliſſima ps que in homie eſt fornicari: impet ei: ꝙ deus phibet: ipſe potius illi vili parti. q̄ deo obedit. potius eligēs eā ſibi dominari q̄ deum. ¶ Quar to per hoc quod dei templuʒ violat: ⁊ pol luit. Ad hoc ptinet quod legitur. i. ad Cor iii. Neſcitis q꞉ tēplū dī eſtis vos: ⁊ ſpūs dī hitat in vobis. Siqs āt tēplū dī violat diſ pdet illū deus: ⁊ p⁹. Tēplū dei ſcm̄ ē: qḋ eſtis vos. Et poſt. vi. Neſcitis q꞉ membra veſtra templum ſunt ſpūs ſci: qui in vobis eſt: quē hētis a deo ⁊ nō eſtis vři: ⁊ ſequit̄ Empti eſtis pcio magno: glorificate ⁊ por tate deū in corpe vřo. Glorificādus eēt de⁹ in corpore tanq̄ in templo: contra luxurio ſos poteſt dici ps. ille. Deus venerunt gen tes in hereditatem. t. p. t. ſ. t. po. i. in po. cu ſtodiam ſuper illud. Glorificate deum in corde veſtro. Dicit glo. Si vobis propter vos ipſos non parcitis parcite vel propter deum: qui ſibi fecit vos templum ſuum ꝙ eu ertendo: non ſolum in hominem pec catis. ſed etiam in deum. Quinto poteſt oſtendi q̄ contumelioſum ſit iſtud pecca tum deo. ex hoc ꝙ luxurioſus illud dulcius reputat ꝙ deus eſt contumelioſius. Ma gis enim amat interdum coniugatam tur pem. q̄ ſolutam pulchrā. Unde non vide tur querere in peccato ſuo voluptatem ſu am. ſed dei contumeliam. vnde Jero. libi dinoſa mens inhoneſta ardentius proſe quitur: ⁊ quod non licet dulcius ſuſpica tur. Sexto per hoc ꝙ h peccatum dici cō tumeliam publicam negociationem fa cit: ⁊ ꝙ plus eſt peccatum publicum facit ꝙ ſpūale ē. huic pctō ⁊ pcō vſure. Et ideo Eccle. perſequitur iſta peccata pre ceteris Septimo per hoc quod iſtud vicium pro ponit delectationem vilium ⁊ turpium membrorum delicijs que in deo ſunt. que contumelia valde magna eſt. Hoc etiam vicium valde eſt iniurioſum proximo. qḋ tripliciter poteſt oſtēdi primo per hoc qḋ aufertur ei non tantum ſua: ſed ſeipſum. vnde. Prouerbi. vi. Non grādis eſt culpe cum quis furatus fuerit. Furatur enim vt eſurientem impleat animam deprehenſus quoq̧ reddet ſeptuplum ⁊ omnem ſubſtā tiam domus ſue tradet: ⁊ liberabit ſe: qui autem adulter eſt. Propter cordis inopi am perdet animam ſuam. Unde mulier fatua non aufert tantum ſua ſtulto ſuo: ſʒ ſeipſuʒ. Nota per hoc qḋ aliquis eſt adul ter accidit propter cordis inopiam indi gnaretur enim ſi cor haberet viliſſime p ti ſue ſubiici. ⁊ pro tam vili lenocinio feda ri. Unde Eccleſia primo. In multa ſapien tia. multaē indignatio. vel pp cordis ino piam ideſt propter ſapientie defectum. Secundo poteſt oſtendi per hoc quod il le qui hoc vitio laborat nulli fidem ſeruat Unde ſecundo Re. Dauid fidelem ſuum militem fecit occidi p vxore illius. Ad idē pertinet quod legitur ſecundo. Re. ii. De Amon qui ſororem ſuam Thamar, corru pit. Tertio poteſt idem oſtendi per hoc ꝙ vicium multis aufert hereditatem ſuam Unde Luce. xv. De filio prodigo. qui di ſipauit ſubſtantiam ſuaʒ viuendo luxurio ſe. Legitur etiam. xxiii. Eccleſia Mulier omnis relinquens viruʒ ſuuʒ peccabit ſta tuens hereditatem ex alieno matrimonio. ¶ Eſt etiam iſtud vicium valde nociuuʒ ſubiecto ſuo: aufert enim pecuniam illi. au fert ⁊ bona corporalia ⁊ ſpiritualia: ⁊ etiā ſeipſum. ¶ Ad primuʒ pertinet quod legi tur viceſimonono. prouerbio. Qui nutrit ſcortum perdet ſubſtantiam. Et luce decio quito. De filio prodigo. qui diſſipauit ſub ſtantiam ſuaʒ viuendo luxurioſe. Propter bona vero oīa que deſtruit: comparatur igni. Job. xxxi. Ignis eſt vſq̧ ad conſum ptionem deuorans: ⁊ omnia eradicās ge

nimina. Jeroni. Flamigero igne percutit
femina conſciētiā. Ad hoc ꝙ ipſuꝫ homi
nem ſibi auferat: pertinet qđ legitur Oſee
quarto. Fornicatio vinum ⁊ ebrietas au-
ferunt coꝛ. Amans amoꝛe fatuo nō habet
coꝛ ſuum: ipſum etiam coꝛpus quandoqꝫ
amittit: Unde ſecūdo. Re. xiij. interfectus ē
Amō. quia coꝛrupit Thamar. Jero. quot
tidie ſanguis mechoꝛum funditur ad vlti-
mum damnabitur. Honoꝛem etiam au-
fert hoc viciū ⁊ cremētū bonoꝛum: vnde
Gene. penulti. Ruben pꝛimogenit⁹ meus
⁊ ſubiungitur pꝛioꝛ in donis. maioꝛ i perio
ſupple debueras eſſe. ſed ſeqꝛ non creſcas
quia maculaſti cubile. p. t. ⁊c. Preceteris
iure pꝛio geniture debebat̄ ei honoꝛ ⁊ du-
plicitas in poſſeſſionibus q̄ ammiſit quia
cubile patris maculauit. ¶ Ad deteſtatio
nem. etiam huius vicij faciunt alia. iiii. ſ.
hoc. ꝙ vicium iſtud multum efficax eſt ad
hominem capiendum. ⁊ multum potens
ad retinendum. hominēꝫ ponit in magna
vilitate ⁊ in miſera ſeruitute. Ad pꝛimum
pertinet: quod dicit Augu. Efficaciſſimuꝫ
glutinum. ad capiendas animas mulier.
Et Prouer. ſeptio. De muliere mala mul
tos vulneratos deiecit. foꝛtiſſimi queqꝫ ſūt
interfecti ab ea. Ad idem facit. ꝙ legitur.
numeri. xxiiij. Quod hoc peccatū p̄ ceteris
elegit Balaam. quo deliceret filios iſrael: ⁊
faceret eos peccare. hꝫ viciū capit nobiles ⁊
ignobiles. vñ Jero. In ſerico ⁊ ipanis ea
dem libido dñatur. nec regis purpurā: nec
mendicantium ſpernit ſqualoꝛē: hoc viciū
vincit: ⁊ ſapientes ⁊ inſipientes. vñ Jero.
Quid Salomone ſapientius: ⁊ tamen in
fatuatus eſt amoꝛe mulierū. Eccle. xix. Ui
nū ⁊ mulieres apoſtatare faciunt ſapiētes
Breuiter iſtud peccatū fere totū mūdū ad
infernū trahit. vñ Abacuc. i. totū i hamo
ſuo ſubleuauit: totū traxit in ſagena ſua: ⁊
congregauit in rete ſuo ham⁹: ⁊ ſagena: ⁊
rete diab. ſunt pulchꝛe mulieres: que totuꝫ
B mundus in perditionem trahunt. ¶ Po
tens etiam eſt peccatum iſtud ad retinen-
dum. vñ. xxij. Prouerb. Fouea pꝛofunda
os aliene: cui eſt iratus dominus incidet i
eam. qui in pꝛofundam foueam cadit. nō
exit de facili: ſic nō defacili euadit. de ma-
nibus diaboli: qui capitur pulchꝛitudine
alicuius mulieris. Ideo dicitur de oꝛe mu-
lieris ꝙ ſit pꝛofunda fouea: poti⁹ q̄ de alio

mēbꝛo: qꝛ pulcritudo huius mēbꝛi multos
capit. Qui hic laboꝛat vicō vix pōt cogitaꝛ
de his q̄ ptinēt ad ſalutē ſuā deū quaſi nō
cognoſcit. ad celū ēt nō leuat oculos: adeo
bꝛutalis factus ē ꝙ verba coꝛrectiōis: vel
admonitiōis ſue non pōt audire. Ad duo
pꝛima ptiet ꝙ legiꝛ Oſee qnto. Nō dabūt
cogitatiōes ſuas vt reuertanꝛ ad dñm: qꝛ
ſpūs foꝛnicatiōis in medio eoꝝ: ⁊ dñm nō
cognouerūt. ¶ Ad tertiū facit. ꝙ legiꝛ. Da
nie. tertiodecio. De ſenibus q exarſerūt in
Suſannā declinauerūt oculos ſuoſ: vt nō
viderēt celū: nec recoꝛdarenꝛ iudicioꝝ iu-
ſtoꝝ. ¶ Ad quartū ptinet ꝙ legiꝛ. Eccleſia
vigeſimopꝛimo. Uerbis ſapiens qcūqꝫ au
dierit laudabit: ⁊ adiiciet. Audiuit luxurio
ſus: ⁊ diſplicebit ei: ⁊ pīciet poſt doꝛſū ſu
um. vix ergo euadit aliqs de pctō iſto. cum
ea fugiat q̄ poſſūt eē occaſio liberatiōis ſue
Ponit ēt hoc viciū hominē in magna vi-
litate. Ad quā vilitatē ⁊ turpitudinē expꝛi
mendā q̄ſi turpiter loqtur ſcriptura de vi
cio iſto. vnde Johel. Cōputruerūt iumēta
in ſtercoꝛe ſuo. Grego. Jumenta cōputre-
ſcere in ſtercoꝛe ſuo ē: hoīes in fetoꝛe luxu-
rie vitā finire. In ps. Diſperierūt in endoꝛ
facti ſūt vt ſtercus terre. Endoꝛ interpꝛeta
tur fons generatiōis. Unde endoꝛ ē ps illa
q̄ operi carnali ⁊ generatiōi deſeruit. Pꝛo
pter hāc vilitatē: cōparatur ſui. Pꝛouerbio
vndecimo. Circulus aureus in narib⁹ ſuis
mulier pulcherria: ⁊ fatua. Sus ſi ex vna
pte videret luti volutabꝛū: ⁊ ex alia pte le-
ctū roſeū: prius curreret ad volutabꝛū. Sic
tales immūdiciā luxurie delicijs paradiſi
ꝓponūt. licet diabolus poſſit intelligi ſus
iſta: ⁊ mulieri pſe circulis quē diabol. im-
mergit in lutū oīs immūdicie Ad eādē vi
litatē ptinet: qđ legitur Eccle. ix. Oīs muli
er q̄ foꝛnicaria: q̄ſi ſtercus in via ab hoīb⁹
ꝓtereūtibus ꝯculcabitur. In miſera ēt ſer
uitute ponit hoīeꝫ viciū iſtd. ſi ſciū qꝛ facit
ſpūꝫ ſeruū ei⁹: q ſibi naturaliter deberet ſer
uire. ſ. coꝛpis ſui: ⁊ ēt viliſſime ptuilliꝰ: ⁊
hoc pp ſeruitutē mulieꝝ q̄ eſt valde miſera
Unde Tulli⁹ Illū ergo liberū dicā cui mu
lier impat: leges imponit vocat: veniēdū
ē: eijcit: habēdū ē: poſcit: dandū ē: minatur
extimeſcēdū ē: Nūc ergo nō tm̄ ſeruū: ſed
negſſimū ego iudico. Jeroni. Nil vili⁹ q̄ a
carne vinci. nil glorioſius q̄ carnem vin-
cere.

℄ Pater luxuria vr eē de numero pctōꝝ illoꝝ de qbus erubeſcūt demōes. vñ glo. ſupra iſtud eze.xvi.dabo tibi in aias odientiū te filioꝝ paleſtinoꝝ q erubeſcūt i via tua ſcelera. dicit Glo. loqns de ſpūali lerkz Tanta in lerkm erit correctio vt erubeſcāt ēt demōes nroꝝ magnitudinē pctōꝝ: cuius ratio pōt eē. pctm diabo. ē ſupbia hoium vero luxuria: eo magis erubeſcūt hoies: qr oēs turpē nouerūt: ꝑterea dicūt magiſtri ꝙ ſūt demōes aliq q memores ſūt ſue antiq nobilitatis dedignant de luxuria tentare. Signū ad hoc ē ꝙ lucifer tētās dñm non tentauit eum de luxuria.

De diuerſis ſpeciebus luxurie.

Egtur de ſp. b9 luxurie: Diuiditur ſ āt luxuria vno mō in duas ſpēs. ſ. in luxuriā cordis ꝛ in luxuri 13 corporis. Ad has duas ſpēs pertinent quod dicitur in pſalmo. Ure renes meos ꝛ cor meum. Contra primaz ſpeciez neceſſariuz eſt. vt ad mamillas zona aurea ſimus ꝑcincti: ſecundum ꝙ vidit Johannes. Apocalip. primo. Cōtra ſecundū. Oportet nos eē ꝑcinctos ad renes viſionē Eze. ꝛ Dañ. x. Leuaui oculos meos ꝛ vidi: ꝛ ecce vir vnus veſtitus: ꝛ renes eius accincti auro ꝛ obrizo. Incōtinentia vero cordis periculoſi eſt. Propter hoc ꝙ q laborat hac ſpē incōtinentie peccat mortaliter totiēs quotiens videt pulcrā mulierez. Ideo dicitur ſagena cor fatue mulieris. vij. Eccle. Inueni mulierē morte amariorē. Que laqueus venatoꝝ eſt ꝛ ſagena cor eius: Sagena totam aquam occupat: ſic corde fornicatur cum omnibus fatua mulier.

De acceptione huius nois luxuria: ꝛ ꝙ enumerantur qnq ſpēs ſecundum vtrāq acceptationem.

Lio mō diuidit luxuria i. v. ſpēs. a Notādū tñ ē ꝙ h nomē luxuria qñq ſumit largius qñq min9 large. Prio mō ē luxuria iordinat9 amor delectationis: q̄ ē ſecundū tactū. Sicut viciū gule eſt inordinatus amor delectatiōis ſcōm guſtū: ꝛ cupiditas inordinatus amor pecunie. Et ſcdz hoc pōt diuidi luxuria i qnq ſpēs. quaꝝ prima ꝑtinet ad ſuauitatez veſtiū vel lectoꝝ. ℄ Scda ad ſuauitatē vnctionū: q̄ antiq multū vtebātur. ℄ Tertia ad ſuauitatē balneoꝝ. ℄ Quarta ad tact9 īmūdos illoꝝ membroꝝ: q̄ generationi nō deſeruiūt. Quinq ſpecies pertinēt ad mēbra generatiōi deputata: ꝛ iſta ſpēs vocat luxuria ſcdz ꝙ hoc nomē luxuria ſtricte ſumitur: ꝛ diuiditur in. v. ſpēs. Pria eſt ſimplex fornicatio. Scda ſtupꝛū: q. ē illicita defloratio virginū. Tertia ē adulteriuz ꝙ ē ad alterius thorū acceſſio. Quarta eſt inceſtus: ꝙ ē ꝯſanguineaꝝ vel affinitū abuſus. Sub qua ſpecie comprehendi poſſūt peccata ſanctimonialium: ꝛ etiam religioſorum.

De peccato ꝯtra naturaz cuius magnitudo. vij. modis oſtenditur. vi.

Uinta. eſt peccatuz contra naturaz q ꝙ fit duobus modis. quandoq. n. eſt ꝯtra naturā: quo ad modum: vt cū mulier ſupergreditur vel cū fit beſtiali modo opus iſtud: tamen in vaſo debito. qñq vero eſt ꝯtra naturā quantū ad ſubſtantiā: vt cū quis procurat vel cōſentit vt ſemen alibi q̄ in loco ad hoc a natura deputato effundatur de quo vitio cum magna cautela loquendū eſt: ꝛ ꝑdicando: ꝛ interrogatiōes in ꝯfeſſionibus faciendo: vt nihil hoibus reueletur: ꝙ eis ꝑbet occaſionē peccandi. Et no. ꝙ diabolus dicitur habere duas manus quibus frequentius homines capit. ſ. gulam: ꝛ luxuriā. de quibus exponitur illud ps. Conſiderat peccator. ſ. diabolus iuſtum: ꝛ querit mortificare eum. Dominus autez non derelinquet eū in manibus eius. v. digiti in iſta prima manu: ſunt ille. v. ſpēs vicij gule que notātur in hoc: ꝟ. ꝑpoꝑe: laute: nimis. ardenter ſtudioſe. v. digiti: in ſcda manu ſūt. v. ſpēs dicte. Inter quas. Primo ꝓſequamur de vicio ꝯtra naturā Magnitudo autē hui9 vicij poteſt oſtendi octo modis. B

Octo modis oſtenditur quod peccatū ꝯtra naturam ſit maximum.

Rimo illis teſtimonijs ſcripture: q̄ p hoc viciū aſſerūt eē maximū vel nimiū q̄le ē illud qd legit. xiij. Gene. Uoles āt ſodomite erant peſſimi: ꝛ peccatores corā dño nimis ꝛ. xviij. Dicit dñs. Clamor ſodomoꝝ ꝛ gomorreoꝝ multiplicatur. ꝛ petm eoꝝ aggrauatū ē nimis: deſcendā ꝛ videbo ꝛc. Grego. Nouitas tante ꝛ inaudite turpitudinis: quaſi admiratiōnē: ꝛ dubitationem. parit in audientem. vnde dñs: quaſi admirans ꝛ dubitās ſuꝑ tāto ſcelere introducitur loquēs. deſcendā C

⁊ videbo ⁊c. Incredibile.n.mihi vr̄: hoīeſ tantū flagitiū ꝑpetraſſe. Et nota. ꝙ ꝺ duobus pctis.ſ. de homicidio: ⁊ vicio luxurie contra naturā legit. Clamor aſcendiſſe ad dn̄m: q: laborātes his duob⁹ vicijs ſpālit hoſtes ſūt dei ⁊ generis humani facto.n. ⁊ nō verbo dn̄t deo. tu maſculū ⁊ feminā creaſti vt multiplicarent: nos operā dabimus vt minuant. vn̄ ꝓpter hoc parificat homicidio viciū iſtud. Ad iſtū etiā ꝑmū modū pertinet qꝺ legit de Joſeph. xxxvij. Gen̄. Qui accuſauit fratres ſuos apud patrē ſuū: crimine peſſimo.i. de vicio contra naturā ſecundū vnā expoſitionē. Ad eundē modū ꝑtinet illud verbū Augu. Adulteri malū fornicationē vincit. Uincitur ab inceſtu. Peius eſt.n. cū matre ꝗ̄ cū aliena vxore dormire. Sed oīm hoꝝ peſſimū eſt. quaſi cōtra naturā facit ſi vir mēbro mulieris nō ad hoc ꝯceſſo vtatur hoc execrabiliter fit in meretrice: ſed execrabilius in vxore. Et Clemens papa. Grauiſſime peccāt fornicarij.i. valde grauiter: grauī⁹ adulteri: ſed cūctis his grauī⁹ inceſtuoſi: quos oēs trāſcendūt cōtra naturā delinquētes. Scḋo pōt oſtēdi magnitudo huius vicij. per vindictā ſumptā a dn̄o de vicio iſto. Prima aūt vindicatio fuit hui⁹ peccati diluuiū. Inter alias cauſas eniꝫ diluuij pōit hic Methodo. ꝙ mulieres .i. veſaniā verſe ſupgreſſe viris abutebant. ⁊ qꝺ exarſerāt hoīes in alterutrū coeuntes. Secunda fuit ſubuerſio. v. ciuitatū. In qua vindicta attendendū ē: ꝙ dn̄s nō ſolū nocētes: ſꝫ ēt inocentes paruulos occidit: etiā vni⁹ diei. In hoc pūiſuꝫ eſt pueris ne diuti⁹ viuentes ſequerētur exēpla patrū: ⁊ grauius dāmarētur: ⁊ etiā circūiacentes regiones punire voluit nō ſolū hoīes ſeꝺ etiam aīalia: ⁊ terre naſcētia: ipſaꝫ etiā terram deſtruxit eā cōuertēdo in mare mortuū: in quo nil viuit: nec auis. nec piſcis. Cādela viua ſupnatat. extincta mergit ꝗ̄ſi igne iſ ernal Sumpta ē cito illa vīdicta. nec potuit expectare ignis ille donec cetera peccata punirētur. Un̄ Ber. Gehēne flāma morā nō ſuſtinēs ſodomoꝝ ꝓuenit tollere nationeꝫ ⁊ ipſaꝫ ꝯſciam tante ꝯfuſionis terrā conſumpſit ignis ſulphureus ⁊ ſpūs ꝓcellaꝝ: ⁊ in lacū horribilē ſolū oē redactuꝫ eſt. Et Gen̄. xix. Dn̄s pluit ſup ſodomā ⁊ gomorram ignē ⁊ ſulphureꝫ de celo: ⁊ ſubuertit ciuitates has. ⁊ oēm circa regionē vniuerſos habitantes vrbiuꝫ: ⁊ cuncta terre virētia. Reſpiciens etiā vxor Loth poſt ſe verſa eſt in ſtatuā ſalis. ad oſtendendū quantum diſpliceat deo memoria huius peccati. Tertia vindicta fuit Onam. de quo legitur. xxxviij. Gene. Quod ſemen fundebat in terra: ⁊ idcirco percuſſit eum dominus. eo ꝙ rem deteſtabileꝫ faceret. Tercio poteſt oſtendi magnitudo huius vicij per penaꝫ huic huic peccato taxatā. Unde Leui. xx. Qui dormierit cum maſculo coitu femineo. vterqꝫ operat⁹ ē nephas morte moriantur: ſanguis eorum ſuper eos. ¶ Quarto per cominationē quā facit dominus peccato huic. Unde Johel. q̄rto. Congregabo omnes gentes: ⁊ deducam eas .i. valle ioſaphat: ⁊ diſceptabo ibi cum eis: ⁊ ſubiungit cauſa vna diſceptationis poſuerūt pueruꝫ in proſtibulo. ¶ Quīto pōt oſtendi per hoc ꝙ ſcriptura iſta deteſtabiliter loquitur de peccato illo. Un̄ ad Ro. i. Maſculi in maſculos turpitudineꝫ operātes. Non dicit aliqꝺ turpe: ſed ipſam turpitudinē vocat peccatū illud. Et ibidē vt cōtumelijs afficiāt corpora ſua ꝓpterea tradidit illos deus i paſſiones ignominie. Et Leuit. xviij. Cū maſculo nō commiſceaṙis coitu femineo. q: abominatio eſt: ⁊ ſymacus dicit. quia ineffabile. ⁊ nō deberet homo loqui de peccato iſto. ¶ Sexto per hoc ꝙ multi antiqui inueniuntur non reputaſſe adulteriū vel ſtuprum reſpectu huius peccati. Unde Gene. xix. Dicit Loth ſodomitis. Nolite queſo fratres mei. nolite malum hoc facere. habeo has duas filias: que nec dum cognouerunt virum: educam eas ad vos: ⁊ abutimini eis. ⁊ Judi. xix. Habeo filiā virginē: ⁊ hic homo habet cōcubinā educā eas ad vos vt nō humilietis eas: ⁊ veſtrā libidinē cōpleatis. tātuꝫ hic cōſecro: vt ſcel⁹ hoc cōtra naturā non operemini in viꝝ. Septimo pōt oſtēdi magnitudo hui⁹ vitij: ꝑ hoc ꝙ illud peccatū eſt adinuentio deus vero multū odit adinuētionē in peccatis: vn̄ ſup illꝺ. Iſa. viſitabo ſup fructū adinuentionū veſtraꝝ Dicit Greg. De⁹ plus punit ſtudia peccatoꝝ: ꝗ̄ peccata: ⁊ in ps. Ibūt in adinuētionibus ſuis. Jere. Corrupti ſunt: ſed abhominabiles facti ſunt i ſtu. ſuis. Octaus poteſt oſtendi magnitudo huius vitij per

multiplices effectū ipſius. Hoc vitiū ſedus inter nos: ⁊ deū rumpit. ergo humanum quantū in ſe eſt deſtruit: hoīem iumento inferiorē reddit. Propter hoc vitiuz filius dei diſtulit incarnari. ¶ Ad primū pertinet ꝙ dicit Aug.. Hoc vitio inquit violat ſocietas: que nobiſcū deo eſſe debet: cum natura: cuius ipſe eſt actor: perverſitate libidinis polluit: ſicut aliquis cū alius deteriorauit ei rem ſuā: dolet vestra ſit: ſic deus ſcit illuz quez ipſe fecit hoīem: cum videt. ꝙ ipſe ſe fecerit feminā nō reputat creaturam ſuam. Secundo vero planum eſt. ¶ Tertium vero poteſt oſtendi ex hoc ꝙ ille qui peccat peccato iſto: nō obſeruat legem: quaz etiam bruta obſeruant: alie ſpecies luxurie iumento aſſimilant hominez ſed hoc inferiorez reddit. Ideo Sodoma bene muta interpretatur: qꝛ hoc peccatuz reddet homines mutos in die iudicij. Nō poterūt enim excuſare ſe per ignorantiaz cum ipſa natura legem docuerit: ipſa bruta aīalia: quā iſti trāſgrediuntur.

¶ De inceſtu cuius peccati magnitudo quattuor modis probatur. ca. vij.

Equitur de inceſtu. Cuius peccati magnitudo poteſt oſtendi. ¶ Primo per penam taxatam huic peccato in lege. Poſtꝙ enim dn̄s ꝓhibuit inceſtum: ⁊ vitiū contra naturā. xviij. Leuitici ſubiungit. Omnis anima que fecerit de abominationibus his quippiā: peribit de medio populi ſui. ⁊. xx. eiuſdez taxatur eadē pena hoc peccato. ¶ Scdo pōt oſtēdi per hoc quod apoſtolus tradidit ſathane cruciandū illū fornicatorē: qui cum nouerca ſua peccauerat. ſm ꝙ legitur. pe. ad Cori. v. ¶ Tertio poteſt oſtēdi per mala que ex hoc peccato ſequūtur. vnde legit. ij. Reg. xij. Quod Amon qui ſororem ſuam Thamar corruperat interfectus ſit a fratre ſuo Abſalon: niſi homines hoc peccato cauerent ſibi: ſequerent inde non ſoluz odia: ⁊ homicidia : ſed etiam fratricidia. ¶ Quarto poteſt idem oſtēdi: per hoc qđ peccatum iſtud hominem quaſi canē reddit. Canis enim in opere illo nō obſeruat conſanguinitatem.

¶ De adulterio ⁊ ſpeciebus eiꝰ cuiꝰ magnitudo in multis oſtenditur. cap. viij.

Equitur de adulterio ꝙ diuidit i duas ſpecies. ſ. in ſimplex adulterium: ꝙ eſt cū vxoratus peccat cū ſoluta. ⁊ ecōuerſo: ⁊ in adulterium duplex ꝙ eſt cū vxoratus peccat cū vxore alterius ¶ Septem aūt ſunt: per que poteſt oſtēdi magnitudo huius vitij. ¶ Primo ꝑ hoc ꝙ eſt contrariū ſacramēto matrimonij: ꝙ ipſe deus inſtituit: ⁊ in paradiſo: ⁊ in ſtatu innocentie: vnde nō fit iniuria tanto ſacramēto: abſqꝫ magna cōtumelia dei. ¶ Secundo per hoc qđ eſt cōtrariū iuri naturali: vnuz enim ex preceptis iuris naturalis eſt hoc. Quod tibi non vis fieri: alij nō feceris. Hoc vero nullo mō vellet hō ſibi fieri vt aliquis cū vxore ſua peccaret: multi ſunt qui potius permitterent ſe interfici vel exheredari: ꝙ̄ hoc ſuſtinerēt. Ius ergo naturale docet hoīem: ꝙ hic nullo modo debeat facere alij: qđ a deo odit fieri ſibi. ¶ Tertio poteſt oſtendi per hoc ꝙ ꝓhibitio adulterij ī decalogo: īmediate ponitur. primo prohibitionem homicidij: ⁊ ante prohibitionē furti. Unde Clemēs papa. Quid in omnibus peccatis adulterio grauius. ? Scdm enim in penitentia locū ideſt in ꝓhibitionibus: homicidio quodā modo aſſimilatur adulteriū. Cuz eniz vir ⁊ mulier ſint vna caro: qui auferret vxorē ſuam alicui. idem eſt ac ſi ſeipſuz ei auferret. Exſuperat aūt peccatū iſtud omne furtum: quia ꝙ auferitur: cum ſit natura rationalis: melius eſt quacunqꝫ terrena ſubſtantia. Quarto poteſt idem oſtendi ꝑ legem que habetur. Leuitic. xx. Ubi ſic dicitur. Si mechatus quis fuerit cuz vxore alterius: ⁊ adulteriū perpetrauit cū vxore proximi ſui: morte moriatur: ⁊ mechus: ⁊ adultera. Eadem pena punitur hoc peccatum: ſcdm leges mundanas: nec recipitur aliqua redemptio. Quinto oſtenditur idem ſcdm id quod legitur dominus dixiſſe. Dauid cū adulteratꝰ eſſet. ij. Re. xij. Non recedet ait gladius d̄ domo tua vſqꝫ in ſempiternuz: eo qđ deſpexeris me: ⁊ tuleris vxorem vrie Ethei. Sexto pōt oſtēdi: per mala que ſequūtur ex hoc peccato. Sequūtur autē ex eo exheredationes filiorū. Unde xxiij. Eccle. Mulier omnis relinquens virum ſuum peccabit: ſtatuens hereditatem ex alieno matrimonio. Sequunt etiā inde homicidia. Unde Dauid

Eſt in adulterium cecidiſſet interfici fidelē militē ſuum. Sequitur etiā multotiēs īceſt⁹: vt. ſ. idē aliqs agnoſcat filiā pſis ſui vel eius vxorē: ignorat enim quis ſit pater eius. ¶ Septimo pōt oſtendi magnitudo huius peccati p iudiciū zelotipie. de quo Nūeri. v. Si declinaſti a viro tuo atqȝ polluta es: ⁊ ɔcubuiſti cū altero viro: his maledictionib⁹ ſubiacebis. Det tibi deus maledictionē: ⁊ exemplū cunctoꝝ in populo putreſcere faciat femur tuū: ⁊ venter tu⁹ dirrumpatur ⁊c. Et ezechiel. Vnuſquiſqȝ vxorem proximi ſui polluit: ⁊ hereditate terram poſſidebitis.

¶ De ſtupro virginuꝫ. cap. ix.

s Equit de ſtupro qꝫ eſt illicita defloratio virginū: cuius peccati magnitudo oſtēdi pōt. ¶ Primo ex hoc qꝫ Sichen filius Emor qui Dinaꝫ filiā Jacob defloravit interfectus eſt: hec de cā cum patre ſuo: ⁊ toto populo vrbis ſue: vnde legitur. xxxiiij. Gen. ¶ Scđo poteſt idē oſtēdi p hoc: qꝫ hoc peccatū aufert virginitatē: cui debetur fruct⁹ cētēſimus: cuꝫ cōiugatis ſolū debeatur triceſimus: viduis ſolū. lx. ſatis deteriorat terrā. q facit vt nō poſſit reddere niſi. lx. fructū: vel. xxx. cum prius redderet centeſimū. Qui illicite deflorat aliquā: aliquādo eſt occaſio omniū fornicationū: quas ipſa facit poſtea. Sicut ille q pmo rumpit clauſurā alicuius vinee occaſio eſt dāni illius: qđ faciūt qui poſtea intrāt: qui aliter nō intraſſent. Et aufert ei q̄uqȝ qꝫ nūq̄ decetero maritum habebit. Ad deteſtationē ēt hui⁹ peccati facit hoc: qꝫ bonū qꝫ ipſe aufert. ſ. virginitatis bonū eſt irrecuperabile: ⁊ irrecōpenſabile: vetū virginitatis nō recipit diſpenſationem: qꝛ nec recōpenſationem.

¶ De ſimplici fornicatione. cap. x.

s Equitur de fornicatione. Ad cuius deteſtationeꝫ ſufficere poſſunt q̄ dicta ſunt de luxuria generaliter addere tñ hoc poſſumus: qꝫ hoc peccatuꝫ deteſtabili⁹ ēt homicidio vel rapina: i hoc qꝫ illa nō ſunt ſubſtātialiter mala. Pōt. n. aliqs velle occidere aliqueꝫ meritorie ſicut iudex amore iuſticie. Et aliqs pōt accipe alienū in ſūma neceſſitate. Sed nullus poteſt fornicari ſciēter quin mortaliter peccet ponamus qꝫ aliqs nūq̄ malū cogitauerit nec dixerit nec fecerit: ⁊ oīa egerit bona: q̄ excogitare poſſunt: ⁊ ſemel tm̄ fornicatur ⁊ ſic decedat abſqȝ penitētia: ex neceſſitate dānabitur. Si oēs miſſe q̄ vſqȝ ad finē mūdi celebrabūtur ab eccleſia: pro eo celebrarentur: nō liberarēt eū a morte eterna. Ad deteſtationē etiā hui⁹ peccati facit qꝫ legit xv. Numeri: qꝫ cū fornicat⁹ eēt pp̄ls iſrael cū filiab⁹ Moab: iuſſit dñs cūctos pncipes populi ſuſpēdi: in patibulis cōtra ſolē Et occiſi ſūt de populo. xxiiij. milia hoīuꝫ. Et fineés q̄ interficit zambri. coeūtē cum Madianite: ⁊ ſacerdotiū ſempiternū meruit. ⁊ iram dei a populo auertit. Et licet fornicatio genus ſit oīs illiciti coitus q ſit extra vxorē: tñ ſpecialiter intelligitur i vſu viduaꝝ: vel meretricuꝫ: vel cōcubinarum. ¶ Ad deteſtationē illius fornicationis q̄ fit cū meretricibus: hoc facit: qꝫ qñ aliqs credit ſe cum talibus peccare ſimplici fornicatione: ipſe qñqȝ cōmittit adulterium vel inceſtū. Sepe eniꝫ tales mulieres ɔiugate ſunt: ⁊ forſitan a cōſanguineis eis: q peccat cū eis cognite: vnde cōmittit ſe qui cū talibus peccat: magno diſcrimini. Et licet nō ſint cōiugate: vel affines etiā ei: ipſe tñ eque peccāt: ac ſi forent ex quo equalis eſt contēptus. Ad deteſtationē vero ei⁹ fornicationis: q̄ fit cū viduis facit hoc: qꝫ peccās cum talibus aufert eis honorē. ad deteſtationē vero eius: q̄ fit cū cōcubina facit hoc qꝫ talis fornicatio fit cuꝫ ſcādalo proximi. ¶ Eſt alia ſpēs luxurie: pter pdictas q̄ raptus dr̄. Eſt aūt raptus: cū puella violēter a domo pr̄is educit: vt corrupta i vxorē habeat: ſiue puelle parētib⁹: vis illata ɔſiterit: hoc peccatū tm̄ eſt: qꝫ morte punit.

¶ Quō peccatū luxurie diuidit: ⁊ aggrauatur ſcđm diuerſitatē ſubiectoꝝ. ca. xi.

t Ertio modo poteſt diuidi peccatum luxurie ſcđm diuerſitatem ſubiectoꝝ: in qbus eſt vt diuidat in luxuriā laycoꝝ: ⁊ religioſaꝝ perſonaꝝ: de luxuria vero laycoꝝ nihil dicemus aliud q̄ de luxuria in genere dictum eſt: ſed de alijs duabus ſpeciebus dicemus: qꝛ valde grauius eſt peccatum iſtud in clericis: vel in religioſis perſonis. Et aliter pōderādū eſt in eis q̄ in laycis: vnde pōdus ſanctuarij maius erat ceteris ponderibus: ⁊ pōderibus mercatoꝝ: ⁊ ponderibus ciuiuꝫ ad ſignandū qꝫ aliter ponderāda ſunt peccata laycoꝝ: ⁊ peccata eoꝝ qui ſancti debēt

esse: q̄bus dicit in Isa. Mundamini q ferṫis vasa dñi. ¶ Septē sūt aūt q̄ aggrauāt peccatū istud. s. carnis: in clericis: in sacris ordinibus cōstitutis. ¶ Primum est voti fractio. Et est ista circunstantia valde aggrauās peccatū ꝙ satis apparebit. si aliqs attendat q̄ preciosuꝫ sit: quid talis aufert deo: ꝛ ꝙ res sancta sit. Nec due circunstātie aggrauare solēt peccatū rapine: preciositas rei que rapit: q2 magis dānificat. primꝰ ꝛ sanctitas ipsiꝰ: q2 tūc nō est solū furtū: imo est sacrilegiū. Castitas vero quam iste deo ꝓmisit cū sacros ordines suscepit q̄ deo aufert cū fornicatur res icōpensabilis est. vñ. xxvi. Eccle. Ois pōderatio non est digna aīe ↄtinētis. Res ēt scā est cū sit deo oblata. vnde cōtrectatio eiꝰ dño inuito facta sacrilegiū est. ¶ Scōm est scandalū ꝛ derisio populi. vnde Iero. Clericꝰ aūt honestior est ceteris. aut laicis est fabula. ¶ Tertiū est sciētia. vñ Greg. Ubi maius est donū sciē: transgressor maiori subiacet culpe. ¶ Quartū est hoc ꝙ ad dei seruitiū ꝓ hoc assumpti sunt. Sicut. n. q fornicatur in ecclesia magis peccat: q̄ ille q fornicat i domo cōi: eo ꝙ ecclesia dñi sit seruitio deputata. sic maiꝰ est peccatū luxurie in clericis. qui dei seruitio sunt deputati q̄ in laicis. ¶ Quintum est ꝙ ipsi sunt de familia dei. ꝛ eius expensis viuūt ꝛ vestiunt. Proditores. n. sunt q illā ipugnāt. de cuiꝰ bonis viuunt. ꝛ dei cōtumelia etiā maior est q2 a suis ↄtēnit. vñ in ps. Si inimicꝰ meꝰ maledixisset mihi ꝛc. ¶ Sexto ē h̄ ꝙ ipsi decipiūt ppl'm qui dat eis elemosynas. vt ipsiꝰ peccata deleāt orādo. ꝛ gratiā impetrēt sanctitate vite sue: ꝙ ipsi nō faciūt. q2 ſm Gre. Cū his q displicet: indignꝰ ad intercedēdū mittitur. irati animꝰ ad deteriora ꝓuocat. R. Qui ambulant in carne. q2 deo placere nō pñt: ꝛ placere velle p̄sumūt.

B ¶ Septimuꝫ est dignitas officij ad quod ordinati sunt. ꝙ specialiter pertinet ad sacerdotes. Sicut eni grauiter peccaret qui calicē benedictū in lutū ꝓijceret vel aliter macularet: eo ꝙ ad continendū dominicū sanguinē deputatus sit. sic sacerdos grauiter peccat. qui ad suscipiendū dominicuꝫ corpus ꝛ sanguinē ordinatus est quando peccato carnis se maculat. Et sicut ille etiā grauius peccaret. qui in calice inquinato: manente immundicia. in eo sanguinem domini poneret: sic grauiter peccat ille q fetore luxurie iquinatus anteq̄ ab immundicia illa se abluit: corpus ꝛ sanguinē dñi sumere p̄sumit. De quo Ambro. Qui indigne xp̄m sumit idem est ac si interficiat. Et Aug. super illud ad Heb. x. Irritaꝫ qs faciens legē moysi: sine vlla miseratiōe duobꝰ vel tribꝰ testibꝰ morit: quāto magis deteriorat putatis mereri supplicia: qui filium dei conculcauerit. Cōculcat xp̄m qui libere peccat ꝛ absq̄ timore. ꝛ qui eo indigne participat.

¶ Quinq̄ de causis ostenditur ꝙ peccatum luxurie valde indecens est in sacerdotibus.

C Nota ꝙ peccatū luxurie est valde indecens in sacerdote. Et hoc. v. de causis: q2 homo ꝛ q2 dñi minister ꝛ quia angelus: ꝛ q2 plusq̄ angelus in aliquo: ꝛ q2 vt deus. Uicem enim dñi tenet. Ad primuꝫ facit illud Senece. Voluptas nihil habꝫ magnificū: nihil ꝙ naturā deo primam deceat ministerio membrorum vilium ac turpium veniens. Appetitus fornicantis est: brutalis concupiscentia. brutorum autē concupiscentia viso delectabili tam cito accenditur. ꝛ non habet i potestate sua vt eam temperet vel extinguat: sic fornicator vult appetitū suum impleri quantūcunq̄ sibi maluꝫ accidere debeat. ¶ Ad scōm notandum ꝙ si diuites huius seculi tantuꝫ amant mundiciaꝫ in eis qui sibi seruiunt cibum preparando: quantuꝫ ille de quo legitur in cant. Qui pascit inter lilia. i. puritate delectatur. Aug. Melius ē spiritualia penitus omittē q̄ i pure tractari vel tangi. In ecclesiasticis officijs deus non frequentiam multorū: sed deuotioneꝫ probat animorū. ¶ Ad tertium pertinet ꝙ legitur in Malachia: Labia sacerdotis custodiunt scientiam: ꝛ legem requirunt ex ore eius. quia āgelus domini exercituū est: plus etiam est: q̄ angelus quantum ad dignitatem sacerdotalem: quā non credimus esse angelis concessam. Non enim si proferret angelus verba illa. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus fieret transubstantiatio quia non habet ordineꝫ qui ad hoc exigitur. Nec angelis legimus dictum quorum remiseritis peccata remissa sunt. vt legimꝰ discipulis dictū. Io. penu. Hoc tamē verbū sane intelligendū ē. Est

etiā vt deus: vnde sup illud. xvi. Math. Uos aūt quē me esse dicitis? dicit Interli. vos ab alijs discreti non homines: sed dij Et i lege: dijs nō detrahes ⁊ pricipi popu li tui non maledices. Et quale est vt quis viuat vt porcus qui est vt deus?

¶ De peccato carnis in personis religio sis cuius magnitudo peccati sex modis p batur. xij.

Conseq̄nter ostendendū est quō aggra uatur peccatū carnis in religiosis p sonis. Et primo ostēdemus hoc gene raliter in quibuscūq; psonis religiosis dein de specialiter in sanctimonialibus. Et no. q. vi. sunt circūstantie aggrauātes pctm̄ clericoꝝ q sunt in sacris ordinibus consti tuti. Possunt similiter ad peccatum pso naꝝ religiosaruz referri ista: sed causa bre uitatis de hoc ad presens dimittamus.

¶ Sex aūt sunt p que ostendi pōt quātuz aggrauetur hoc peccatū in religiosis. Pri mum est hoc q moy. narrat. vi. Gen̄. assi gnās cām diluuij: cū cepissent inqt hoies multiplicari sup terram ⁊ filios pcreassēt vidētes filij dei filias hominū: q eēnt pul chre: acceperūt sibi vxores ex omnibus q̄s elegerant: Si aūt displicuit tm̄ deo: q filij dei filias hominū in vxores acceperunt q̄ tum displicere est credendū deo: cum filij dei cū filiabus hominū fornicātur: ¶ Se cundum ē q cetus religiosoꝝ ē nobilior ps in sponsa christi. i. ecclesia: vnde p faciē intelligitur: ⁊ in sponso ecclesie maxime di splicet macula in eis vn̄ ipse dicit in cant. sponse. Ostende mihi faciē tuaz. Qui ma gnam alicui contumeliā vult facere macu let ei faciem: vnde iudei in faciem christi expuerunt: vt contumelia maior esset. Sic christo contumeliam magnā faciūt: qui fa ciem sponse: p qua abluenda faciē ppriaz sputis iudeoꝝ exposuit maculant: vel in se vel in alijs. ¶ Tertium est hoc q peccatuz carnis in religiosis apostasia est. Si enim qui habitum religionis deserit apostata iu dicatur cum castitas magis substantialis sit religioni q̄ habitus qui castitatem dese rit apostata est: vn̄ de tali veꝝ est q legit̄ vi. Prouer. Hō apostata vir inutilis nec quantū ad deū vtilis est. Quicqd. n. facit in claustro non valet ei ad meritū vite eter ne. Et quo ad hoies inutilis est cum eis sit scādalo ⁊ derisioni. ¶ Quartuz est hoc q diabo. ita studet ⁊ laborat vt religiosos fa ciat cadere: ⁊ precipue in peccatuz carnis vnde in ecclesiastico venatio leonis. ona gri in heremo. Leo est diabo. cuius ē vena tio monachus in heremo claustri. Diabo. quasi leccator cibos inusitatos querēs: vn̄ Abacuc. i. Incrassata ē pars eius: ⁊ cibus eius electus. Quātū placeat diabolo pec catum carnis in religiosis pōt ostendi per hoc q legitur in dialogo. Gre. Quod An dreas Fundane ciuitatis episcopus cū vi tam virtutibus multis plenam duceret: ⁊ continentē quandā monialē q̄ secū prius habuerat: noluit ab episcopi sui cura repel lere: certus de sui ⁊ eius continentia. Sed hostis eius spēm illius cepit oculis eius in primere: aditū temptationis exqrēs. Qua dam vero die iudeus de campania appē tendēs: cū iam esset nox nesciēs quo decli naret: iuxta apollinis templum se ptulit. Nocte vero media dū p timore vigilaret vidit malignoꝝ spirituū turbam in ecclesi am aduenire. Quoꝝ pricepts discutere ce pit qd egissent. Et post multū: vnus exiliit q in andree animū p speciem sanctimoni alis: quantam tēptationē carnis commo uisset aperuit. Quum vero malignus spūs q preerat in hyantem audiret adiunxit: q ad hoc peruenit temptatō, vt die preterito in terga eiusdem sanctimōialis femine ala pam daret. Tunc blāde exhortatus est eū vt perficeret q ceperat: vt singularem pal mam teneret. Tūc iudeus accedēs ad epi scopū: diligenter ab eo licet hoc celare vel let extorsit: quem episcopus ad fidem mo nuit: ⁊ baptizauit. ¶ Ad idem facit quod legitur i vitis patrum: q dicebat quidaz thebe' senex q fili' fuisset sacerdotis ido lorum. Et cum quadam die videret patrē suum in templo sacrificantem idolis. vi dit ⁊ sathanam cum militia eius astantez Quē cum singuli demōes adorassent: cō tulerunt facta neqtie sue. vn̄ ait per. xxx. di es homines vnius prouincie plurimos oc cidi: Alius ait. per. xx. dies plurimos sub mersisse in mari. Alius se. per. x. dies inter fuisse nuptijs ⁊ sponsum ⁊ sponsam occi disse: ⁊ multam sanguinis effusionem in citasse: hoc audito: sathan omnes flagella ri iussit: tandez vnus dixit: per. xl. annos incitasse se quendam monachum in here mo ad peccādū: ⁊ vix eū illa nocte compu

Exemplum

Ex.

Monjas

ſit eũ fornicari. Tũc ſurgẽs oſculãs eum: īpoſuit ei coronã: quã habebat dicẽs: eũ gdẽ maximũ feciſſe. ¶ Quintũ ẽ hec ꝙ deus legitur ita grauiter puniſſe pctã illa que in clauſtris ſunt cõmiſſa. ¶ Primuꝫ clauſtrũ fuit in celo: in quo ip̃e deꝰ abbas fuit in quo gdã cõſpirationem fecerunt ⁊ abſqꝫ ſpe venie dãnati ſunt. ¶ Scđꝫ clauſtrũ fuit i terreſtri padiſo: in quo g inobedientes fuerũt de paradiſo expulſi ⁊ morti cũ tota ſucceſſione ſua dãnati ſunt. ¶ Tertiũ clauſtrũ fuit in principio eccl'ie: i quo petrus fuit abbas: in quo g ꝓprietarij eſſe voluerũt morte ſubitanea perierũt. Cã aũt quare peccatũ in clauſtro cõmiſſuꝫ adeo deo diſpliceat: põt eſſe duplex. ¶ Una tãgitur. xxvi. Iſaie. Ubi ſic legitur in terra ſanctorũ iniqua geſſit: ⁊ nõ videbit gloriã dñi: multũ diſplicet deo: ꝙ diaboli filius: locũ occupet: in quo deberet eſſe ſanctus ¶ Scđa cauſa eſt: q: cluſtrales debẽt eſſe ſerui dñi: propter ꝓpriũ: vnde valde magnã cõtumeliã reputat hãc ſibi deus: cũ a talibus cõtemniſe videt. ¶ Sextũ eſt hec ꝙ vita clauſtralis ẽ angelica vita. Imitari enĩ dꝫ angelicã vitã in puritate ꝑ caſtitatem. Iero. In carne eni preter carnẽ viuere: nõ humane nature: ſed virtutis ãgelice. Et in caritatis feruore vſqꝫ ad diuꝫ coronem: ⁊ in pfectione obedientie: vt ſicut in celo ſic ibi voluntas dñi pfecte fiat clauſtralis: ergo ãgelus ẽ: ergo: vel malus vel bonus: ſi

B malus ẽ diabolus: vel demon. Nihil aliud eſt malus angelus: q̄ diabolus. Et ſic clauſtrales luxurioſi ſunt demões icubi. Iero. Profeſſionis chriſtiane religiõis malicia: nihil hꝫ mediũ inter angelos ⁊ demones: aut erũt ãgelis equales aut demõibus nõ ipares. In clauſtralibus videt̃ hec peccatũ maximũ eẽ: ⁊ indecẽs: q: ſpũaliſſimi debẽt eſſe. Et hoc peccatũ pre ceteris eos carnales reddit. Efficit̃. n. in hoc peccato: hõ totus caro. Macula eſt intollerabilis in oculo q̄ parũ grauaret in alio mẽbro. Uiri cõtẽplatiui ſunt vt oculi.

C ¶ De peccato carnis i perſonis religio.

Sequitur de pctõ carnis in ſanctimonialibus: qđ adeo eſt graue: ꝙ non eſt ſola fornicatio: imo eſt ibi adulteriũ ⁊ inceſtus: ⁊ ſtuprũ: ⁊ quaſi peccatũ cõtra naturã: adulteriũ eſt ibi: cum ſit acceſſio ad ſponſam xpi. Et valde eſt graue genus adulterij ſi attẽdatur cui deſpõſata eſt: quoniã altiſſimo. Quãto eni nobilior eſt cui deſpõſata eſt: tanto maior eſt cõtumelia: ipſi eſt deſponſata cui angeli ſeruiunt. Attẽdere etiã dꝫ qui eã ſollicitat: ꝙ ſponſa eſt domini ſui: vnde cũ peccato adulterij erit crimẽ proditionis. Hoc attẽdebat ioſeph: g domine ſue dicẽti ſibi dormi mecũ dixit. xxxi. Geñ. Quomõ poſſuꝫ facere hoc malũ: ⁊ peccare in dñm meũ? Attẽdere etiam deberet ꝙ ſponſa iſta eſt adeo dilecta domino ſuo: ꝙ incluſis: aut oblita eni ꝫ eſt populũ ſuũ: ⁊ domũ patris ſui: vnde cõcupiuit rex decorẽ eius: iuxta verbũ. Pſ. Ad hoc adulteriũ ſpecialiter põt referri: ꝙ legitur. Prouer. vi. Zelus ⁊ furor viri: nõ parcet in die vindicte. Stuprũ illicita defloratio virginis: frequenter eſt. Inceſtus etiã ibi: ⁊ valde graue genus peccati: eo q: cuꝫ vxore patris fornicatur vnde ad hoc poteſt referri: ꝙ legitur. i. ad. Cor. v. Auditur inter vos fornicatio: ⁊ talis fornicatio. Qualis nec inter gẽtes: ita vt vxorem patris ſui aliqs hẽat. Ad idem poteſt referri ꝙ legit̃. Geñ. penul. Ruben effuſus es: ſicut aqua nõ creſcas: quoniaꝫ aſcendiſti cubile patris tui: ⁊ maculaſti ſtratum eius. Eſt etiaꝫ ibi quodammodo vitiũ cõtra naturã: cũ fornicatur aliqs cũ mortua: iam ſudario inuoluta cũ. Religioſe perſone: que pfecte ordinem ſuũ ſeruãt cõtinue: ſudariũ ſuum ferunt: q: in habitu ſuo ſepeliuntur.

¶ De incitamentis luxurie. 3. po xliij.

Dicto de his: que faciũt ad deteſtationem

D luxurie ⁊ de ſpeciebus eiꝰ. Dicẽdũ eſt de his que preſtant occaſionẽ huic peccato: que ſunt viij. ſ. Ocium. Indiſcreta ſumptio cibi ⁊ potus. Exhortatio vetularum: vel aliaꝝ perſonarũ: que ſunt cõſiliatrices tui prauitatis. Et prauũ exẽplum. Aſpectus mulieꝝ. Colloquiũ: Auditus. vel cantilenarũ amatoriaꝝ: vel inſtrumẽtoꝝ muſicorũ: vel turpiloquiorum. Et tactus. ¶ Quod ocium det occaſionem huic peccato: patet ex ſcriptis. Ethnicorũ ⁊ etiaꝫ ex ſacra ſcriptura: vnde. Poeta. ꝟ. Queritur egiſtus: quare ſit factus adulter. In promptu cauſa eſt deſidioſus erat. Et xvi. Ezechiel. Hec fuit iniqtas ſodome ſororis tue: ſupbia ſaturitas panis: ⁊ habundantia: ⁊ ociũ. ¶ De indiſcreta ſumptione

dibꝰ ⁊ potꝰ: quomõ ſit cauſa luxurie ſatis dictũ eſt: vbi de vitio gule diximꝰ. Dicit ẽt Jero. ꝙ difficile inter epulas ſeruat̃ pudicitia ⁊c. Ber. Periclitat̃ caſtitas in delitijs ⁊c. Jero. Pro membrorum ordine: ordo vitiorum eſt. hoc ꝙ mẽbra generationis deputate.

¶ De exhortatione vetularꝫ ⁊ aliarꝫ perſonarũ ad luxuriam: cuius magnitudo peccati .x. rationibus comprobatur. xliiij.

s Equit̃ de peccato vetularũ. Multa aũt ſunt: per que põt oſtẽdi magnitudo huiꝰ peccati: ¶ Primũ ẽ hoc: ꝙ peccatũ illð: eſt diabolicũ. Unꝰ diaboli eſt operã dare vt hoiem deijciat i peccatũ.

A Sic ſtudiũ taliũ vetularꝫ eſt vt mulieres inclinet ad peccatũ: nec hñt de peccato illo nũꝗ niſi fetorẽ: ⁊ potiꝰ vnum vini: vnde. Johel. iij. Puellã vendiderũt p vino: vt biberent. ¶ Scðm eſt: ꝙ hoc opꝰ earꝫ magis nociuũ eſt ꝗ̃ opus diaboli: vbi enim nec hõ: nec diabolus: põt aliqd facere per ſe: ibi facit vetula: vnde recte põt dici diabola: eo ꝙ in peccato diabolo aſſimiletur: a peccato enĩ hꝫ diabolus: ꝙ ſit diabolus: qui creatione eſt ãgelus. Poſſet ẽt dici ſathan: ꝙ interpretat̃ aduerſator. Efficatius eni aduerſat̃ ſaluti eius quã monet ad malũ ꝗ̃ ipſe diabolus. ¶ Tertiũ per ꝙ oſtendi põt magnitudo huius peccati eſt pena ſerpenti: a dño inflicta. Serpẽs enĩ quẽ diabolus ſibi elegit: vt per eũ mulierẽ deciperet decem ei ꝙ mulieri aſſimilaretur: erectus eni erat tũc: ⁊ ſcðm Bedã. vultũ virgineũ habẽs: ſignificat recte has vetulas quas diabolꝰ eligit: ad alias mulieres deijciẽdas eo ꝙ ſint eis ſimiles. Licet ẽt ſerpens tanꝗ creatura irrõnabilis nõ itellexerit qd fecerit: tamẽ. in. iiij. punitus eſt cum mulier in duobus punita ſit tantũ: ⁊

B vir tantũ in vno. n. qꝛ in ſolo eſu peccauit in labore querendo ſibi edulium: punitus eſt: vnde dictum eſt ei. Maledicta terra in opere tuo ⁊c. Mulier ſuperbiuit: ⁊ in fructu peccauit. Ideo deus eam humiliauit dicens ſub viri poteſtate eris. Et in fructu eius puniuit eã dicens. In dolore paries. ¶ Serpens vero quia hominẽ deiecit: pſtratus eſt: cum prius erectus incederet: vñ dictũ eſt ei. Super pectus tuũ gradieris. Quia habuit in ore mendaciũ: ideo in ore eius poſitũ eſt venenũ. Et in cibo punitus eſt: vnde dictũ eſt ei. Terram comedes oĩbus diebus vite tue. Quia mulierẽ decepit ideo dictum eſt ei inimicitiã ponam inter te ⁊ mulierẽ. Et poſt: ipſa cõteret caput tuum. Et eſt argumentũ: ꝙ mulieres ſancte multũ debeant odio habere tales vetulas non naturam: ſed vitiũ earꝫ. Et niſi ſe correxerint: debent pcurare eo mõ. quo ſcðꝫ deũ poterũt: vt a vicina ſua expellant eas. Qualiter ergo punientur vetule que intelligunt peccatũ qð faciunt: ſi ſic ſerpens punitus eſt: qui non intellexit. Sicut ſerpẽs in ore punitus eſt: ſic punientur: ⁊ ipſe. Et qꝛ vitium: ꝙ pro peccato: ꝙ faciunt. bibũt fel draconũ erit vinũ eorꝫ: ⁊ venenũ aſpidum inſanabile. Ipſis etiam dicetur. Nõ terram comedis: ſed carbones comedes omnibus diebus vite tue. Et qꝛ ſe plantas vel põtẽ diabolo fecerunt: vt p eas ad mulieres diabolus tranſiret: ipſe pſtrate conculcabuntur: ⁊ vadent ſup eas horribiles vt ait Job. ¶ Quartũ eſt ꝙ legitur. xxviij Eccle. De lingua tertia vbi ita habetur lingua tertia: mulieres fortes eiecit: vel mulieres viratas ſꝫ aliam litteram: vel ẽt muratas. Et quibuſdam interpoſitis ſubiungit ⁊ vtilis potius infernus: ꝗ ille ignis infernalis nõ vrit: niſi illos qui ſibi adducuntur: ⁊ qui hoc meruerũt: ſed lingua tertia iniuſtiſſime exurit igne peccati: illos ẽt q ſibi nihil nocuerunt. ¶ Quintũ eſt hoc ꝙ vetula talis ſe habet ſicut lingua in corpe diaboli: quod eſt congergatio malorum. Ex quo ſatis põt oſtendi: ꝙ multa malicia ſit in huiuſmodi mulieribus. Si enim tantum eſt malicie in lingua vnius hominis vt habetur in canti. Jacobi. 3. Quantum credenda eſt habere malicie lingua diaboli? De lingua hominis dicit Jac. Lingua noſtra ignis ẽ: vniuerſitas iniquitatis. Et poſt que maculat totum corpus: ⁊ inflammat rotam natiuitatis noſtre inflammata: a gehenna: Ita lingua eſt inquietum malum: plena veneno mortifero. Quod ð lĩgua diaboli veriſſime poſſet dici: ſcilicet de vetula: cum diabolus vt faber ſit iuxta illud. Iſa. Ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas. Et iuxta illud. Job. Alitus eius prunas ardere facit. Vetule iſte ſunt vt folles ipſius. Atteſtatur autem nigredo vetularum hoc officio. Ipſe etiam vetule ſunt quaſi larue ſub quibus latet diabo-

lus: ⁊ in qbus operatur. Si enim ſe mani
feſtaret in ꝓpria forma: horrorē mulierib⁹
incuteret. Ipſe etiam ree ſunt proditionis
apud deū: cuius caſtra explorant: ⁊ procu
rāt: vt diabolo tradant: preſertim cū xp̄s
in tēpore paſſionis laborauerit vſq; ad ſu
dorē ſanguineū: ⁊ tm̄ dolorē ſuſtinuerit: q
nō fuit dolor ſicut dolor eius: ⁊ tātū expen
derit: ibi eni fractū eſt alabaſtrū: ⁊ vnguē
tū miſericordie effuſuz ī tāta habūdātia q
eā ſenſerūt celū: terra: ⁊ ifernus: vnicā tātū
aiaz. ſ. latronis in actu lucratus eſt ibi. Ex
quo ſatis p3: quātū peccent he vetule: etiaz
ſi nō auferrēt: niſi vnā aiam dn̄o in tota vi
ta ſua: cū tale dānū faciant ei: quale lucruz
ipſe fecit in cruce. Itē ſi p̄dicator vnus nō
lucraretur: in tota vita ſua niſi vnā animā:
multū faceret: cuz vna anima plus valeat
q̄ oēs diuicie huius mūdi igitur ſi aliqua
vetula toto tēpore vite ſue: nulli aliud ma
lum faceret: nec corde: nec ore: nec ope: niſi
q vnā animā deo auferret nimis eēt. Itez
ſi aliquis vendidiſſet vnū de vicinis ſuis
comedēdo ⁊ bibendo cū eo: aliquibus: q
eum corporaliter iugularent: valde malus
iudicaretur. Uel ſi aliquis ad tantam ma-
liciā perueniſſet: q pro. xij. dena hominem
vnuz corporaliter interficeret. Quā mala
ergo iudicāda eſt: que tot animas vendit
ad interficiendum eas: ſpiritualiter: come
dendo ⁊ bibendo cum eis: ⁊ que non pro
xij. de. ſed pro potu vno vini interdum in
morte vnius anime conſentit: preterea in
cendiarij: qui furtiz domos ⁊ aceruos ma
nipulorum incendunt in guerris: peiores
ceteris reputātur: ⁊ maxime ſunt exoſi: ve
tule autem iſte incēdiarie ſunt: luxuria que
ignis eſt vſq; ad conſumptionē deuorās:
vt legitur in. Job. In cordibus hominuz
ponūt: nec parcunt etiam templis: fideles
tēpla ſunt deo in baptiſmo dedicata. Itez
ſi nullū ſacrificiū ē deo ita acceptū vt zelus
aiarū: nullū ſacrificiū eſt diabolo acceptius
vt perditio earū. Et nihil ſic deo diſplicet:
vetule tales proprie videntur eſſe de fami
lia diaboli: ⁊ ſic chriſtus voluit vt ſup apo
ſtolos apparerent lingue ignee: ad oſten-
dēdū quod officiū eorū erat: verbis corda
hominū: igne celeſti inflāmare: ſic diabo-
lus ſi vellet officium iſtarū vetularum hō
minibus oſtēdere: linguas igneas igne fe
tido inferni faceret: ſuper eas apparere.

¶ De malo exemplo p quod excitatur lu
xuria. xv.

Sequitur de malo exemplo qd̄ fre-
quenter dat occaſionem peccato lu
xurie: ⁊ licet malum exemplum vni
uerſaliter ſit multū timendū: precipue tm̄
exēplū: huius peccati: q2 in membris gene
rationi deputatis maxime ſeuit ɔcupiſcen
tia: vnde non accideret de facili q aliquis
videret aliquos fornicari qn temptaretur
vnde in eccleſiaſtico. Qui ſe iungit forni-
carijs: erit neq̄. Et Apo. i. ad Cor. 2. ocq̄ns
de chorinthio fornicatore. Neſcitis q2 mo
dicū fermenti totam maſſaz corrūpit: Ex-
purgate ergo vetus fermentum. Et Gen.
vnū exemplū auaritie: vel luxurie: multū
mali fecit r ⁊ eis q ſūt in matrimonio. Nō
eſt tutuz habitare cū illis: qui virginitatē
vel caſtitatem volunt ſeruare.

¶ De aſpectu mulierum vitando. xvi.

Sequitur de aſpectu mulierum qui
valde timendus eſt: vt poteſt oſten-
di ⁊ auctoritatibus ⁊ exēplis ⁊ ra-
tionibus. ¶ Auctoritatibus: vnde ſuper il
lud. Gen. Uidit mulier ⁊c. Dicit Gregor.
Non debemus intueri quod non licet cō-
cupiſci: itē Grego. Penſandū eſt: quantū
viſuz debemus reſtringere: qui mortaliter
viuimus: ſi mater viuentium ad mortem
per oculos venit. Et eccle. nono. Uirginez
ne conſpicias: ne forte ſcādalizeris: in de-
core eius. Et poſtea. Auerte faciem tuam
a muliere compta. Exemplis poteſt idez
oſtendi: vnde. xxxiiij. Gen. Cum vidiſſet
Dinam ſychen filius emoreuei princeps
terre illius: adamauit eaz. ⁊ rapuit. Et. xix.
Gen. Iniecit dn̄a oculos ſuos in ioſeph: ⁊
ait dormi mecuz. Et. ij. Regū. xi. Uidit Da
uid berſabe lauantem ſe ex aduerſo: ſuper
ſolarium ſuum. erat autez mulier pulchra
valde ⁊ ſubiungitur: miſſis itaq; Dauid
nuncijs tulit eam. Et Iudith. Legi. xvi.
Colligauit cincinos ſuos mitra ad decipi
endum eū. Sādalia eius rapuerūt oculos
eius. Pulchritudo eius captiuā fecit ani-
mam eius. Cincinnos vocat capillos eius
in ſerie vna ɔgregatos. ¶ Multis ēt ratio
nibus poteſt oſtendi q valde timendum
ſit nobis aſpectus mulierum. quarū. que
dam ſumuntur ex p̄te mulierū. Et alie ex
parte oculorum. ¶ Ex parte mulieruz ſu-
mere poſſumus tres rōnes: ad hoc oſtdē-

dum primã eſt hec. q a planta pedis vſq
ad verticem. non eſt locus in mulieribus.
in quo non ſit poſitus laqueus ad capien
dũ animas. Qd ſatis innuitur. Judith. xvi.
Ubi dicitur. Colligauit ꝛc. Ut ſupra. Ec
ce laqueus in vertice ſandalia eius rapue
rũt oculos eiꝰ. Ecce laqueus in pede. ꝛ Ec
cle. vij. Jnueni amariorẽ morte mulierem
que laqueus venatorũ ẽ. ꝛ ſagena cor eiꝰ
vincula ſunt manus eius. Hoc dicitur vt
q manu eiꝰ tenetur ſciat ſe eſſe iã in vincu
lis diaboli. Et. vij. Prouer. Ecce occurrit
illi mulier ornatu meretricio: pparata ad
capiẽdas animas. No. q diabolus qui ex
coriat mulieres pellem honeſte cõuerſatio
nis: ab eis remouẽdo ad miluos. i. luxurio
ſos capiendos qui ſunt aĩalia ignobilia q̃
ad eſtatẽ volant. Ad idẽ ſolent canes. vel
murilegi excoriari. Mirum eſt quomodo
hoc toleratur inter fideles. qd mulieres ſic
preparant ſe ad interfectionẽ animarum.
Si quis faceret foueã i via ꝛ eã coopiret:
nunqd toleraretur: Fouea aũt pfunda. ẽ
meretrix vt legit. Prouer. xxiij. Jtẽ eccle.
ix. Ne reſpicias mulierem multiuolam. ne
forte incidas in laqueos eius. Secũda rõ
quare aſpectus mulierũ ſit timẽdus ẽ hoc
qd mulieres in aſpicientibus ſe. ſolo viſu
ignẽ infernalem ſuccendunt etiã a remo
tis. vñ. Eccle. viij. Ne circũſpicias ſpeciem
alienam. Propter ſpẽm mulieris. pierunt
multi. Et ex hoc ꝯcupiſcentia quaſi ignis
exardeſcit. Tertia ratio eſt. quia nõ eſt ali
qua pars in eis que quaſi gladio non vta
tur in necem ſe aſpicientiũ. Jero. Gladius
igneus eſt ſpecies mulieris. Quaſi ex om
ni parte ſui. ſagittas emittunt. Ad quã ſagi
tationẽ pertinet. qd legitur. Prouer. vij.
Donec transfigat ſagitta iecur eius. ꝛ pau
lo poſt multos vulneratos deiecit. non eſt
hoc mirũ ſi multos interficiat. cum denſe
ſcat multitudine telorũ. ſicut porcus qui di
citur ſpinaticus multitudine ſpinarum.

¶ De cuſtodia oculorum.

Ex parte vero oculorum poſſunt ſu
mi. vij. rõnes. ¶ Primũ eſt quia
oculi ſunt valde veloces ad nocẽ
dum anime. Jdeo predonibus cõparantur
Treñ. iij. Oculus meus depdatus eſt ani
mam meam Predones timẽtur multum
propter ſui velocitatẽ. Ad idem pertinet
qd dicit. Greg. ſuper illud gen. vidẽt mu
lier ꝛc. Deprimẽdi ſunt oculi a laſciuia ſue
voluptatis. quaſi quidam raptores ad cul
pam. Nõ enim eua lignũ contigiſſet. niſi
prius incaute reſpexiſſet. ¶ Secũdo timen
di ſunt oculi mulierũ quia remotiori nocẽt.
Guſtus ꝛ tactus ſunt eorũ. q̃ ſunt imedia
ta. ſed viſus. non ſic propter hanc cauſam
multũ timẽt baliſtarij. ꝛ ſagittarij. Ter
tio q. oculi mulieris armis cõtra nos vti
tur. Plures. n. differẽtias rerũ opponit no
bis viſus q̃ ceteri ſenſus. Sẽſus iſte mini
ſtrat materiam temptãdi nobis ꝛ quantũ
ad cõcupiſcentiam carnis: ꝛ quãtũ ad con
cupiſcentiã oculorũ ꝛ ſuperbiã vite. vnde
phs. Totius hominis libertas eſt pdidiſ
ſe oculos. Oculi ſunt per quos paupertatẽ
ferre non poſſumus. Oculi tota noſtra lu
xuria ſunt. Hij nos in omnia quotidie vi
tia precipitant. Quarto qa duces ſunt
ſcelerũ. Inter latrones magis timẽtur qui
vias ſcientes aliorũ duces ſunt. Señ. Intel
ligendum eſt partem omnẽ innocentie ce
citatem. Hinc oculi. Adulteriũ monſtrant
hinc inceſtum. hinc domum. q̃ concupi
ſcas. Irritamenta ſunt malorũ. duces ſce
lerum. Quinto pter corruptionẽ ma
gnam. que in oculis eſt. Ad quã corruptio
nem primo facit facultas ledendi q̃ viden
tur habere a natura etiam quantũ ad pec
catum. cui atteſtatur facilitas ledendi cor
poraliter q̃ eſt in eis. Diſpoſitio enim corpo
ralis frequenter atteſtatur diſpoſitioni ſpi
rituali. Ad idẽ facit hoc quod naturaliter
cuſtodiuntur oculi tanta diligentia. Mul
tis. n. tunicis inuoluti ſunt a natura. ꝛ pal
pebris etiam exteriori defenduntur. ꝛ etiã
obiectione manus ſi opus fuerit. Eiuſdẽ
etiam facilitas ledendi ſignum eſt hoc. q
per oculos ad mentem noſtram mors intra
uit. Secũdo facit ad corruptionẽ iſtam
hoc. q multi corrupti incerũt in primo pec
cato vnde poſt cõmeſtionẽ pomi. ſequitur
in. Geñ. Et apti ſunt oculi eorum. q intelli
gitur. quo ad motus concupiſcẽtiarũ. Non
enim intelligendum eſt. q quaſi palpẽtes
ꝛ ceci acceſſerint ad lignum vetitũ. vnde
ſuper illud. Math. vij. Quid autẽ vides
feſtucam dicit. Glo. Oculus qui in para
diſo poſt culpam eſt reſeratus aptus videt
nõ vñ proficiat ſed vnde in deterius cadat
Tertio corruptio ex diuturna cõſuetudi
ne peccandi. Tanta aũt eſt corruptio illa

ꝙ quaſi in vitijs ↄcupiſcit homo ꝙ videt oculus: vnde ſup̄ illud. Job.xxxi. Pepigi fedus cū oculis meis. Et dicit. Glo. fedus cum oculis pepigit ne prius incaute aſpiceret: ꝙ poſtea inuitus amaret. ¶ Sexto Jō ſunt multū timēdi oculi: q2 vſus eorū eſt valde neceſſarius. Quanto.n.eſt vſus magis neceſſarius tāto ⁊ abuſus eius eſt magis timēd9 licet lingua valde corrupta ſit: tñ includi poteſt longo tempore. Et ſic ceſſando ab eius vſu cauet homo ab eius abuſu. Sed oculi nō ceſſant videre: vnde nō ceſſant peccare. Vñ.ij. Pe.ij. Oculos habētes plenos adulterij: ⁊ inceſſabilis delicti. ¶ Septio timendi ſunt oculi. q2 ſunt quaſi due porte in caſtro corporis noſtri: q2 ſi dñetur diabol9 ſimpliciter erit dñs corporis noſtri. Qui.n.habet portas alicui9 caſtri. habet ⁊ caſtrū. Vñ. Job.xxxi. Poſt illud. pepigi fedus ⁊c. ſubiungit. Quā.n. partem haberet in me deus deſup vbi inſinuat: ꝙ nihil habeat deus in homine: ſi oculos nō habeat. Sicut nō eſt dñs caſtri q nō hȝ ibi igreſſuȝ egreſſū. Et vt breuiter dicam: Breuis eſt omnis malitia ſup maliciā mulieris vnde legit. Ecce.xxxi. Et nihil oculo nequi9 creatū eſt vt legit.xxx. Eiuſdē. Quū in aſpectu mulierū: hec duo valde timēda cōiungunt: cōſtat aſpectū mulierū valde timēdū eſſe. Jō. Job. ſciēs oculos eſſe hoſtes valde nociuos fedus cum eis pepigerat: vt nec cogitaret de virgine. Jō ēt legitur quidā phi. ſibi oculos eruiſſe. vñ. Jō. Nō doleas ſi hoc nō hēas: ꝙ formice ⁊ muſce ⁊ ſerpētes hñt.i.oculos: ſed illū oculū te habere letare de quo in canticis vulneraſti me ſoror mea ſponſa in vno oculorū tuorū. Denicȝ q̄noſdā mūdi phos legimus vt totā cogitationē ad puritatem cogerent. ſibi oculos eruiſſe. Jn hoc tamē non debemus eos imitari.

¶ Qđ valde timēdū ē trib9 rōnib9 pbat.

Equit de colloquio mulierū: ꝙ valde timēdū ē: ꝙ pȝ. Primo per hoc ꝙ ſermo mulierū inſinuat eē necte. vij. Prouer. Vbi ſic legit: de fallaci muliere q̄ irretiuit eū ſermonibus multis. Secundo ex hoc ꝙ ↄparat igni. Eccle. viiij. Vbi ſic legit. Colloquiū illi9 q̄ſi ignis exardeſcit. Tertio ex hoc ꝙ ↄparat gladio acuto. Prouer.v. Fauus diſtillans labia meretricis ⁊ nitidius oleo guttur eius: nouiſſima āt eius amara quaſi abſinthiū ⁊ acuta quaſi gladi9 biceps. xviij.

De turpiloquiorum inſtrumento.

Equitur de auditu cantionū amatoriarū: ⁊ turpiloquiorū ⁊ iſtrumētorū muſicorū. Auditus cantationū valde timēdus ē vñ. Eccle. viiij. Cū ſaltatrice ne ſis aſſidu9 nec audias illā ne forte pereas in efficacia illius. Ad auditū turpilogorū poſſumus referre: ꝙ dicit apoſtolus. Corrūpūt bonos mores colloqa mala vel praua. Muſica ēt iſtrumēta mlta ſunt timēda: frāgūt.n. corda hominū: ⁊ emolliūt. Et ideo ſcđz vebrū ſapiētis eſſent frāgenda. ¶ Qđ valde periculoſum eſt. iiij. teſtimonijs comprobatur. xix.

Equit de tactu mulierū: q valde piculoſus ē: ſicut pōt oñdi multis teſtimōijs ſcripture. Et primo ex hoc: ꝙ legit. Eccle. viiij. Cū aliena muliere ne ſedeas oino nec accūbas cū ea ſup cubitū eius ⁊c. Secūdo ex hoc ꝙ legit xxvi. Eccle. Qui tenet eā: quaſi q apphēdit ſcorpionē. Tertio ex hoc ꝙ legit vij. Eccle. vīcula ſunt manus eius. iiij. Ex hoc ꝙ legit. Prouer. vi. Nunqd pōt homo abſcōdere ignem in ſinu ſuo: vt veſtimenta eius nō ardeāt? Aut ambulare ſuper prunas: ⁊ nō comburātur plante eius? Sic qui ingreditur ad vxorem proximi ſui: nō erit mūdus cum tetigerit eam. ¶ Ad idem fac exemplum andree epiſcopi ſupra poſitum qui ſanctimonialeȝ percuſſit manum: de qua percuſſione princeps demonū a deo letatus eſt. Ad idem facit exempluȝ ꝙ habetur in dialogo: de quodam ſacerdote. qui habuerat cōcubinam: ſed eam dimiſerat ⁊ ei nō cohabitabat immo ſanctiſſime viuebat tandem vero egrotante ad mortem ⁊ circūſtantibus dubitantibus: vtrum iā ſpūs receſſiſſet: illa que tunc ibi erat acceſſit ꝑ temptans vtrum adhuc ſpiraret: Jlle aūt vidit eam: ⁊ cū magno conamine loquut9 eſt. Recede mulier recede adhuc viuit igniculus: tolle paleam. Ad idem facit qđ legitur in vitis patrū de quodam fratre: q volens cum matre trāſire flumen manus ſuas inuoluit pallio eius: ⁊ portauit eam vltra. Et interrogatus ab ea cur hoc faceret. rñdit. Corpus mulieris ignis eſt: ⁊ ex ipſo ēt ꝙ contingebam te veniebat mihi memoria de alijs mulieribus.

¶ De remedijs cõtra peccatũ luxurie. xx.

a Dictum eſt de his que dant occaſio
b nẽ luxurie. cõſequẽter dicendũ eſt de remedijs cõtra hoc peccatum. Cũ aũt luxuria ſit ignis ſicut pꝫ ex predictis: neceſſario erit triplex remediũ contra eã ſicut ꝛ ꝯtra ignẽ viuũ triplex ſolet adhiberi remediũ. ſ. aut ꝑ aq̃ infuſionẽ: aut lignorũ ſubtractionẽ: aut elongationẽ. ꝓbi gratia. Si olla que iuxta ignẽ eſt: adeo ebulliat: vt effundatur. qḋ in ea ꝯtinetur: aliqḋ horũ triũ fieri cõſueuit. Uel aq̃ frigida olle infunditur: vel de lignis ſubtrahitur: vel olla ab igne elongatur. Sic etiã faciendũ eſt cõtra ignẽ luxurie. Si qs videat ſe temptari peccato illo: cõſiliũ vnũ ẽ vt ad aquã recurrat: vel ad aquã frigidã: quã ꝓijciat ſuꝑ ſe ſ. ad litterã: vel ad aquã lachrymarũ vel ad aquã. ſ. tribulationẽ quãcũq₃: vel recipiat diſciplinã bonã: vel puniat ſe fortiter vel trahat ſibi pilos barbe: vel capitis: vel ſi non vult adhibere tribulationis preſentiã: ſaltẽ adhibeat eius memoriã vt cogitet de penis que debẽtur peccato luxurie. Ad iſtud remediũ pertinet ꝙ legitur ꝓuer. xx. Dolor vulneris abſterget maculas. Et. xi. Eccle. Malitia vnius hore obliuionẽ facit luxurie maxime. Ad ideꝫ ꝑtinet qḋ legitur in vitis patrũ de quodã ſene. cum temptaretur grauiter de quadã muliere. quã receperat in hoſpitio ſuo. ipſe accẽdit lucernã ꝛ cõbuſſit omnes digitos ſuos. Sicut aũt ille merito cõbureretur: ſuꝑ cuius veſtem ignis caderet: qui pre pigritia illã a ſe nõ excuteret: nec eſſet cõpatiendũ ei. Et ſicut merito domũ ſuã ammitteret ꝗ vidẽs domum ſuam cõburi: aquã nõ quereret. Sic merito ignis luxurie eos conſumit. qui ad aquã tribulationis nõ currũt: cum vident ignem conſumere: non veſtes ſuas: vel domũ: ſed ſeipſos. In qua pigritia ſatis oſtẽditur: qḋ magis viliꝑendant ſeipſos q̃ aliqua ipſoꝝ. Seneca nileſt homini ſeipſo vilius. Si homo intraret in aquã frigidam
B tunc vſq₃ ad pectus: ex quo nõ iminerent ei ex hoc periculũ non eſſet hoc malũ. Secũdum conſiliũ eſt: vt homo ſibi ſubtrahat de cibo ꝛ potu. Secundũ enim ligna ſilue exardeſcit ignis. v. legitur in Eccle. Et precipe de illis generib' ciboꝝ ꝛ potuum que incitant ad luxuriam: vt ſunt fortia vina: ꝛ ꝛ acuti ſapores. Iſta enim ſunt: nõ qualiacũq₃ ligna ad nutrimentũ luxurie: ſed ſunt quaſi facule ardentes: ad eum incendẽdũ vnde ſicut deridendus eſſet qui faculis ardentibus domum ſuam incenderet: ſi diceret ꝙ cõbuſtio eius ſibi non diſpliceret. ſic deridendi ſunt qui dicunt ſe velle continere. cum talibus cibis ꝛ potibus ꝛ domos ſuas incendant. Tertiuꝫ remedium eſt vt homo elõget ſe ab igne luxurie. hoc remedium docet nos apoſtolus ꝑmo ad Cor. vi. Fugite fornicationẽ ſuper qḋ verbum dicit. Ambro. Cum alijs nempe vicijs poteſt expectari cõflictus. Hanc fugite ne ad proximetis: quia non poteſt aliter melius vinci. Ad idem monemur exẽplo ioſeph. de quo legitur. xxx. Gene. Qḋ cũ dña ſua diceret ei dormi mecũ ipſe relicto in manu eius pallio. fugit ꝛ egreſſus foras.

¶ Quomodo fugiendo pugnandũ ſit cũ peccato carnis: ratio oſtenditur.

c Triplex autem ratio põt aſſignari quare fugiendo pugnãdũ ſit cum peccato carnis: prima eſt: q2 luxuria ignis eſt: hõ vero eſt vel fenum vel ſtipula vel ſtipa. Primũ poteſt haberi ex illo verbo. Iſa. Omnis caro fenum Secũdo ex illo verbo Eccle. Stupa collecta ſinagoga peccantiũ. Nulla auteꝫ ſecuritas eſt ſtupe: vel feno: ꝙ eſt iuxta ignẽ. Secunda ratio eſt: quia luxuria eſt peccatum valde imundum. vnde ſicut non eſſet bonuꝫ luctari cum homine lutoſo. quia licet vinceretur tamen inquinaret: ſic non eſſet ſecurum luctari cum peccato iſto. Uix eniꝫ poteſt eſſe: ꝙ homo non inquinetur ibi. Ad hoc põt referri: ꝙ legitur. Eccle. xiij. Qui tetigerit picem: inquinatur ab ea. Tertia ratio eſt: quia non eſt bonum pugnare de de prope cum hoſte illo qui ex proximitate ſumit vires. Talis eſt luxuria. Corpus enim noſtrum: ꝙ prius erat nobis pacificum. conuertitur in hoſtem: vnde ſicut princeps aliquis timet pugnare cum hoſtibus ſuis. quando credit quod in exercitu ſuo multi ſunt proditores: qui debeant iuuare hoſtes ſuos: quando conflictus venerit. Sic debet homo timere pugnare: cũ luxuria. ꝛ ũ corpus noſtrũ ad modũ proditoris ꝯtra nos in pugna illa ſiat. Ad hoc autem ꝙ mulieres a nobis fugiende ſint faciunt teſtimonia ſcripture q̃ ſequuntur. Eccleſia. xxv. Commorari leoni ꝛ draconi

placebit magis q̄ habitare cū muliere neq̄ Jer. Janua diab. via iniquitatis ſcorpio-nis pcuſſio. nociuū genus eſt feminarum. Idē. Ego iudico ſi cum viris femine habi tent viſcariū diaboli nō deerit. Ex his. n. aucupatū eſt ab initio peccatū. xxvi. Eccl. A muliere initium factū eſt peccati: & per illam omnes morimur. Jer. Prima tem-ptamenta clericorum ſunt frequentes ac-ceſſus mulierum.

¶ De trib⁹ que ſolent homines aliquādo decipere qui cū mulieribus habitant ad peccatum luxurie. ca. xxi.

A Ed tria ſolēt aliquos circa hoc de-cipere. ſ. ſanctitas mulierꝫ. fiducia de propria caſtitate: conſanguini-tas. Contra primū dicit Jero. Si pudicaꝫ queris feminā quā videris bene cōuerſan tem mēte dilige. nō corporali frequētes ac ceſſu. cōtra ſcōm ſimiliter dicit. Veſtiolū tuū aut raro aut nunq̄ mulierꝫ pedes te-rant. vide ne ſub eodem tecto manſeris: nec in p̄terita caſtitate ꝯfidas: Nec Dauid ſanctior. nec Sāſone fortior. nec Salomo ne potes eſſe ſapientior. Memēto ſemper q̄d paradiſi colonū: mulier de poſſeſſione ſua eiecerit. Si dixerit forſitan aliq̄s ſe nō ſtipulā eſſe: imo ferrū: & ideo nō oportere eum timere mulierꝫ familiaritatem: ſcimus ꝙ ignis ip̄m ferrum imutat: & quaſi ignē induit. Sicut & ignis luxurie: etiam hoīes ferreos imutat in malum. Unde Jer. Fer-reas mentes libido domat. Ex duob⁹ etiā lapidibus ſi inuicē collidantur. ignis exit. Sic ex familiaritate duarū perſonarum: que quaſi lapides videnť extrahitur q̄n̄q̄ ignis luxurie. Preterea: & ſi murus a can dela iuxta ſe poſita nō cōburatur: tamē de nigratur: ſic licet hō nō cadat ex familiari tate mulierꝫ in peccatū carnis: tamē ali quantulū inquinatur. Unde Jer. Crede mihi non poteſt cum domino toto corde habitare: qui feminarum acceſſibus copu latur. Cōtra. iij. Dicit Jer. Si generis gra tia iudicas mulieres nullo mō dimittere. Memēto ꝙ Thamar a fratre ſuo corru-pta ſit. Precipue debet hō cauere. ne ſit ſo lus cū ſola. vnde Jer. Solus cū ſola ſecre to. & abſq̄ arbitris ne ſedeas. Ad hoc facit q̄d legitur. xxxix. Gen̄. Accidit quadā die vt intraret Joſeph domū: & operis q̄ppiā abſq̄ arbitris faceret. At illa apprehenſa lacinia veſtimenti diceret dormi mecum: & ipſe fugit. Sic fugiende ſunt mulieres & munuſcula earū. Un̄ Jer. Crebra munu ſcula. & veſtes ori applicatas: ac deguſta-tos cibos. blandaſq̄ q̄d ac dulces litteras ſanctus amor non habet. Fugiēda ēt ſunt loca in quibus hō poſſit vel ſpectare mu-lieres: vel ſpectari ab ipſis. Ad q̄d ptinet quod legitur Eccle. ix. Noli circūſpicere in vicis ciuitatis: nec oberraueris in plateis illi⁹. Auerte faciem tuā a muliere compta. Ad hoc multum eſſent admonendi hoīes poſt paſcha. Hoc eſt enim occaſio re cidiuandi multis. licet autē ſint fugiēda loca vniuerſaliter in quibus mulieres poſ ſunt videre vel videri.

¶ De choreis q̄ malum ſit ducere eas mul tis teſtimonijs ſcripturarum rationibuſq̄ probatur. cap. xxij.

S Pecialiter tamē ſunt fugienda lo ca in quibus choree ducuntur. ¶ Unde hic de choreis agentes: oſtendemus q̄ malum ſit choreas ducere. ¶ Primo ex teſtimonijs ſcripturarum. ¶ Secundo rationibus multis. De teſti-monijs vero ſcripturarū ſufficiat pone-re. vij. Primū eſt illud verbū Auguſtini. Melius eſt in dn̄icis diebus arare vel fo-dere q̄ choreas ducere. Scōm eſt illud q̄d legiť. Exo. xxxij. Cū appropinquaſſet Moy ſes ad caſtra: vidit vitulum & choreas. ira-tuſq̄ valde: piecit de manu tabulas & cō-fregit eas ad radicē mōtis. Deinde aſſum ptis ſecum filijs Leui. interficit tria milia. Alia littera hꝫ. xxiij. milia. Ex h̄ q. moy-ſes qui erat māſuetiſſim⁹ hoīum qui erant in terra: adeo iratus fuit. & tantā vindictam ſumpſit de hoc ꝙ del honores vitulo ip̄e-derant & choreas duxerant. Satis pōt eē manifeſtū quantū iraſci deberet. ſi quis ze lum animarū haberet quādo diuino ſerui tio ꝯtempto & neglecto. videt diuinos ho nores impēdi nō vitulo: q̄ eſt creatura dei ſꝫ ipſi vanitati vel laſciuie p vitulum deſi gnate. Uitulus. n. animal eſt laſciuū. Tē-poribus illius q̄bus deberēt audire hoīes cant⁹ eccleſie audiūt cant⁹ laſciuie. Ter tiū teſtimoniū eſt illd̄ q̄d legiť. Mat. xiiij. Qd̄ ſaltatrix fecit ap̄utari caput Johānis In hoc. n. prefiguratum eſt. quantā pote-ſtatem habiture erant ſaltatrices & canta-trices ad ſeparandum eos. in quibus eſt

gratia dei: qui per. Johānē deſignant a capite ſuo xp̄o. ¶ Quartū teſtimoniū ē illō ꝙ legit. Eze. xxv. Pro eo ꝙ plauſiſti manū ⁊ ꝑcuſiſti pede: ⁊ gauiſa es ex toto affectu ſuper terrā iſrael: Ecce ego extendā manū meā ſuper te: ⁊ tradā te in direptionē ⁊ interficiā te de populis. ¶ Quintū eſt illud Augu. Oīs motus petulantie ſaltus eſt in profūdū colace. vt eſt iſtud ꝙ refert. Gre. in dialogo. De quadam ſorore: cui de nocte in viſione beata virgo apparuit: atꝙ coetaneas in albis veſtibus puellas ei oſtendit. Quibus cum illa ſe admiſcere appeteret: ſꝫ ſe eis iūgere nō auderet: btē Marie voce rēquiſita eſt: an vellet cum eis eſſe ⁊ in eius obſequijs viuere: cui cum puella diceret: volo mandatum ꝑtinus accepit: vt nil vltra leue: ⁊ puellare ageret a riſu: ⁊ iocis abſtineret: ſciēs ꝙ inter virgines: quas viderat ad eius obſequiū die. xxx. veniret: quibus viſis in cunctis ſuis moribus puella immutata eſt: ⁊ oēm a ſe leuitatem puellaris vite remouit. Cumꝙ parentes eius eā mutataꝫ mirarentur: qd ſibi beata virgo iuſſerat: ⁊ qua die ita eſſet ad eius obſequium indicauit. Tunc pōt. xxv. dies febre correpta eſt: ⁊ die. xxx. cum hora exitus ſui appropinquaſſet: eadē dei genetricē: cuꝫ puellis quas per viſiōeꝫ viderat: ad ſe venire conſpexit. Cui ſe vocāti. Rūdit. Et aperta voce clamare cepit. Ecce dn̄a venio. Hac inquaꝫ voce reddidit ſpiritū: ⁊ ex corpore virgineo habitatā cū ſuis virginibus exijt In hoc ꝙ puella q̄ volebat ꝓceſſioni beate virginis intereſſe: mādatū accepit: vt a iocis abſtineret. Satis pōt ꝑpēdi: ꝙ igreſſus proceſſionis choreaꝝ prohibeat ab ingreſſu proceſſiōis celeſtis: vnde multū fugiende ſunt huiuſmodi ꝓceſſiones: q̄ a tali ꝓceſſiōe hominē ꝓhibēt. ¶ Septimuꝫ teſtimoniū ē. Apo. ix. Ubi legit: ꝙ aſcēdit ficut fumus putei abyſſi: ſic fum⁹ fornacis magne ⁊ obſcuratus eſt ſol: ⁊ aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuſte in terram. Fumus aſcendens de puteo abyſſi eſt fetor ⁊ ardor luxurie: qui obſcurauit ſolem. i. cetum ſacerdotum: quoruꝫ eſt illuminare eccleſiam: ⁊ aerem. i. cetum contēplatiuorū pro magna parte. De hoc fumo exierūt locuſte. i. cantatrices ⁊ ſaltatrices ſe non regentes ratione: ſed incedentes in ſidinate: ac ſi bruta animalia eſſent. De

locuſte nihil omnino vires relinquūt i homine: ſicut de locuſtis egypti loquitur. x. Exo. De locuſte dicūtur exiſſe de fumo putei: non quia habeant ab eo quod ſunt: ſed quia habēt inde quod locuſte ſint. Alique enim quarum corda infecta ſunt ex fumo putei abyſſi procurant choreas. Alie vero ex leuitate ſola in principio eis conſentiūt. Juxta hunc modum loquendi dicitur diabolus eſſe pater malorum: non quod ipſi habeant ab eo ꝙ ſunt: ſed habent ab eo. i. ab eius imitatiōe ꝙ mali ſunt. ¶ Sequitur etiā in viſione. Johānis quibuſdā interpoſitis: ⁊ ſimilitudines locuſtaꝝ ſimiles equis paratis in prelium: innuit hic qđ ornatus mulierū ē quedaꝫ preparatio ad hec qđ diabol⁹ eis iſidiat: ⁊ demū in eis ipugnet: vnū ſicut ꝓpha dicit de dn̄o: ꝙ ipſe poſuit ieruſalē i equū glorie ſue i ꝑlio: ſic diabol⁹ facit de talib⁹ mulierib⁹. Seq̄t: ⁊ ſup capita eorū tāq̄ corone ſimiles auro. Hoc ꝑtinet ad ornatum quem habent tales mulieres in capitibus: ⁊ inſinuatur ꝙ ornatus quos tales mulieres deferunt in capitibus quos acquierūt a ſuis amaſijs ſint quaſi corone ꝓ multiplici triūpho: quē habuit diabol⁹ ꝑ eas de filijs dei. Sic ſolent ſtrenui milites in torneamentis in capitibus equorū ſuorū coronas ponere de floribus. ¶ Sequitur ⁊ facies earū ſicut facies hominuꝫ. Sic facies earum dicūt ⁊ nō facies hominū: propter mulieres que ſe depingunt: quarū facies ſunt quaſi larue ſub quibus facies naturales latent: q̄s dn̄s eis dedit: que ſunt pallide. Ad q̄s pertinet ꝙ dicit. Jero. Qua fiducia ingt erigit ad celos dei vult⁹: quos cōditor nō agnoſcit. ¶ Sequitur ⁊ habebāt capillos ſicut capillos mulierū: hoc dicitur ꝓpter illas que deferūt crines a mortuis mulieribus abſciſſos: qui non ſunt capilli mulierū: quia nec mortuarum ſunt: quia ab eis abſciſſi ſunt nec illarū ſunt que eos deferūt ſicut vue nō ſunt ſpinarū: et ſi eis alligent: ⁊ mirū ē quō mulieres nō timēt deferre capillos mulierū mortuarū ⁊ hēre eos de nocte ad caput ſuū. Sed veriſimile eſt ꝙ diab. hanc audaciā ꝓcuret in eis: cui⁹ ſignū ē hoc: ꝙ ipſe timerēt deferre camiſiam vel aliā veſtem mulieris mortue. De capillis vero nō timēt de quibus magis videtur eſſe timendū. ¶ Sequitur ⁊ dentes earū ſicut dentes leonū. Hoc pertinet ad

les ſint contemptoribus ſuis. patet ex hoc
ꝙ earum contemptores: licet pauperri-
mi ſint: ex contemptu earum. regnum eter
num emunt. Quarta ſtulticia eſt auari: ꝙ
ea cuſtodit: que cuſtodita perduntur. per-
dita vero cuſtodiuntur. ꝙ oñdi põt per ſi
mile de frumento: ꝙ ſi cuſtoditur perdit̃ ſi
ſeminãdo ſpargitur: cuſtoditur. vnde ſup
illud. Mat. xvi. Qui voluerit animã ſuaz
ſaluam facere: perdet eaz. dicit Glo. quaſi
dicatur agricole: Si frumentum ſeruas: ꝑ
dis: ſi ſeminas renouas. Ad idem facit illud
xxix. Eccle. Perde pecuniam ꝓpter fratrẽ
⁊ amicũ: ⁊ non abſcondas ſub lapide in ꝑ
ditionẽ. Lapis vocatur cordis duricia ſub
qua dum abſcoditur: in perditionem ab-
ſconditur. q: dũ ſeruari creditur perditur:
Et non ſolum ꝑditur. immo ẽt perdit dñz
ſuum: ꝙ deterius eſt. vñ Ber. loquens de
bonis tꝑalibus dicit. Utinam ꝯgregata pi
rent. ⁊ non ꝯgregator eorum: tolerabilius
eſſet in ſudari labori periture. q̃ peremptu
ro. ¶ Quinta ſtulticia auaricia eſt. in ex-
pendendo prodige: dum precioſum lumẽ
rõnem conſumit. in querendo tꝑalia: que
vilia ſunt. De hoc lumine dicit̃ in pſ. Si-
gnatuz eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe
vultus dei: rõ eſt q: ſm eam: ymago dei ſu
mus. Lumen ergo rõnis eſt ſignatũ ſuper
nos: q: impreſſum eſt nobis: ſicut ymago
ſigilli cere imprimit̃. Hoc lumen valde ꝓ-
cioſuz eſt. ſicut põt oſtẽdi tripliciter. ¶ Pri
mo per hoc: ꝙ ſm illud deo. ſimiles ſum⁹
¶ Scḋo ꝑ h: ꝙ preualet toti mũdo abſq;
creaturis rationalibus: ꝙ patet ex hoc: ꝙ
ſi alicui lumẽ rõnis obtenebreſcat. per in-
ſaniaz: vel alio modo melius eſt illi ſanita-
tez reſtitui: q̃ totum mundum ei acquiri.
Tertio põt idem oſtendi ex hoc: ꝙ ſol: ⁊ lu
na: ⁊ omnia alia luminaria celi immo ẽt
omnes creature viſibiles deſeruiũt huic lu
mini: ⁊ ſunt quaſi ad accendendum illud.
vnde manifeſtum eſt quale ſit lumen iſtud.
cui taz precioſa luminaria deſeruiunt. val
de eniz paruis candelis ſolẽt accendi val-
de magni cerei. Hoc lumen expendũt aua
ri in querendo temporalia. que apl's arbi
tratus eſt. vt ſtercora: quem non credimus
fuiſſe deceptum in ſua arbitratione. Si q̃s
candelam. vt denarioꝝ expenderet: querẽ
do oboluz. valde fatuus reputaretur: quã-
to inſipientior reputandus ẽ auarus: q lu-
men precioſiſſimum: immo inapreciabile
in congregando lumen expẽdit: vere inſa
nus ẽ auarus: q vicinos ſuos reprehendit
de hoc ꝙ cerã ꝯſumunt: cuz ſepũ eis ſuffi-
cere poſſit. dicens. Ut quid perditio hec: ſeipſz
vero nõ reprehendit de ꝑditiõe tali vel tanti
luminis. Lumẽ iſtud lumen regiuz ẽ datuz
hoĩ: vt eo circa ſe: ⁊ deũ vtat̃. Auarus vero
eo vtitur circa iumenta ſua. Jpſe vero re-
manet in tenebris. Jumẽta ſua ad lumen
comedũt: ipſe vero commedit in tenebris
vñ Eccle. v dicit̃ de auaro. Cunctis dieb⁹
vite ſue commedit in tenebris: ⁊ in curis
multis: ⁊ in erumna atq; triſticia. Et q: in
tenebris cõmedit: idõ noxia ⁊ venenata co-
medit. O quam fatuus reputaretur quis.
qui ad preſepe iumentorum ſuoꝝ cereum
magnum poneret ad menſaz vero ſuã cẽt
ſine lumine. Sz inſipientior eo eſt auarus
nec ſolum lumen rõnis prodige expendit.
immo ſeipſum dum ſe rebus ſuis totũ lar
gitur ordinandis: ⁊ excolendis. ⁊ d ſenſi

retinet ſibi ipſi.cum ipſe amplius regimē
& cultura idigeat.¶ Sexta ſtulticia ē i ac
quirendo. Fatuus operarius eſt: q ſciens
aliquā habilē artem ex qua poteſt lucrari
decez marcas i die:& facit vile opus.vnde
tantum denarios.iiij.acquirit. Inſipiētior
eſt auarus q de labore diuio tātū lucratur
aliqd terrenum cum eodem labore vel mi
nori.& quādoq3 maiori.ſi propter deuz fa
ceret. poſſet hic lucrari regnum celorum.
Ad quod pertinet illud.Grego. Fatuū eſt
inde tēporalia querere vñ poſſumus eter
na hēre. Minuit deus hoiem paulominus
ab āgelis: ſed hō ex auaritia ſua minuit ſe
multo amplius a iumentis qum reducit ſe
ad illud opus.in quo multo minus valet
homo q̄ equus. Locatur enim equ⁹.xi.de
narijs quādoq3 homo nō locat ſe.niſi.iiij.
Unde niſi homo laborem ſuum ad deū re
ferat a quo aliaz mercedē accipiet. īferior
iumentis.quātum ad hoc eſt. Fatuus eniz
negociator eſt auarus q ſimpla non vult
pro centuplis commutare vnde.Ber. Lo
quens de illo verbo centuplum accipietis
&c.Dicit.Quid iſanie eſt.ꝙ cunctātur ſim
pla relinquere.pro centuplis.vbi cupidus
vbi ambicioſus.vbi cōquiſitor hui⁹ ſeculi?
Fatuus etiam eſt q ad hec laborat.vt ſpi
ne diuiciarum ſibi multiplicentur: que cū
pungāt. In pſenti varijs curijs & occaſio
naliter ſuccendent eum in inferno. Nūqd
colliget auarus de ſpinis iſtis vuas: aut de
tribulis ficus. Immo ēt in preſenti iueniet
i illis moleſtiam: & aſperitatez: i quibus q̄
ſiuit ſuauitatem. Auarus eni ſimilis eſt tal
pe que qcquid fodit ſuper hūeros pprios
ponit. Sic auarus: ea q̄ male acquirit: quo
dammodo ſuper ſe ponit. Impedit ēt eniz
eum ne ad vitam gratie ſuſcitari poſſit vñ
in diuicijs: quas acqrit: tumulat ſe. Aua
rus etiam ſimilis ē ſcdz.Ber. Volēs ſuffo
catur i aqua: qui nō dimittit quicquid eū
tenere pōt. Et cū deberet amplecti tabulā
pnie: que eū a naufragio liberaret potius
amplectitur aurū: & argētum.&c. Ponde
roſa: que mergunt eū in profundū inferni.
Et vbi breuiter dicaz auarus anteq̄ lucre
tur ad ſeipſum perdit & anteq̄ aliquid ca
piat: capit. Iuſto.n.iudicio fit ſicut ait.Au
gu. Ut a diuicijs quas iniuſte capere vo
lunt iuſtiſſime capiant: immo qđ deterius
ē ipſis diuicijs quaſi quadaz eſca a diabo
lo capiātur. Nec ſolum exponendo: vel ac
quirendo iſipiēter agit auarus: ſed etiam
cuſtodiendo.
¶ Hic oſtenditur ꝙ cuſtodire pecuniam
ſtultitia ſit.
T hoc.iiij.de cauſis.¶ Primo qa
e thesaurizat: vbi oēs anteceſſores ſui
theſauros āmiſerunt.ſ.in mūdo
iſto vñ in. Oſee. Effraiz factus ē. ſicut colū
ba ſeducta: nō habēs cor.i ſapiam hec eſt
iſipientia colūbe: ꝙ pullos ſuos ponit. vbi
oēs amittere cōſueuit. ¶ Secūdo quia cu
ſtodire vult: que durabilia non ſunt: tem
poralia. iſta conſumuntur.iiij.de cauſis.
¶ Primo propter propriam corruptibili
tatem vnde. Iac.v. Agite nūc diuites: plo
rate vlulantes: in miſerijs: que euenient vo
bis. Diuicie veſtre putrefacte ſunt: &c.
¶ Secūda cauſa eſt: aliena rapacitas: vñ.
Mat.vi. De iſta cauſa & de precedēte. No
lite theſaurizare. vbi.e.inter vbi.e.&c.d.&
vbi.f.e.&.f. ¶ Tertia cauſa ē ſupbia: q̄ di
uicie pariūt que poſt diuicias cōſumit. vñ
Augu. Uermis diuitiz ſupbia ē.¶ Quar
ta cauſa ē ampla familia quā diuicie req
runt vnde. Eccle.v. Ubi multe ſunt opes:
multi ſunt qui cōmedunt eas. Et quid pro
deſt poſſeſſori niſi ꝙ cernit eas oculis ſuis
¶ Tertio inſipienter agit auar⁹ cuſtodiē
do: quia vult ſua ſecum habere: cum ſecu
rius poſſint ſibi ab alio cuſtodiri:
Quare auarus dicitur ſtultus.
¶ Quinque caſus ſunt: in quibus fatu⁹ eſt:
qui pecuniam ſuam ſecum vult habere.
¶ Primus caſus eſt: qñ aliquis eſt viator
& eſt trāſiturus per locum vbi ſcit ſe ſpoliā
dus eſſe. Tunc fatuuz eſt ſi amplius vellet
de pecunia ſua hēre ſecū: q̄ ſit ei neceſſari
um ad expenſas: vſq3 ad locum illū ſtatus
enim eſſet ſibi & ammitteret eā. Locus per
quē neceſſario ſum⁹ trāſituri: eſt mors: vbi
ſpoliamur. Spoliatur hō in morte quaſi p
anguſtū foramē trāſiturus: qr mors angu
ſtum foramen eſt. vnde. Ber. Quid tu ca
mele gibum. Quid tu pecunioſi: perdito
ris loculos tollis. Nō ſic impie: nō ſic igre
dieris. Foramen acus huius ſarcinas non
admittit. Spoliatur etiā homo quaſi red
diturus in ventrem matris ſue.ſ.terre. vñ
Eccle.xl. Iugum graue ſuper filios & de a
die exitus de ventre matris: vſq3 in diez ſe
pulture. Et in Iob. Nud⁹ egreſſus ſum de m

vtero matris mee.n.r.Illuc.i.i vtero mris
ſcilꝫ in terra. ¶ Tertio ſpoliatur hõ i mor
te ad inſtar dãnatorum qui tradendi pati
bulo ſpoliantur. Fatuus ergo eſt auarus:
qui diuicias ſecum vult hẽre:cũ ſecit ſe in
morte ſpoliand⁹ eſſe:ꝛ nõ vult mittere eas
in locum ſecurum per manus pauperum.
Grego. Securius ferũtur diuicie de patria
in patriam per mãus plurium : q̃ vnius.
¶ Secundus caſus:in quo fatuus eſt:qui
pecuniam ſuaꝫ ſecũ vult hẽre:ẽ quum nau-
fragium alicuius iminet.vnde.Gre.ſup il
lud. Job. Quaſi fluct⁹ tumentes ſuper me
timui ſemꝑ deum. Cũ fluctus deſuper im
minẽt tunc demũ de naui illa ꝓiciunt pro
tuus eſt ergo auarus qui i tãto naufragio
poſitus:potius vult pecuniam ſuam ſecuꝫ
habere.q̃ eam in ſaluo eẽ: precipue quum.
Seneca dicat. Nemo cum ſarcinis enatat.
¶ Tertius caſus eſt : i quo fatu⁹ eſt q vult
aliq̃s pecuniã ſuã ſecũ habere:cũ pecunia
illa furtiua ſit:ꝛ ſcit pecuniam illã teſtimo
nium fore ſue condemnationis:ſi apud ſe
inuenta fuerit. Fatuus igitur eſt auarus:q
rem male acquiſitam:que teſtimoniũ erit
condẽnationis ipſius:ita diligenter cõſer-
uat videtur coniuraſſe in mortẽ propriam
cum in iudicio tam periculoſo:teſtes ꝓdu
cere velit cõtra ſe. Ad hoc videt̃ ptinere ꝙ
auaris dicit Jac.v. Aurum ꝛ argẽtũ vrm
Erugit ꝛ erugo.e.u.int.ꝛ mea.cã.u.tãquã
ignis. ¶ Quartus caſus eſt in quo aliquis
nõ vult pecuniã ſecum habere cum hoſtes
ſui euꝫ inſequũtur:ꝛ ẽ pecunia illa impedi
mentum fuge illius. Ex quo ſatis manife-
ſtum eſt:ꝙ inſcipiens ſit auarus:q̃ hoſtes
inuiſibiles inſequũtur:ꝛ pecuniaꝫ ſuã nul
li vult cõmendare:ſed vult potius eam cu
ſtodire : quum in veritate ipſa potius eum
cuſtodiat ꝛ detineat.nec de manibus eius
poſſit euadere.vnde auarus ẽ ſicut ſymia
vel vrſus qui ligantur ad ſtipiteꝫ : vel trũ
cum.quãq; mobilem:ꝛ poſſꝫ alicui videri
q̃ ſymia:vel vrſus ſtipitẽ cuſtodiat cũ po
tius a ſtipite cuſtodiatur. Sic auari ligati
ſunt ad tẽporalia bona:quoꝝ quedã ſunt
mobilia ꝛ quedam immobilia ꝛ potius ꝑ
ea cuſtodiũtur diabolo.q̃ ipi cuſtodiãt eaꝫ
nec poſſunt procedere:niſi quãtũ vinculũ
amoris quo ad diuitias ſuas ligati ſunt ꝑ
mittit.vnde. Exo.viij. Uerumtamẽ lõgius
ne abeatis. ¶ Quintus caſus:i quo nõ vult
aliquis pecuniam.ſ.habere eſt quꝫ time ꝛ
ſuper ea ſe inquietari:vel vt largiatur eaꝫ
vel mutuo concedat. Et iſta cauſa multuꝫ
deberet mouere auarum:ꝙ pecuniam ſu
am in ſaluo loco reponeret:ſicut enim ca-
ro circa oſſa canes prouocat:vt ibi morde
ant:ꝛ ſicuti reclamatoria prouocant aues
rapaces:ſic diuicie circa auaros : fures:ꝛ
raptores prouocant.vnde Seneca. Aua-
rus diues cupiditatem irritat Jmmo ſi-
cut caro que oſſi adheret:ceteris carnib⁹
amplius appetitus:ſic diuicie auarorum.
Dicunt enim Auferamus ei.q2 nunq̃ da-
ret inde nobis.vnde a multis inquietatur
auarus. Accidit etiam auaro:ſicut accidit
quibuſdam arboribus:que nolunt fructus
ſuos hominibus dimittere:niſi cum diffi-
cultate:vel q2 nõ cito matureſcunt:vel alia
de cauſa:ꝛ nihilominus.arborib⁹ illis au-
feruntur fructus ſui:ꝛ inſuper optime ver
berantur ẽt vſq; ad fractionem multoruꝫ
ramorum. Alie vero arbores:que de facili
hoibus fructus ſuos dimittunt: remanent
abſq; damno ramorum ſuorum. Simili-
ter auarus ſuis ſpoliatur.velit.nolit.ꝛ pre
ter hoc flagellatur ꝛ affligitur ſepe. Quar
to agit inſipienter auarus:ſua cuſtodien-
do.q2 non vult ea in celuꝫ promittere. Nõ
enĩꝫ vult elemoſinas facere in vita ſua ſꝫ
expectat vt ab alijs ſibi fiant elemoſine p⁹
mortem.in quo ſimilis eſt illi:qui de no-
cte tranſiturus per loca:foueis plena:lucer
nam vellet ſibi fieri poſt tergũ. Elemoſine
enim quas homo facit in vita ſua:ſunt q̃-
ſi lucerna que preſertur hoi:ꝛ cuſtodit ho
minẽ ne in foueã cadat inferni. Elemoſine
vero poſt mortẽ facte ſunt quaſi lucerna
poſt tergũ.que non cuſtodit hominẽ.q̃n
cadere poſſit in foueam inferni. Et ſi iam
accidit:non extradunt eum inde elemoſi-
ne.q2 in inferno nulla eſt redemptio.

¶ De tribus ſtulticijs auari

Egitur de tribus alijs ſtulticijs aua
a ri. ¶ Quarum prima eſt improuidẽ
tia. ¶ Secunda in circunſpectio.
¶ Tertia vero in cautella.hec.n.tria ſunt
ſpecies ſtulticie:ſicut oppoſita eorum:ſcili
cet prouidentia .circunſpectio ꝛ cautela.
ſunt ſpecies prudentie. Quod autem aua-
rus valde inſipienter ſe habeat in ſua pro
uiſiõe:poteſt oſtẽdi multipliciter. ¶ Prio
per hoc:quod vbi in eternũ manſurus eſt.

de domo ſibi nõ prouidet:niſi vbi per no
ctem hoſpitaturus eſt:palatia magna con
ſeruit:hec eſt vita preſens ſi ad eternitatez
O future vite comparetur.vnde ſapientie.v.
Dicitur ꝙ ſpes impij eſt quaſi tãq̃ memo
ria hoſpitis vnius diei.vel noctis vnius.
Et Tullius loquens de eo:qui bene vixit
ĩ mũdo iſto.Dicit ꝙ ipſe ex hac vita diſce⸗
det tanq̃ ex hoſpitio non tanq̃ ex domo.
Immo quod plus eſt:vita preſens eſt qua
ſi quoddam diuerſorium ad quod hõ de⸗
clinat:ad cõmorãdum aliquantuluz. Uel
eſt quaſi via per quam curſim trãſituri ſu
mus.Ad primum facit quod dicit. Tulli⁹
cõmorandi diuerſoriuz nõ hitandi nobis
natura dedit.Ad hoc ſignandum deus in
diuerſorio naſci voluit. Breuitas huius vi
te verius in futuro cognoſcet.vnde ſapiẽ.
v.Dicũt dãnati in inferno. Nos nati conti
nuo deſinim⁹ ec̃.Ad hoc vero ꝙ per viaz
preſentis vite curſim trãſituri ſumus:facit
hec:qđ dicit. Augu.ꝙ nihil eſt aliud tp̃us
vite huius:q̃ curſus ad mortem vnde velo
citatẽ huius trãſitus:ſatis exprimũt dam⸗
nati in inferno:qui ſapien.v.Dicunt vitaz
iſtam preterijſſe.tanq̃ nũcius precurrentez
⁊ tanq̃ nauez q̃ pertranſit fluctuantẽ aquã
⁊ tanq̃ auez:q̃ tranſuolat in aere:⁊ tanq̃ ſa
gittã ad locũ deſtinatũ emiſſaz.Quare ꝓo
non ẽ in hoc loco ad quẽ adhorã diuerti
mus.vel in viã per quã curſu trãſituri ſu⸗
mus:palacia magna ꝯſtruere:vbi ꝓo eter
naliter manſuri ſumus:in nullo nobis ꝓ⸗
uidere. Scđo põtħ oñdi:ꝙ auarus inſci⸗
pienter agit in ſua ꝓuiſione.p ħ ꝙ horrea
ſua:⁊ cellaria replet ad ſuſtentationez vite
diurne:nihil vero prepat vitẽ eterne.vita p̃
ſenſtẽ quaſi vita vnius diei.Dauid. Mil
le anni.añ.o.t.t.d.e.q̃.pre.Tercio põt idez
oñdi per ħ:qđ auarus iumento ſuo.i.cor⸗
pori vineas plantat:⁊ agros ſeminat:⁊ ꝓ⸗
uidere non ceſſat.animã vero ſuã fame pi
re ꝑmittit.ꝑꝑ defectũ cibi ſpũalis: Ad qđ
poſſumus referre illud p̃s.Eſurientes ⁊ ſi
cientes.aĩa eoꝝ in ipſis defecit. Eccle.vi.
Oĩs labor hoĩs in ore ei⁹:ſꝫ aĩa ei⁹ nõ im
plebit̃ bonis.Quaſi diceret. Totus labor
hominis circa os corporis:animã vero va
cuã relinq̃t.Quarto poteſt oſtendi q̃ aua⸗
rus inſcipienter agit in ſua prouiſione.per
hoc quod diligenter cauet ne rami arbo⸗
rum ſuaruz nimio onere frangantur.Idẽ

etiam faciũt de iumentis ſuis.nolunt enĩ
ea nimio onere grauari.ſeipſos vero one⸗
re importabili onerare non timent.vnde
Augu.Quid miſerius eſt miſero non mi⸗
ſerante ſeipſum. Quantũcunq; oneratus
ſit auarus onere temporalium iſtorum nũ
q̃ dicit ꝙ ſatis ſit. Seneca. Segetem nimi
am ſternit vbertas:rami onere frangun⸗
tur.Idem animus quoq; nocet:quos im⸗
moderata felicitas rumpit.Nec poteſt ſu⸗
ſtinere auarus:ꝙ iumentum eius vltra ei⁹
vires oneretur:in onerando vero ſe:vires
ſuas nunq̃ conſiderat.

¶ De incircumſpectione auari.

s Equitur de incircũſpectione auari P
q̃ multiplex eſt. Prima eſt ꝙ terraz
continue inſpicit:iuxta illud. Ocu⸗
los ſuos ſtatuerunt.d.in ter celeſtem vero
patriam non conſiderat q̃ ammittit. Se⸗
cũda incircũſpectio eſt:ꝙ quaſi pedes ſcu
to defenſionis diligenter ꝓtegit:caput ꝓo
chriſtuz hoſtibus exponit. Caput viri xp̃s
eſt.ſicut dicit ap̄.De hoc capite non curat
auarus:licet ad cuſtodiam illius admo⸗
neatur.vbi dicitur. Eſtote prudentes.ſicut
ſerpẽ.⁊c.ſerpens caput precipue cuſtodit.
Capiti a ſiniſtri.i.corꝑis multũ timet aua
rus:huic vero glorioſo capiti:non timet.
Tertia icircũſpectio ẽ ꝙ a ſiniſtris aduer
ſitatis:diligenter cauet ſibi auarus.A dex
tris vero proſꝑitatis : non cauet. Ex q̃ ꝑte
magis ſibi cauendũ vel timendũ eẽt iuxta
illud. Gre. Cum oĩs fortuna nobis timen
da ſit magis timẽda ſunt ꝓſpera atq̃ aduer
ſa.Et p̃s.Cadent a latere tuo mille.⁊c.
Quarta incircũſpectio ẽ ꝙ paupertatẽ pre⸗
ſentis vite:q̃ ante ſe aſpicit : ſolã attendit:
⁊ nimis eam cupiens fugere quaſi retro
cadit in foueã paupertatis eterne iuxta il⸗
lud.Job.Qui timet pruinam:irruet ſuper
eum nix ⁊ in Prouer. Quod timet impius
veniet ſuper eum. Quinta incircũſpectio:
eſt:ꝙ duz auarus diligenter cauet ne quis
ſibi furetur argentũ ſuũ diabolus ex alia
parte furatur ei ſeipſum cum tp̃e ſuũ ei fu
ratur quin detinet eum in aliquo mortali
peccato.

¶ De incautela auari.

Ecima ſtultitia auari eſt ſtultitia i
d cautele. Et eſt icautela:ſupficialis
rerũ iſpectio:que multũ abũdat in
auaro. Videns.n.auarus q̃dã pulcritudĩ

nem exterioꝛē: ꝛ vita diuitiarum turpitudinē ꝛ
fetoꝛē: que i illa est nō aduertit. De q̄ turpi
tudine dicit. Augu. Ecce cū iniqs oīa pul
cra ſunt ꝛ ipſi ſunt turpes. Et in Oſee. viij.
Factus ē Effraim quaſi vas immundus in
natiōibus videns ēt auarus i vita diuitiaꝝ
exterioꝛa ſigna leticie: graue triſticiā q̄ coꝛ
rodit coꝛda eoꝝ: nō aduertit De qua dicit
Sene. Nomꝫ qui felices vocātur. ylaritas
ficta eſt. Et ē grauis triſticia eo quidē gra
uioꝛ: qꝛ interdū nō lꝫ palā eē miſeros Sꝫ in
ter erumnas coꝛ ipſuꝫ excedētes: neceſſe ē
agere felicem. Uidens ēt auarus i vita di
uitiū exterioꝛē abūdantiam: coꝛdis pauper
tatē non aduertit. De qua Apoc. iij. Dicis
q̄ diues ſum: ꝛ locupletatus: ꝛ nulliꝰ egeo
ꝛ neſcis: qꝛ miſer es: ꝛ miſerabilis: ꝛ paup
Et Aug. de diuite. Extra plenus: intus va
cuꝰ carnē crepat ꝛ coꝛde mendicat. ¶ Un
R decima ſtulticia eſt auari: q̄ cū nouerit ter
rā cibū eē demonū. iuxta illud Geñ. dictū
ſerpēti: terra cōmedes. o. d. u. t. ipſe ſe totū
in ea inuoluit: ac ſi cibus diaboli deſidera
ret eē. qꝛ vbi ē theſaurus ſuus: ibi eſt ꝛ coꝛ
ſuum. Terram etiam in oꝛe ponit: iuxta
illō. Qui de terra eſt de terra loquitur. Et
in Iſa. xxix. De hūo eloquꝫ tuū muſſitabit.
Auarus ēt i auribꝰ terrā ponit. qꝛ aurē ad
modū aſpide: terra obſtruit. Uel qꝛ de ter
renis libenter audit loqui. Loquimini inq
unt auari. nobis placentia. In oculis ter
rā ponit qꝛ iuxta verbū ſuppoſitū oculos
ſuos ſta. de. in terra. Et Salo. Oculi ſtul
toꝝ in finibus terre. Terram ēt habēt in
manibus iuxta illud. Manus eius in co
phino ſeruierunt. Terra ē et eſt in pedibus
eoꝝ immo ēt ſoꝛdes iuxta illud quod di
citur. in Trenis. de ſynagoga: que erat aua
ra. Soꝛdes eius: in pedibus eius.

¶ Quomodo auarus eſt ſtultus tripl'r.

Duodecimo loco auarꝰ ſtultus eſt
D circa ſua ſtultioꝛ circa ſuos ſtultiſſi
mus circa ſeipſum. Circa ſua ſtul
tus eſt: quia neſcit inde facere ꝯmodū ſuū
Immo ſimiles eſt cani ſuper aceruuꝫ feni
ſedenti: qui inde non comedit: ꝛ tñ latrat:
ſiquis inde ſumere vellet. Auarus quid ē
burſa eſt ſiue archa furum: ꝛ raptoꝛum: ꝛ
tyrānoꝝ huius mundi. Archa non habet
aliud cōmodū de pecunia: quā ſeruat: niſi
q̄ occaſione illius: qn̄qꝫ cōſtringitur. Bur
ſa vero hoc cōmoduꝫ repoꝛtat de pecunia
quā ſeruat: q̄ maculata inde remanet: ꝛ cu
ſtodiēdo pecuniā: cōſumitur: ꝛ rūpitur: ꝛ
interdū a latronibus ſcinditur. Sic auarꝰ
de pecunia: quā ſeruat: maculā culpe ꝯtra
hit: vitā ſuā in cuſtodia pecūie cōſumit: oc
caſione illius affligitur: ꝛ iterdū iugulatur:
valde ēt ſtultus eſt auarus circa ſuos. Fa
cit. n. auarus de filijs ſuis ſicut ſolet fieri de
muribus: Inuiſcant. n. ꝛ iuiſcati p paleā
icendēdo materiā ſue exuſtiōis colligūt: qꝛ
palee eis adherent. Sic auarus inuiſcat
quodāmō filios ſuos dū docet eos tp̄alia
amare. Amoꝛ. n. tp̄aliū eſt viſcus ſp̄ualiū
penaꝝ ſicut dicit. Glo. ſup letatus ſum. Et
filij ſi iuiſcati amoꝛe tp̄aliū cōgregāt mate
riā eterni icendij eoꝝ. Circa ſe vero ſimili
ter valde ſtultus eſt auarus. Primo quia
luctatur cum luctatoꝛe expeditiſſimo. Im
pedit. n. ſe diuicijs quibus ab eo teneri poſ
ſit ꝛ deici contra qd̄ dicit. Grego. Quan
do ad agonem fidei venimus luctam con
tra malignos ſp̄us ſumimus. Malignus
aūt ſpiritus nihil in hoc mūdo pꝛopꝛium
poſſidet. Nudi ergo cum nudo luctari de
bemus quia ſiquis cum nudo veſtitus lu
ctam agreditur: citius ad terram deijcitur:
quia habet vnde teneatur. Ideo. Adole
ſcens relicta ſyndone nudus aufugit: ꝛ Jo
ſeph relicto pallio fugit ab egyptia. Stul
tus eſt etiam auarus circa ſe qꝛ plantatus
vult eſſe in agro deliciarū quaſi neſciret ſa
lices: ꝛ ceteras arboꝛes q̄ in aquis creſcūt
ſteriles eſſe.

¶ Nota. ſex ſtulticias auari.

Reter ſtulticias p̄dicans: ſunt. vi.
P ſtulticie auari. Primo eſt: q̄ ipſe cre
dit ea: q̄ ſomnia ſunt eē veritateꝫ
vñ in. Eccle. Somnia extollūt ip̄rudentes
Felicitas p̄ſens: q̄ in prudētes extollit ſom
niū vocat: qꝛ aſſimilat ei in. iiij. ¶ Primo i
hoc: qꝛ ſicuti ſomniātes credūt ſe ꝯtrectare
poma aurea: vel lapides p̄cioſos: vel ſume
re cibos delicatos: pp ſola fantaſmata: ſic
illi qui reputātur felices: credūt ſe hēre ve
ras diuicias vel delicias: cū ſola fātaſma
ta hēant. Longe. n. amplius diſtāt he deli
cie v'l diuicie a veris: q̄ fantaſmata pomo
rū aureoꝝ a pōis aureis. Ad hꝰmōi ſom
niuꝫ pōt referri: qd̄ legitur. xxix. Iſa. Quē
admodū ſomniat eſuriēs: ꝛ comedit: cū au
fuerit expgeſcēs: laſſus adhuc ſitit: ꝛ aīa
eius vacua eſt. Sic erit multitudo oīuꝫ gē

tis z que dimicauerunt cõtra montē ſyon. Recte ſicut ſomnians ſcd̃m viſionē ſuam eſurit: z comedit: z tñ adhuc i veritate va cuus remanet: ſic auarus eſurit diuicias: z cõgregat eas: z tñ eque vacu⁹ eſt: vt prius vel ãplius. ¶ Scd̃o aſſimilatᷓ preſens felicitas ſomnio z breuiati. vñ. Job. xx. Quaſi ſomniũ auolãs nõ inenietur trãſiet quaſi viſio nocturna. ¶ Tercio aſſimilatᷓ i hoc ꝙ diuites finito ſomno p̃ſentis vite nihil habēt in mãibus ſuis vñ i. p̃s. Dormierũt ſomniũ ſuũ z nihil inuenerunt. o. v. d. z c. Glo. Quia nihil hic poſuerũt in mãibus xp̃i. Manus pauperum ſunt man⁹ xp̃i. in quibus bonum eſt: vt noſtra ponamus q: non eſt qui de mãu ſua poſſit eruere: vt dr̃ in Job. Quas dederis ſolas ſemper hēbis opes ait. Ouidi⁹. Quarto aſſimilatur preſens felicitas ſomnio: quia illis q reputant ſe felices: nullis perſuaſionibus p̃ot oſtẽdi ꝙ ſomnient: ſicut nec alicui dum dormit. Seneca. Somnia narrare vigilãtis ẽ. Sic quãdo ignis ifernalis excitabit eos a ſomno tunc cognoſcent ſe ſomniaſſe ſicut illi q dicũt in inferno. ſapiẽ. v. Trãſierũt oĩa ſicut vmbra. Quum erunt diuites in iferno tunc cognoſcent bona z mala huius vite: non fuiſſe bona vera: z mala vera: ſed tãtũ vmbras verorũ bonorũ z malorũ vera enim bona: z vera mala future vite ſunt. ¶ Secunda ſtulticia eſt ebrietas. Dequa xxviij. Iſa. Ue corone ſupbie ebrijs. Effrai Effrayz. i. fructificans: eſt diues: q amore mũdi ebrius eſt: vnde Jere. li. Calix aure⁹ babilon in manu domini: inebrians ẽ oẽs terram. i. amatores terrenorũ. Cuius ebrietatis triplex eſt ſignum. ¶ Primũ eſt nuditas vnde. Gene. ix. legitur de Noe: ꝙ bibens vinum inebriatus eſt: z nudatus eſt: i tabernaculo ſuo. Sic auarus nuptiali veſte caritatis nudatus eſt: quum indigẽtib⁹ viſcera claudat iuxta illud. i. Johannis. iij Qui habuerit ſubſtantiã mundi huius z viderit fratrẽ ſuum nece. h. e. z c. ſ. ab eo. quo. c. d. m. in eo. Nuditatẽ tñ iſtã nõ erubeſcit auarus: admodum ebrij: q nõ agnoſcit. ¶ Secundũ ſignũ eſt hoc: quod dãna z leſiones ſpirituales non ſentit. Gre. Qui peregrinationem hanc pro patria appetit dolorẽ inter dolores neſcit. Prouer. xxiij Sicut ebrius verberauerũt me z nõ dolui traxerunt me: z non ſenſi. ¶ Tertiũ ſignũ eſt hoc: quod auarus dormit tanq̃ porcus a deo ꝙ nõ p̃ot excitari a ſomno culpe: nec ad buccinam diuine predicationis nec ad tonitrua diuicia eſt cõminationũ. ¶ Tercia ſtulticia eſt auari: quod ſe committit diuicijs quas cognoſcit eẽ fallaces: ex verbo veritatis. Mat. xiij. Ubi dr̃: ꝙ fallacia diuitiarum ſuffocat verbum. Preterea ſcit eas quaſi infinitos homines perdidiſſe: z hoſtibus inuiſibilibus captos tradidiſſe: abundantia diuiciarum vtitur illo verbo Jude. Quẽcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt: te. eum. Unde a diuicijs quaſi a pditore cauendum eſt. ¶ Quarta ſtulticia auari eſt: ꝙ innititur labenti: atq; precipitanti. ſ. mundo vnde. Greg. Qui labẽti innititur neceſſe eſt vt cum labente labatur. Prouer. xi. Qui confidit in diuicijs ſuis: corruet. ¶ Quinta ſtulticia eſt: ꝙ ſeruicium ſuũ ponit in eis: que in ſumma neceſſitate nõ potuerũt eum iuuare vnde. Prouer. xi. Non proderunt diuicie i die vltionis. iuſticia ãt liberabit a morte. Et in. Sopho. Argentũ z aurum ſi poterit eos liberare in die ire domini. ¶ Sexta ſtulticia ẽ ꝙ credit diuicijs que non ſolũ ſunt mendaces. Immo ipſa mendatia vocantᷓ vnde in p̃s. Et queritis mendatium. Et Prouer. x. Qui i nititur mendacijs. hic paſcit vẽtos. Et Auguſti. Domine volui tecum mẽdaciũ poſſidere ſed tranſmiſi: quia nõ dignaris cũ mendatio poſſideri. Et mirũ eſt: quomõ iam creditur diuicijs quum tam longũ tempus tranſierit: ꝙ mentiri nõ ceperũt: z tot homines ad infernum ſuis mẽdacijs pertraxerunt. Et adhuc etiam quotidie mentiuntur: nec vnico mẽdatio: ſed multiplici ¶ Primo honorem promittũt domini z in miſeram ſeruitutem hominem ponunt De qua ſeruitute dictum eſt prius. Secundo promittunt ſecuritatem: z hominem timidum reddunt. Unde Caym qui interpretatᷓ poſſeſſio legitur habuiſſe caput tremulum. Tertio promittunt ſacietatem: z faciũt eſurire. Unde philoſophus. Diuicie cogunt eſurire. Quarto promittunt ſuauitatem: z tamen pungunt. vnde in. yſ. xiiij. Ponam babilonem in poſſeſſione ericij vt ſcilicet pungãtur ab his: qui poſſident ſicut tenens ericium pungitur ab eo. ¶ De ceteris malis que veniunt ex auaricia.

Icto de ſtulticia auaroꝝ oſtendē-
da ſunt cetera mala q̄ facit auari-
tia ſubiecto ſuo: que i magna par
te patebunt ſi oſtendantur mala q̄ faciunt
diuitie amatoribus ſuis. vnde de illis ma-
lis modo dicemus. Et eſt primum malū
ꝙ inquinant amatores ſuos. ideo luto cō-
parātur. Abacuc. ij. vbi dicitur. Uſqꝫ quo
aggrauat contra ſe denſum lutū. Et Eccl. xij.
vbi dicitur. Qui tetigerit picem inquina-
bitur ab ea. Et Eze. vij. Sterquilino com
parantur. vbi dicitur. Aurum eorū in ſter
quilinū erunt. Sterquilinum diſperſum
vtile eſt. Agros enim fructificare facit: con
gregatū vero non eſt vtile. niſi ad inqui-
nandū: ⁊ ad fetorē iferendū. ſic diuitie di-
ſperſe hoiem iuuant: cōgregate vero ama
torem ſuū inquinant. Quod deus voluit
inter vacuus ignaret: quādo voluit: vel or
dinauit: vt argentū: ⁊ cetera metalla pre-
cioſa: contingentes ſe etiam corporaliter
inquinaret. Ad eandem ingnationē perti
net id qd legitur. Prouer. xxvij. Qui feſti
nat ditari non erit innocens. Ditari feſti-
nat ille qui in mūdo iſto: q loc' eſt pauper
tatis ⁊ exilij: vult ditari. Uñ ⁊ in Eccle. xi.
Si diues fueris: nō eris imunis a delicto.
Et Oſee. ix. De amatoribus diuiciarū. Fa
cti ſunt abominabiles ſicut ea que dilexe-
runt. Et Seneca. Multū eſt diuitiarū cō-
tubernio. non corrumpi. Diuitie dei obli
uionē inducūt. Uñ Gene. xlviij. Effraym
⁊ Manaſſe dicuntur fuiſſe fratres germa
ni. Effraym interpretatur fructificās: per
quem diuitias intelligimus: ⁊ Manaſſe
obliuio: abundantia diuitiarū: ⁊ dei obli
uio: ſocietatem habent ad īui ez. Que ſo
cietas innuitur in Deute. vbi legitur. Dñs
deus tuus introducet te in terrā bonā: ter
ram riuoꝝ. Et ſuperiungitur. Abſqꝫ penu
ria cōmedes panem tuum: ⁊ rerum oīum
habundantia perfrueris. Deinde ſeqtur.
Obſerua. ⁊ caue. ne quādo obliuiſcereris
domini dei tui. valde enim turpis eſt ing-
natio: q̄ diuitie faciūt. Unde Tulli'. Dete
rius auaricia viciū nullum eſt. Nec ſolum
vna macula inquinant diuitie: immo ſecū
vniuerſitatem inducūt vitioꝝ. ¶ Primo
ſuperbiam. Unde. xxi. Eccle. Domus que
nimis eſt locuplex annichilabitur ſuper-
bia. Secundo iram. Unde Gene. xiij.
Facta eſt rixa inter paſtores Abraham: ⁊
paſtores Loth. Erat enim ſubſtantia eoꝝ
multa: ⁊ nequibant habitare ſimul.
Tertio inuidiam. Unde Prouerb. xxvij.
Uir qui feſtinat ditari: ⁊ inuidet alijs igno
rat ꝙ egeſtas ei ſuperueniat. Et Greg. di-
cit. De viro iuſto per hoc quod in terris ni
hil appetit: alienis profectib' inuidere ne
ſcit. Quarto accidiam. Une Jer. xlviij.
Fertilis fuit Moab ab. ado. ſ. r. t. ſ. ⁊c.
Quinto vicium gule. Unde Luce. vi. Ho
mo qdam erat diues. ⁊. c. ſ. ⁊c. Et eiuſdē
xij. Anima mea multa habes repoſita in
annos plurimos requi. eo. bi. Sexto lu
xuriam. Unde. xlvij. Eccle. Dicitur ad ſal.
Collegiſti quaſi auricalcū aurū: ⁊ comple
ſti quaſi plumbū argentū. Et poſt ſeqtur:
⁊ inclinaſti femora tua mulieribus. Se-
cundū malū ꝙ faciūt diuitie ex detentio i
peccato. Et ideo comparantur luto: vt ſu-
pra ⁊ butimini in Gene. vbi legitur. quod
vallis ſilueſtris habebat multos puteos
bituminis: vallis ſilueſtris eſt. vallis hui'
miſerie: que diuerſa genera diuitiarū ha
bet. quemadmodum bituminis corda ho
minum detinent. Ad hoc pertinet illud:
quod dicit Auguſti. Domine ea tenebant
me longe a te. que non poteram poſſidere
ſine te. Et illud. Eccleſia. Qui diligit aurū
non iuſtificabitur. Et illud Jere. vigeſimo
ſecundo. Locutus ſum ad te in abundan
tia tua: ⁊ dixiſti non audiam. Tertium
malum ꝙ diuicie faciunt eſt. ꝙ poſſeſſo-
res ſuos ſpoliant. Bona enim temporalia
ſecundum Auguſtinum: bona viſcata ſūt.
Ideo dicit Seneca. Quiſquis inquit vult
tutam agere vitam. iſta viſcata beneficia
deuitet. Sicut ergo virge viſcate aues ſpo
liant plumis ſuis. ſic bona temporalia ſpo
liant homines pennis virtutum ⁊ plumis
ſanctarum meditationum. ⁊ ſanctorū de-
ſideriorum. Sicut etiam ſpine oues lana
ſpoliant: ⁊ interdum excoriant. ita vt a mu
ſcis moleſtentur: ſic de corda hominū exco
riant: ⁊ faciunt ea moleſtari a muſcis di-
uerſarū ſollicitudinū. De quibus muſcis
legitur. Eccle. decimo. Muſce mo. per ſu.
vm. Et Exo. octauo. Et venit muſca grauiſ
ſima in domo Pharaonis ⁊ ſeruorū eius
Et Grego. Nihil laborioſius q̄ terrenis de-
ſiderijs eſtuare: nihil quieti'. q̄ in hoc mū
do nihil appetere. Hinc eſt: ꝙ Iſrael cu-
ſtodiam ſabbati accepit in munere. Egy-

ptus percuſſit muſcarum multitudine. Adeo autem ſpoliant diuitie amatores ſuos: quod iterdum etiam brace continentie non remanent eis. Unde Jere. xviij. Computruit lumbare. Jere. ad Eufraten. Adeo etiam iterum ſpoliant eos: quod etiam cor eis non relinquunt. imo. vbi theſaurus eorum eſt: cor eſt eorum. Mirum etiam eſt. quod ſapientes mundi vocantur illi: cum mundus ita ſpoliet eos. Mirum etiam eſt: quod non ceſſent ludere cum mundo: cum inceſſanter perdiderunt cum eo. Sed de ludo calefacti: neſciunt ſubtrahere ſe ludo. Ouidius. Sic ne perdiderit non ceſſat perdere luſor. ¶ Quinto modo debilitant diuitie. Debilis eſt. n. homo diues: et ad ſuſtinendum: et ad pugnandum: et ad bene operandum. Ad ſuſtinendum adeo debilis eſt vt ad ſibilum vnius verbi: de altitudine virtutum deijciatur. Et ſi aliquam infirmitatem in aliquo viderit: fere inſanit. Unde Sen. Regum nobis animos induimus. nam illi obliti ſue imbecillitatis: aliene deſeruiunt: quaſi iniuriam acceperint. Ad purgandum etiam debiles ſunt. Unde Jere. xlvi. Ad aquilonem iuxta fluuium Eufraten victi ſunt et corruerunt. Unde legitur. quod exercitus Alexandri deuicto Dario. ſpolijs vltra modum ditatus. paulopoſt cum hoſtibus iterum congreſſus: deuictus eſt. Quibus videns alexander ſpolia omnia que ſibi acquieſcerant: iuſſit comburi dicens. Quamdiu ſine pecunia fuerunt: non erat qui eis reſiſteret: ſed auro et argento onuſti deſides et pigri effecti ſunt. Quibus amiſſis fortiter ſicut ante pugnauerunt. Debiles etiam ſunt diuites ad bene operandum. De illis. n. verum eſt quod legitur in pſ. Pedes habent: et non ambulabunt: et non clamabunt in gutture ſuo. Ille qui multum poterat laborare: antequam fieret epiſcopus: factus epiſcopus non poteſt ire. nec cantare. nec aliud bonum facere. ¶ Quinto loco affligunt diuitie amatores ſuos. vnde Eccle. x. Labor ſtultorum affligit eos: qui neſciunt in vrbem peregre. i. in paradiſum. Affligunt autem eos quaſi continue. vnde Eccle. ij. dicitur de auaro. Cuncti dies eius doloribus. et erumnis pleni ſunt: nec per noctem mente requieſcit Et eiuſdem. v. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Et in Eccleſi. dicitur de auaro quod triſticia erit ſuper menſam ſuam. Et phs dicit de ipſo. Nihil infelicius inſcipiente fortunato. Item phs. Nihil grauius potes imprecari. cuiuis inimico. quam auariciam. Qua in preſenti vexante: cor eius dura patitur tormenta. et in futuro eterna ſupplicia promeretur. Hoc ſignatum eſt in hoc. quod Abel legitur frater fuiſſe Caym. Abel luctus. Caym poſſeſſio interpretatur. Abel ergo et Caym fratres ſunt. quia luctus et poſſeſſiones coniuncta ſunt. Idem figuratum eſt in hoc: quod Tyrus legitur fuiſſe filia Sydonis. Tyrus enim interpretatur anguſtia. Sydon Uenatio. Uenatio autem cupidorum anguſtiam afflictionem in eis parturit. Sexto loco faciunt diuitie quandam ſtultam fiduciam: et preſumptionem. Unde in pſ. Ego dixi in abundantia mea: non mo. in eternum Unde Eccle. xi. Inueni requiem: et non manducabo de bonis meis ſolus. Et neſcit quod tempus pretereat: et mors appropinquet: et relinquat omnia alijs et moriatur: Ultimo interficiunt anime contemplationem. Unde Gene. xlviij. Jacob ingrediente effrata mortua eſt Rachel. Effrates interpretatur ſterilis. et ſignificat diuitiarum abundantiam Iſta eadem mala que diuitie faciunt: facit per conſequens ipſa auaritia que eas congregat.

¶ De his que ſcriptura comparat auaris. ca. 8.

P Reter iſta mala ſunt etiam alia duo que facit auaritia. ¶ Primum est quod conturbat auarum: et totam eius domum Unde Prouer. xv. Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam. Domus ibi poteſt accipi. vel pro domo conſcientie: vel pro domeſticis. ¶ Secundum malum eſt ingratitudo. Unde Seneca. Nullum malum habet cupiditas maius: quam quod ingrata eſt. Idem ſemper de accipiendo cogitat. oblitus eſt accepti. Cum debe ret auarus regratiari deo de bonis: quam iam accepit. ipſe oblitus acceptorum: de acquirendis cogitat et accipiendis. Octauo ca. ad deteſta. auaritie. ea quibus ſcriptura auarum comparat. Primo autem comparat ſcriptura auarum inferno: et morti. Unde Abacuc. ij. Dilatauit quaſi infernus animam ſuam: et ipſe quaſi mors. non adimplebitur. Unde in perſona auarorum dicitur in Prouer. i. Degluttiamus eum ſicut infernus viuentem. Et Jere. Auarus eſt ſicut infernus. Inſaciabilis enim eſt. Et quo amplius rapit et deuorat: eo amplius rapere ſitit quod perdat. Comparatur etiam auarus mari. Omnia enim flumina intrant in mare: et non redundat mare. Ut legitur Eccle. i. Sic nec diuitijs auarus redundat. Comparatur etiam auarus cani. Unde Senec. Uidiſti aliquando

nez miſſo a domino fruſtro panis vel car
nis:aperto ore captantē quicquid accipit
protinus integrū deuorat: ⁊ ſemp ad ſpē
venturi ihiat. Idem accidit nobis: Quic-
quid expectantibus nobis fortuna ꝓijcit.
id ſine vlla voluptate dimittimus ſtatim:
ad rapinam alterius erecti: ⁊ attenti. Cō-
paratur etiam auarus talpe: eo ꝙ niger ſit
per nequiciam cecus per auariciā: ⁊ hēns
diuerſos tumulos. Tot tumulos habꝫ aua
rus quot poſſeſſiones amat. Comparat̄ ēt
auarus aranee. Aranea telam facit: vt mu
ſcas capiat. Muſce ꝗ que pungūt diuicias
ſignant. Ad quas capiendas totū ſtudiūꝫ
eſt auari vnde i. Iſa. telas aranee texerūt.

¶ De exemplis que faciūt ad deteſtationē
auari. ix.

Ono facit ad deteſtationē auari-
n cie exēpla ſanctorꝫ: ⁊ phorū. De
A quibus pauca ponemus. Primū aūt
exemplūꝫ eſt. Gen. xiiij. Ubi regi ſodomo
rū dicēti. Abrahaꝫ da mihi animas: cetera
tolle tibi. Rūdit. Abraā. Leuo manū meā
ad deū excelſūꝫ: poſſeſſorē celi ⁊ terre: ꝙ a
filo ſubtegminis: vſqꝫ ad corrigiā calige
non accipiā ex omnibus: que ſunt tua ⁊c.
Secundum exemplū eſt. xxxiij. Eiuſdem.
Ubi. Jacob volenti dare: munera. Eſau.
Rūdit Eſau. Habeo pluria frr mi: ſint tua
tibi. Tertiūꝫ eſt. Exod. xxxvi. Ubi artifices
tabernaculi dixerūt Moyſi. Plꝰ offert po-
pulus ꝗ neceſſarium ſit. Dixit ergo. M. dy.
preconis voce Nec vir nec mulier. quicꝗ
offerat vltra in opere ſanctuarij. Quartū i
nūeri. xxij. vbi dicit. Balaā. Si dederit mi
hi Balac domū ſuā plenaꝫ argēti: ⁊ auri
non potero mutare verbum dñi. Quintū
eſt. Primi. Re. Ubi dicit. Samuel. Loqui
mini de me corā domino: ſi de manu cuiꝰ
ꝗ munus accepi. Sextum eſt. ij. Re. i fine:
vbi dicit Dauid ad Ornam. Ne ꝗꝗ fiet vt
via: ſed emam pretio a te aream tuaꝫ. Se
ptimūꝫ eſt. in. Johanne vbi dñs dicit. Ue
nit princeps mundi huius ⁊ in me nō hꝫ
quicꝗ vbi dicit. Glo. Noluit habere quod
perderet venit pauper: ne haberet diabolꝰ
quid auferet. Octauum eſt. ij. ad. Corin.
Gratis euāgelizaui vobis ⁊c. qz cū eſſem
apd vos: ⁊ egerē nulli oneroſus fui. Itē in
ac: ⁊ Paulus argentum ⁊ aurum: ⁊ veſtē
nullius concupiui. ſicut ipſi ſcitis quoniaꝫ
ea que opus erant mihi ⁊ his qui erāt me
cum: miniſtrauerūt manus mee. Et idem
Oportet meminiſſe verbi dñi. Jeſu: quī
ipe dixit. Beatiꝰ eſt dare ꝗ accipere. Aliud
exemplum eſt ꝙ ponit. Jeroni. de quodā
pho. qui ꝓficiſcens ad phophandū Athe
nas magnum pondus auri ſecum detulit.
In via aūt ſecum deliberans ⁊ ꝯſiderans
ſe nō poſſe ſimul virtutes ⁊ diuicias poſſi
dere: proiecit a ſe aurum inquiens. O diui
cie abite: ſitis procul a nobis. Aliud exem-
plum diogenis in dolio degentis qui locu
pletem ducebat paupertateꝫ. Ad quē Ari
ſtippus Aulicus cum mundaret olera ſua
accedens ait. Tu cum ſapiens ⁊ phs ſis: ſi
mihi crediſſes ⁊ regibꝰ ſeruire voluiſſes
nō olera tua lauares: ſꝫ in aula ſummi pri-
cipis mecum maneres. Cui reſpōdēs ait.
Si mihi credidiſſes: ⁊ paupertatē medio
criter ſcires vti: non oporteret te regibꝰ adu
lādo mentiri. Hic cū vidiſſet quēdaꝫ bibe
re cum manu ad fontem ait neſciebaꝫ na
turam dediſſe mihi cyphum ⁊ paruulum
vas quo bibere ſolebat ad lapidem confre
git. Aliud exemplum ē bti Thome cātua
rienſis: qui inſtitue cācellariū ſuū iuramē
to eum aſtrinxit ne vnꝗ aliquid vſqꝫ ad
capitulum in adminiſtratione cancellarie
acciperet.

¶ De ſpēbus auaricie ⁊ pmo vſure x.

Icto de his ꝗ ptinet ad deteſtatio-
d auaricie i cōmūij dicēdū eſt. d ſpē
bus eius. Inter quas pmo dicemꝰ
de vſura ⁊ hoc ordie. Pmo dicemꝰ de his
ꝗ faciūt ad deteſtatiōeꝫ huiꝰ peccati. Secū
do de ſpēbus eius. Tertio tangemꝰ aliqd
de reſtitutione vſurarꝫ. Ad deteſtatē eꝫ ꝰo
huius peccati: ſunt teſti a ſcāꝫ ſcripturarū.
Quorꝫ pmū ē de his ꝗ valēt ad deteſta.
vſure. xxij. Exodi. vbi ſic legitur. Si pecu-
niā mutuā dederis pauperi meo ꝗ ē tecuꝫ
nō vrgebis eum quaſi exactor: nec vſuris
opprimes. Secūdū eſt. xxv. Leuitici Pe-
cuniam tuā nō dabis fratri tuo ad vſuraꝫ
⁊ frugum ſuperabundantiam nō exiges
Tertiū ē. xxiij. Deutero. vbi ſic legit. Fra-
tri tuo abſqꝫ vſura id quo indiget ⁊ cōmo-
dabis: vt benedicat tibi deus in oi ope tuo
in terra ꝗ ingredieris poſſidendā vbi inſi-
nuatur quanta ſit vtilitas mutanti fratri
ſuo bene dicit. n. dñs ei i oi ope ſuo. Quar
tum eſt ij. Oſee. vi. Ubi ſic legitur Uſuras
a fratribus veſtris non exigatis. Aliud te

ſtimonium eſt in pſ. vbi querit Dauid ad dominū dicens. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo ⁊c. Et ſubiungit dominus. Qui pecuniam ſuā non dedit ad vſuram. Tabernaculum eſt habitatio militātium: Unde ſignificat militantem eccleſiā in qua non vult deus quieſcere vſurarios vnde ipſe legitur. euertiſſe menſas nummulariorū: ⁊ es effudiſſe ⁊ eos eieciſſe. Et tamen nō recipiebant manifeſtas vſuras ſed munuſcula fructuum vltra ſortem accipiebant. Aliud teſtamentū eſt. Eze. xviij. Ubi ſic legitur de viro iuſto. Si ad vſuraꝫ non commodauerit. ⁊ amplius non acceperit ⁊c. Secundo faciunt ſex ſtultitie ad deteſtationem vſure quibus laborat vſurarius.

Nota ſex ſtulticias vſurarum.

P Rima eſt cum vehementer deſideret fenerari. Non vult tamen cū domino fenerari: ꝙ poſſet facere ſine peccato: ⁊ cum magno lucro: ſed ibi feneratur vbi paruum eſt lucrum. ⁊ magnum peccatum. Unde Aug. Miſer homo cur feneraris homini. Fenerare domino ⁊ cētuplum accipies. ⁊ vitā eternam poſſidebis. Secunda ſtulticia eſt: ꝙ ipſe accipit pecuniam ad vſuras. cum non egeat: ⁊ ſuper melius pignus: ꝙ habet Melius pignus ꝙ ipſe habet: eſt anima: ſuper quaꝫ ipſe accipit. quicquid vltra ſortem accipit ⁊ ad magnam vſuram ponit: De qua vſura dicitur in pſ. Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet animas. e. i. a pena ⁊ culpa. Dicitur autem pena vſura: quia pena excedit culpam cum peccatum momentaneum eternaliter puniatur. Tertia ſtulticia eſt. ꝙ large expendit ſuper ſeipſum largius etiam q̄ expenderet ſuper deterius pignus quod habeat. vnde ſimilis ē animalibꝰ emptis a carnificibꝰ q̄ ad occiſionē impinguant. Pro quibus q̄ carnifex expendit ſup ipſa expendit. Ad hoc pertinet quod legitur. xij. Jere. Congrega eos quaſi gregem ad victimam. Sanctifica eos in die occiſionis. i. ſepara eos tanq̄ ea que ſolent immolari. Et in Eccle. dicitur de tali deus paruit eū ad rumpheam. Quarta ſtulticia eſt ꝙ ſcienter mortifera eſurit. ⁊ quodammodo lugit. Unde comparatur ſāguiſuge. que mēbro tumido appoſita prauum ſanguineꝫ ſuggit. Et dum membrum a tumore ſanat ſibiipſi eſt mortis occaſio: ⁊ a quibus potius ſibi deberet minuere: ſi iam ea haberet: ad magnitudineꝫ inde vero huius ſtulticie facit ꝙ non habet tamen quandoqꝫ niſi manus maculatas. ⁊ mortem anime ſue. Sicut eniꝫ dicitur in Job. diuicias q̄s deuorauit euomet. ⁊ de ventre illius extrahet illas deus. Quinta ſtulticia eſt: ꝙ omnem viam paradiſi obſtruit ſibi vſurarius Uias miſericordie obſtruit. quin a paupere petente a ſe mutuum petit donum. Et quod plus eſt. ⁊ vult ſibi ab eo dari cui potius debuit dare ī viam virtutis obſtruit quum dicit ſe amore pueri facere cui accōmodat pecuniam que īceſſanter pauperē comedit. Sexta ſtulticia eſt: q: vſurarius laborat in fine vite ſue. De qua Jere. xvij. legitur. Et in nouiſſimo ſuo erit inſipiens Hec eſt ſumma ſtulticia. que eſt in nouiſſimo vite cum non poſſit homo poſt ea de ipſa penitere: Attenditur autem iſta ſtulticia in hoc ꝙ cum deberet vſurarius de diuicijs facere ſibi medicamenta. inde ſibi facit vulnera. potius vult inde vti in morte filiorum ſuorum: quā ſibi inde mederi. Aliter etiam inſipiens eſt vſurarius in nouiſſimo ſuo. quia circa vitam futuram. que nouiſſima eſt inſcipiens eſt. de ipſa ſibi non prouidens.

De multiplici iniquitate vſure.

T Ertio loco facit ad deteſtationem vſure: multiplex iniqtas: ſiue iniuſticia. que eſt in vſurario. Prima eſt eſt iniquitas: ꝙ ipſe vendit ꝙ inter omnia tranſitoria maxime voluit deus eſſe commune omnibus abſqꝫ perſonarum acceptione. Cum enim diues de alijs rebus plꝰ habeat: vel meliores eas habeat: q̄ pauper de ſolo tempore non poteſt habere niſi id idem: ꝙ pauper. Non poteſt enim eſſe niſi vnicum tempus ſimul: ⁊ ſemel. magna igitur iniquitas eſt: cum vſurarius pauperi vēdit id ꝙ omnibus cōmune eſt. Ideo iuſto dei iudicio in temporis indigentia: frequenter punitur vſurarius. cum id vendiderit: vel quia viri impij non dimidiabunt dies ſuos. vel quia differt conuerſionem ſuā: quantum poteſt. Et ſic licet diu viuat. tū ſemper habet tpis indigentiam. vnde de ipſo veꝝ eſt: quod legit̄ in eccle. In tpe redditiōis poſtulabit tempus. Aliter etiaꝫ punitur vſurarius pro tpis vendit

tione. Cū.n. vendiderit requiē noctis. ⁊ lu
cē dei. merito iſtis carebit. vnde fatuus ē
ſacerdos. q cantat pꝛo eo: regē eternā ⁊c.
cū petit vſurario reſtitui ꝙ vendidit. pꝛe-
cipue cū vſurarius pꝛetiū ſoluere noluerit
Scriptū.n. eſt Eze. vij. Qui vendit ad id
quod vendit non reuertetur. Secūda ini-
qtas eſt quod vendit pauperi. id quod ei
debet lege triplici. i. lege nē. Moſaica. euā
geli. Lege nature debet diues pauperi mu
tuū. q̄ continetur in illo mandato. Que-
cunq̄ vultis vt faciant vobis homines ea
dē facite illis: hanc legē videntur imple
re etiā creature inaniate. Fluuius.n. inue
niens vacuitatē fouee. non pertranſit do-
nec eā repleuerit. lege aūt moſaica debet di
ues mutuū pauperi. vt patet ex diuerſis te
ſtimonijs. ve. te. pꝛius poſitis. Lege etiam
euangelica debet hoc idē illi iuxta illud.
Luc. vi. date mutuū nihil inde ſperantes
q̄ta aūt iniqtas eſt: q̄ vſurarius. q non eſt
niſi cellerarius: vendat pauperi illud: qđ
deus pꝛecipit ei dari. Tertia iniqtas eſt ei⁹
q̄ vult illud: q̄ eſt circa naturam: vel ra-
tionē. Vult.n. q̄ pecunia. quā pauperi ac
commodat: ad cōmodum ſuū. apud pau-
perē operetur. Et ſic cū accommodare ſit
alicui pecuniā ad eius commodū dare.
Ipſe ſimul vult commodū pecunie pau-
peri dare. ⁊ ſibi retinere. q̄ contra rationē
eſſe videtur. Preterea cū parere in rebus
que non viuunt eſſe non habeat ipſe. ni-
hilominus vult nūmos ſuos: q non viuūt
ſingulis diebus vel menſibus. alios num
mos parere. q̄ contra naturam eſt ⁊ fru-
mentum in archa: vel iā conſumptū vult
parere ſibi aliud frumentum vult etiā pe-
cuniā illā ſibi operari dum geſcit. Quar
ta iniqtas eſt q̄ vult pauperi locari pecu-
niam: que iā pauperis eſt. Cum.n. mutu
um dicatur quaſi de meo tuū. pecunia illa
iam eſt pauperis. ⁊ ſi ammittitur. paupe-
ri ammittitur. nec ad eandē q̄ ſoluendam
tenetur. Quinta iniquitas eſt: q̄ continue
deum offendit: ⁊ continue diabolo ſeruit
alij peccatores interpollate deū offendūt
Foꝛnicatoꝛ.n. quandoq̄ per menſem non
committit peccatum ſuum: pluſq̄ ſemel. ſꝫ
vſurarius abſq̄ tregua: vel pace. deū con
tinue impugnat: ⁊ de die: ⁊ de nocte diabo
lo ſeruit. cum dn̄o vix inueniat qui per di-
midiū tempoꝛis ei ſeruire velit. Sexta ini-

quitas ē quod toti curie celeſti contumeliā
facit: nonne videt ↄtumeliā facere alicui
ſancto. q peccatum moꝛtale committit in
loco ſibi dedicato. Sic ei ↄtumeliā facit q
in die ei dedicato peccat: vnde cum vſura-
rius peccatū vſure omni die cōmittit ma-
nifeſtum eſt: eū contumeliā facere. ⁊ deo
⁊ vniuerſis āgelis: ⁊ ſanctis eius. Et ideo
deſtitutus eſt auxilio omnium iſtoꝛum vn̄
cum dicitur domine ieſu miſerere huius
vſurarij. pōt reſpōdere. ꝙ nec miſereboꝛ
eius. q nec in ipſa die. qua p aſſumptionē
humane nature me fratrē eius fecit. hono
ri meo pepercit. nec etiā in ipſa die. q̄ pꝛo
latrocinio ſuo ſuſpenſus ſū. Similiter ſi
dicatur ſancto petro. oꝛa pꝛo vſurario iſto
poteſt reſpondere omnes feſtiuitates me-
as violauit: nec in vlla eaꝝ honoꝛi meo pe
pcit. Sic pōt dicere beata virgo. de quat-
tuoꝛ ſuis feſtiuitatibus. Sic cū dicitur oēs
ſancti oꝛate pꝛo vſurario iſto. poſſunt re-
ſpōdere. Una feſtiuitas in aīo nobis con-
ſecrata ē: hanc vſurarius exploꝛauit in q̄
ſola nobis oībus contumeliam irrogauit
nec honoꝛi omnium noſtrum pepcit. Idē
poſſunt reſpondere oēs angeli ſi pꝛecepto
dei interfectus eſt Nume. xv. Ille q ligna
in ſabbato colligebat. quomodo tollera-
tur vſurarius ꝙ omni die: ⁊ in natali: vel
paſca facit ꝙ peius eſt. q̄ ligna colligere.
Septima iniqtas eius iniquitas. ꝙ a fra-
tre ſuo. i. chꝛiſtiano: vſuras accepit quod
iudeus non faceret. Iudeus eni abſq̄ vſu
ra iudeo accomodat. Octaua enim iniq-
tas eſt: ꝙ quicquid habet vſurarius quo-
dammodo dentes ⁊ fauces habet. ⁊ homi
nes comedit. Frumentū eius quod a deo
creatum eſt: vt comedatur: homines com
medit. Nummi etiam eius. hoīnem cō-
medunt. vnde vulgariter dicitur. Ego de-
beo. xx. lib. Ad vſurarios: qui me comme-
dunt. Nona iniquitas eſt: ꝙ cum gaudio
⁊ riſu cōmedunt ⁊ bibunt lachrymas pau
pez. Decima eſt ꝙ ipſo beneficio paupe-
ris ad eius deſtructionem viuunt. r. dum
hoc: quod ei dederit pauper: vltra ſextem
faciūt ⁊ inde vſuras exigunt. xi. Iniquitas
eſt: q̄ tūc legem dn̄i datam Gene. iij. In
ſudoꝛe vult⁹ tui veſceris pane tuo: ipſe p̄ ſ⁹
ceteris vult cōmedere: ⁊ bibere: ⁊ tn̄. ſine
laboꝛe. alij laboꝛauerūt: ⁊ ipſe intrat in la
boꝛes eoꝝ. Ad vſurarios ptinet: qđ dicit

in pſ. In labore hominum non ſūt: ⁊ cū
hominibus non fla. ¶ Duodecimo eſt:
ꝙ peccato ſuo finem non ponit. Fornica
tor in momento peccatum ſuum explet:
ſed vſurarius cū accommodat. iiij. Pro.
non imponit aliquem terminum peccato
ſuo. nec etiam vult pecuniam ſuam ſibi
reddi.

¶ Duodecimo alia que faciunt ad deteſta
tionem vſure.

Poſt predicta ſunt. xij. Que fa. ad d
te. vſure. ¶ Primum eſt: ꝙ vſurari
us eſt latro. vnde deus in euangelio
cum eijceret nummularios de templo: qui
pro munuſculis fructuum: pecuniam offe
rentibus accomodabant: vocauit eos la-
trones. dicens. Scriptum eſt. domus mea
domus. o. vo. vos aūt fe. ſl. ſ. la. In hoc ēt
deterior eſt alijs latronibus: qꝛ domeſtic⁹
eſt. Nulla. n. peſtis efficatior eſt: ꝙ familia-
ris inimicus ſicut ſapiens dicit. Et nulle
ſunt occultiores inſidie: ꝙ q̄ latent ſub ſi-
militudine officium. Multo plures exhe-
redant vſurarij. ⁊ depauperant: ꝙ fures:
Fur ſolum occulte ſpoliat hoīes: ⁊ de no-
cte: ſed vſurarius ſpoliat hoīes ⁊ occulte: ⁊
manifeſte: ⁊ de die: ⁊ de nocte tam poten-
tes: ꝙ pauperes. ¶ Secundum eſt: ꝙ ipſe
eſt proditor: Satis. n. libenter confert pau-
peri beneficium mutui hac intentione: vt
exheredet eum a vinea bona: ſi quā habet
vel bona poſſeſſione. Et hoc facit tā ami
co ꝙ inimico: ⁊ etiam fratri. Si habet vſu
rarius fratrem minus diſcretū primo tra
dit ei pecuniam mutuo ſuper poſſeſſiones
ſuas poſtea exheredat eū. ¶ Tertium eſt:
ꝙ ipſa eſt quaſi homicida: qꝛ pauperibus
aufert vitam ſuam. vnde. xxxiiij. Eccle. Pa
nis egentium vita pauperū eſt: qui defrau
dat illum: homo ſanguinis eſt. Nec ſolum
homicida eſt vſurarius: quantum ad pau
peres qbus aufert vitā ſuā. imo etiā quā
tū ad filios proprios: quos ſpūaliter inter
ficit: vnde in Oſee: effraym duxit ad in-
terfectionē filios. ¶ Quartū eſt: ꝙ in ali
quo Iuda eſt deterior. de Iuda. n. legitur
xxvij. Math. ꝙ penitentia ductus retulit.
xxx. de. ſed vſurari⁹ quādiu viuit: nō vult
reſtituere ¶ Quintū eſt: ꝙ ipſe eſt deteri-
or inferno. Infernus vero in paſſione do-
mini que ſua non erant: reſtituit. Vſurari
us. n. audita dn̄i paſſione: nō vult aliena re
ſtituere. ¶ Sextū ē: qḋ valde ſimilis ē dia
bolo. Sicut. n. officiū diaboli ē peccare: ſic
officiū vſurarij ē illud: qḋ eſt pure peccatū
ipſe facit peccatū negotiatiōnū: ſicut ⁊ me
retrices: Aliā negotiationē: vel artē nō no
uit vſurarius: niſi vſuras accipere. In hoc
ēt diabolo ſimilis ē: ꝙ quātū ad mutuum
non dormit: denarij. n. quos mutuo dedit
inceſſanter opant. Sic ⁊ diabolus nō dor
mit Iob. xiij. Qui me comedunt non dor
miunt. ¶ Septimū eſt ꝙ vſurarius ſimi-
lis eſt buſoni: q terra paſcit: ⁊ de vinea exit
cū florere incipit: non valens eius odorem
ſuſtinere. Sic vſurarius terrenis paſcit: ⁊
delectat: ⁊ ab eccle. exit ad odorē verbi di
uini. Si. n. preſentit: qḋ ſermones debebāt
ibi fieri. fugit audire in alia eccle. miſſam:
cū potius deberet intrare. ſi extra eccle. eēt
Quum ſcriptū ſit. xxiiij. Eccle. de ſacra ſcri
ptura. Quaſi balſamum admixtum odor
meus. ¶ Octauum eſt hoc: quod vſurari
us nocte ⁊ die in infernum tendit. Vnde
mirū eſt: ſi citius non perueniat cū continui
tas ambulandi multū faciat ad hoc: ꝙ ali
quis ad locum: ad quem tendit preueniat
cito. vnde vetula vna aliqn̄ eque cito venit
ad ſanctum Iacobū ſicut vnus fortis am-
bulator eo ꝙ continue incedebat. Nonum
eſt hoc: ꝙ vſurarius videt ſimilis. xi. Pec
cata vſure in diuerſis locis exercere: quod
fornicator non facit. Fornicator enim non
committit ſimilia niſi fornicationem vnā
⁊ in vno ſolo loco. ¶ Decimum eſt hoc
quod vſurarius non audet nomen ſuum
coram hominibus confiteri. quum alij ho-
mines qui alicuius ſunt officij abſq3 omni
um erubeſcentia illud confiteātur. ¶ Vn
decimus eſt hoc: quod vſura quaſi cancer
eſt: ⁊ quaſi morbus contagioſus. vnde l.
pſ. Scrutetur ſenerator. o. ſ. eius. Conta-
gioſum vero eſt: quia valde periculoſum
eſt ab vſurario aliquid accipere: niſi in q-
buſdam caſibus. vnde. Iere. Cauendum
eſt nobis maxime ne ab his accipiamus
munera: quos nouerim⁹ viuere de lachry
mis pauperum: ne dicatur nobis. Si vide
bas furem. currebas cū eo. Vnde legit in
vita beati fulci ꝙ cū ipſe mortuus eſſet obi
cit ei diabolus: ꝙ veſtē a quodam vſura
rio accepiſſet. Et reſtituit eum dn̄s vite: vt
culpā illā corrigeret. Diabolus tamen ſic
eū percuſſit: vt per totā vitam eius: veſti-

ſignum aliquod percuſſionis in eos appa-
reret. Contagioſus etiam apparet eē mor
bus iſte ex hoc quod tantū creuerit. Anti-
quitus enim in tota ciuitate vix inuenie-
batur vnus fenerator: ⁊ ille non fenera-
batur niſi data fide ꝙ non publicaretur.
De quo ſi forte praua oriebatur ſuſpicio
dicebatur domus eiꝰ domus diaboli ⁊ vi
nea eius vinea diaboli: ⁊ ſic de ceteris re-
bus eius. Oſculum pacis non dabatur ei
in miſſa. Ignis a vicinis in domo eius
non ſumebatur. Pueri ad eius occurſū
expaueſcebant: ⁊ alteruter eum digito de-
monſtrabat. Noſtris autem temporibus
ſunt homines tam deteſtabiles cubicu-
larij principum ⁊ prelatorū eccleſie ⁊ ab
hominibus eis aſſurgitur.

¶ Multiplex pena qua punit dominus
vſurarios.

D d Uodecimū eſt multiplex pena: ꝙ
dominus vſurarios punit. ¶ Pri
ma pena eſt ꝙ ſpoliantur a tyrā-
nis ſicut ipſi ſpoliāt pauperes. Vñ pphe-
ta Iſa. Ve qui predaris: nonne ⁊ ipſe pre
daberis: Unde accidit ei: ſicut puero par
uulo tenenti panem in manu: cui canis ca
pit manum vt panem habere poſſit. Sic
tyrannus vſurarij interdum caput capit:
vt eius denarios poſſit habere. Vñ Iere.
xvij. Perdix fouit: que non peperit: fecit di
uitias: ⁊ non in iudicio: in medio dierum
ſuorum relinquet eas. Dicunt illi qui
nouerunt rerum naturas: ꝙ perdix ſur-
ripit aliena oua: ⁊ fouet ea. Sed cum
pulli adulti fuerint: relinquunt eā. Sic vſu-
rarius congregat ea que ſua non ſunt: nec
in acquiſitione diuitiarum ſuarū habet re-
ſpectū ad dei iudiciū: ſed ſepe etiā in vita
ſua diuitias ſuas amittit. ¶ Scda pena ē
quod non habet poteſtatē reſtituendi vſu
ras ſuas. Vult enim deus: vt cū re furtiua
cōprehendatur ⁊ ſuſpendatur. Et nota ꝙ
raro accidit ꝙ vſurarius vſuras ſuas reſti
tuat: qꝛ vel prodigus eſt: ⁊ tantū expendit:
ꝙ reſtituere non poteſt: vel auarus eſt: ⁊ iō
reſtituere non vult: vel licet non ſit prodi-
gus vel auarus: tamen potius ſibi place-
ret in elemoſynas .c. libras expendere: ꝗ̄ re
ſtituere .c. ſol. Unde cōparatur vſurarius
cuidā vaſi: in quo denarij reponuntur: ha
benti vnicum foramen: per quod denarij
immittuntur: nec per idem foramen poſſūt
rehaberi. Oportet enim vas illud cōfringi
anteꝗ̄ rehabeantur. Sic eſt de vſurario.
Illi enim a quo habuit nō reſtitueret: ſed
forſitan pauperibus daret: nec etiam hoc
faceret: niſi in morte ſua. Unde Senē. Aua
rus nunꝗ̄ benefacit niſi cum moritur.

¶ Tertia pena vſurarij eſt: ꝙ hereditas
ipſius non pertranſit niſi vſqꝫ in tertium
heredem Unde in Eccleſia. xxi. Qui edifi
cat domum ſuam ſtipendijs alienis: quaſi
qui colligit lapides in hyeme. Edificium
quod fit ī hyeme. cito ruit. Sic diuitie ma
le acquiſite cito dilabuntur. Et .xli. Eiuſdē.
Filiorū peccatorū peribit hereditas: ⁊ cum
ſemine illorū aſſiduitas opprobrij. Et hoc
eſt vnum de iuſtis iudicijs dei: ꝙ filij vſu-
rariorū pauperes ſunt ⁊ miſeri: pro quibꝰ
ditandis deum non timuerunt offendere.

¶ Quarta pena eſt: ꝙ vſurarij ⁊ filij eorū
ſibi in inferno inuicem maledicent. Dicet
enim pater filio. Maledictus ſis fili: quia
ppter te ſū in tormentis iſtis. Fui .n. vſura
rius: ne tu eſſes pauper. Cui econtrario di
cet filius. Immo tu pater maledictus ſis.
Niſi .n. male ꝯgregaſſes diuitias mihi: nō
male ꝯſeruaſſē eas. Ad hoc pōt referri: ꝙ
Eccle. legit̄. xli. de prē impio ꝯquerunt ipſi
filij. qm̄ ppter ipm̄ ſunt in opprobrium.

¶ Quinta pena vſurariorū eſt pena eter-
ne dānatiōis. Cuiꝰ magnitudo inſinuat̄.
xxij. Eze. Ubi ſic legit̄. Uſurā ⁊ ſupabūdā
tiā accepiſti: ⁊ auare proximos tuos calūnia
baris: meiqꝫ oblitus es dicit dñs deꝰ. Ecce
ꝯcluſi manꝰ meas ſup auaritiā quā feciſti
ꝯcluſa manu: nō palma apta pcutiet dñs
vſurariū. Et merito qꝛ ipſe manꝰ cōcluſas
habuit ⁊ nō aptas ad paupes. Sup illud
vbū dic̄ Interli. habitū iraſcētis aſſūpſi.

¶ De duabus ſpeciebus vſurarū. cap. i.

d Icto de his que faciūt ad deteſta.
vſure dicendū eſt de ſpeciebꝰ eiꝰ.
Notandū eſt ergo: ꝙ due ſunt ſpēs
vſure. Una eſt māifeſta: alia palliata: ma-
nifeſta vſura eſt: cū aliquis tradit pecuniā
numeratā: vel ponderatā: vel menſuratā
tali pacto: vt detur ſibi aliqd vltra ſortem:
Uſura vero palliata .vi. hꝫ. ſpēs. ¶ Pria
ſpēs accidit circa pignora: vel obſides. Et
hoc .v. modis. ¶ Primꝰ modus eſt cū ali
qs hꝫ grangiā: ⁊ fructꝰ colligit vltra ſortē.
¶ Scds modus eſt: cū pignoribꝰ vtunt̄.
Unde .ij. Amos. Super veſtimentis pi-

gnorātis accubuerūt. Tertius modus eſt: cum habet aliquis equos in pignore: ⁊ facit eos comedeꝛ pluſq̄ poſſibile ſit. Quartus modus eſt: cum habet vſurarius obſides: ⁊ de coꝝ expenſis viuit. Quint⁹ modus fit: cum obſidibus non vult dare dilationem: niſi prius ſibi aliquid detur. Magna autem eſt crudelitas vſurarij: quum non ſufficit ꝙ per ſe ⁊ per ſua : pauperem hominem comedit niſi alienos equos: et alienos homines in auxilium ſuū aſſumit vnde bene poteſt deus dicere de vſurarijs illud verbum. Deuorant. p. m. ſicut. c. p.

¶ Secunda ſpēs vſure palliate eſt circa venditiones ⁊ emptiones. Fit autem ſpēs iſta tribus modis. Primus eſt quādo vſurarius emit aliquā poſſeſſionē longe minori precio q̄ valeat tali cōditione: ꝙ venditor eam rehabere poſſit quando p̄cium ſoluere voluerit. Secūdus modus eſt: q̄n aliquid ad terminū amplius q̄ valeat: vel vſq; ad terminū illū valere debeat : vēdit. Tertius modus eſt: quādo ante terminū emit aliquid minori precio q̄ valeat: ſicut bladum in terra. ¶ Tertia ſpecies vſure ē cum vſurarius aliquid vltra ſortem accepit ſine pacto expreſſo: ipſa conſuetudine ſic tacite faciente pactum. Sicut inter ſtatuas mulieres ⁊ peccantes cum eis: ipſa cōſuetudo pactū facit ip ſis tacentibus. Et in iſto caſu palliant vſurarij maliciam vſure bonitatis nomine. Tales enim vſuras bonitates vocāt. vnde ſatis poteſt timere: ne incurrat illam maledictionē. Iſa. Ve q̄ dicitis malū bonū ⁊ bonū malū. ¶ Quarta ſpecies eſt: cum quis palliat vſurā ſocietate: ſicuti cum aliquis tradit pecuniā ſuam alicui negociatori tali cōditione ꝙ ſit ſocius eius in lucro : ⁊ non in damno ꝙ eſt valde magna iniquitas cum pauper: cui traditur pecunia: laborem habeat: ⁊ periculum tam anime q̄ corporis: ⁊ ſuper eū ponatur adhuc periculū pecunie: vult vſurarius ꝙ pecunia ſua ſit quo ad lucrum: ⁊ pauperis quo ad periculum. Similiter hec eſt ſpecies vſure: cum aliquis animalia ſua tradit pauperi cōditione tali: ꝙ ſibi imortalia ſint: que alia vulgariter vocant ſere. Incantator eſt vſurarius: qui vult q̄d animalia que paup̄i ſunt mortua: ſibi ſint viua. Quinta ſpecies eſt: cum quis nomine pene: palliat vſuram ſicut faciunt Romani ꝙ licet aliquādo iuſte poſſit fieri q̄d iuſtū eſt negligentiā alicuius puniri: tamē quantū ad multos vſura eſt: qui non intēdunt in penis talibus vt ſibi ſoluatur cit⁹ ſed vt ſoluat amplius. Sexta ſpecies: vbi palliatur vſura: trāſlatione facta re ad rē a perſona in perſonā. A re ad rem fit tranſlatio: vt cum diues non vult vltra ſortem pecuniam accipere a paupere: ſed bene accipit vt operetur in vinea ſua duobus diebus: vel aliquid ſimile. A perſona vero ad perſonam: vt cum vſurarius non accommodaret: ſed habet aliquem amicum quē facit accommodare.

¶ De reſtitutionib⁹ vſuraꝝ: ⁊ maxime in octo repꝛehēſibiles ſunt vſurarij circa reſtitutiones faciendas.

D icto de ſpeciebus vſure: tangēdū eſt aliquid de reſtitutionibus vſurarum. ¶ Et primo dicemus de his: in quibus reprehenſibiles ſunt vſurarij contra reſtitutionem. ¶ Secundo dicemus de his: per que ſunt ad reſtitutionem inducēdi. ¶ Octo vero ſunt: in quib⁹ ſūt reprehenſibiles vſurarij circa reſtitutionē: Primo in hoc ꝙ nolunt reſtituere : neq; de alieno nolunt elemoſinarij eſſe. Sc̄do in hoc ꝙ aliquando habent voluntatē reſtituendi: tamē differunt quantū poſſunt. Et auctoritate ſua ſibi dilationē dant: ⁊ accipiunt abſq; mora. Volūt ſibi reſtitui graciam a qua ſpoliati ſunt: ⁊ tamen in preſenti nolunt reſtituere pauperi illud vnde eum ſpoliauerūt. Prius volunt reſtitui q̄ reſtituere: cū tamen prius ſpoliauerint: q̄ ſpoliati fuerint. Tertio rep̄hēſibiles ſunt in hoc ꝙ non plene reſtituunt. Quod tribus modis accidit. Primus modus eſt : cū nolunt reſtituere : niſi vſuras quas in ꝓpria perſona acceperunt: cum teneantur etiam ad vſuras patris reſtituendas ſecundum portionem hereditatis quam habuerunt. Secundus modus eſt: cum clamores exteriores pacificant: de clamore aūt cōſcientie proprie que proximior eſt: ⁊ que ſequētur eos vſq; ad eternū iudicem non curāt. Si. n. aliq̄s eſt : de cui⁹ iniuria remordet eos cōſcientia: ex quo ipſe nō cōquerit: nō curant ſatiſfacere ei. Terti⁹ modus eſt: cū his qui conquerunt: non ſoluūt quandoq; etiā quartā partē. Satis diſſimilis ē reſtitutio noſtri tēporis reſtitutioni illi⁹. Zachei. De

qua in Luc.xix. Si aliquem defraudaui: reddo quadruplū. Ideomeruit Zache⁹ tā cito audire. Hodie ſalus huic domui facta eſt. Quarto reprehenſibiles ſunt vſurarij: ꝙ nō humiliter reſtituūt: immo dicūt illis: ꝗ aliqd petūt ſibi reſtitui. Si ego nō fuiſſem vos ⁊ familia vr̃a fame periſſetis. Si deo placuerit: ecce conualeſcā. Et ꝓponūt ꝙ ſi deo placuerit: vt conualeſcant: ꝙ ipſi facient paupi: que deo nō placeāt. Quinto repħē ſibiles ſunt in hoc: ꝙ cū difficultate reſtituūt ꝗd libenter deberēt reſtituere: q2 plus ſibi a deo reſtituit: ꝗ̄ ipſi reſtituant. Grati etiā deberēt eē cōquerentibus: tanꝗ̄ illis ꝗ ſunt adiutores ſalutis cōſiderātes ꝙ ſi illi modo taceāt demones poſtea nō tacebūt. Sexto reprehēſibiles ſunt in hoc: ꝙ qñ in firmant: ꝓponunt ſe reſtituere: ſi cōtingat eos mori. Si āt cōtingat eos euadere: non habēt ꝓpoſitū reſtituendi. Talē pacē vo lūt cū deo facere: ꝙ ſi moriant: nō infeſtabūt eū: lz ſciāt indubitāter qꝺ de⁹ nō facit pacē cū eis ſiue moriant: ſiue viuant. Septimo repħēſibiles ſunt in hoc: qꝺ aliquā certā ſummā p̄efigūt: vñ vſure eoꝝ reſtituantur. Qꝺ nō ſufficit: niſi ꝑcipiāt: ꝙ de alijs bōis eoꝝ reſtitutio ꝑficiat: ſi ſumma illa nō ſuffecerit. Octauo repħēſibiles ſunt in hoc: ꝙ filios ſuos cōſtituūt reſtitutores: q2 veriſimile ē: cū vſurarius in vita ſua pl⁹ amauit diuicias: ꝗ̄ propriam animā: quod filius plus debeat eas amare: ꝗ̄ alienam animam. Et ꝙ nolit maledictionem illam mundanam. Maledictus qui partem ſuā facit deteriorem.

¶ Inductiones contra vſurarios: ⁊ ſunt .viij. cauſe quare reſtituende ſunt vſure.

Equit de his: que ad hoc valere poſſunt: vt vſurarius libentius reſtituat: ſi frequenter ea meditetur. ¶ Octo vero ſunt: ꝗ̄ ad hoc valēt. Primo valet ad hoc: ſi ſepe cogitet ad ea ꝗ̄ ſibi reſtituentur: ſi ipſe reſtituat. Sex enim ſunt: que ſibi reſtituuntur. Quorum quodlibet plus incomparabiliter valet: ꝗ̄ ea: que ipſe reſtituet. ¶ Primo reſtituetur: ei de⁹: vñ patet: ꝙ non debet credere diabolo: ſic dixerit: tu pauper eris: ſi reſtitueris. Quomō enim eſt pauper: qui deum habet? vnde. Auguſtinus. Aurum habens in archa diues eſt: deum habens in conſcientia diues non eſt. Coniunge aurum ⁊ deum archā ⁊ conſcientiam. Coniungere ſibi ſumitur pro comparere: ſanctus. Auguſt. Satis diues eſt chriſtiana religio: que in omnium poſſeſſore: omnia poſſidet. Quis diceret aliquem pauperē: qui totū mūdū haberet Quomodo ergo pauper eſt: qui deum habet: cum deus ſcꝺm iudiciū vſurarij pluſꝗ̄ mūdus valeat? Secundū quod vſurario reſtituitur eſt regnū eternum. Quomodo depauperatur: cuius in tali regno acquiritur? Tertium reſtituūtur vſurario omnes ſpirituales fratres: quos amiſerat per peccatum: vnde in Eccleſi. Que cōicatio ſancti ad canē. Velut canis eſt vſurarius dū eſt in peccato non habens aliquā fraternitatem cum aliquo amico dei. Sed cū vſuras reſtituit: omnes amici dei: fratres eius ſunt. Quis fratrem ſuum amiſſum .xij. denarijs non redimat? Si autem vſurarius pro quolibet fratre: quē recuꝑat: reſtituat .xij. denarios ſufficienter erit reſtitutum. Quarto reſtituitur ei ſocietas eccleſie: ex qua partem habet in omnibus bonis eccleſie: vnde particeps ego ſum oiu3 .t.t. ⁊c. ¶ Quinto reſtituūtur ei bona: que per peccatum amiſit. Si peregrinationem fecit vel aliud bonum ipſe amiſit illud per peccatum vſure conſequenter commiſſum. Quod ſibi reſtituitur: quum vſuras reſtituit. ¶ Sexto reſtituitur ipſemet ſibi. Saltem tantū deberet reſtituere: quātum redimeret ſe: ſi captus eſſet ab his: qui haberent capitales inimicitias cum eo: cum in peioribus manibus ſit: quia in manibus demonum. ¶ Secundo poteſt valere: ad hoc: ꝙ vſurarius reſtituat: ſi cogitet patibulum infernale ſibi erectū: a quo alio modo euadere non poteſt: niſi per reſtitutionem Non enim dimittitur peccatum: niſi reſtituatur ablatum. Quis latro vidēs ſibi patibulū erectū: non libenter reſtituat: ꝗcꝗd poteſt reſtituere: ſi per hoc euadere credit. vnde. Augu. Quis non vt viueret cōtinuo perdere voluit: vnde viueret eligēs potius vitam mēdicantem: quam celerem mortē. Tertio valet ad idem: ſi cogitet ꝙ iuſticia dei tenet gladium euaginatū: ſuper caput eius: vt ſecet eū medium. licet ad ipſa miſericordia dei gladium teneat. Quis autem nō potius eligat quicquid tenet deponere ꝗ̄ gladio perire? Quarto. Valz ad hoc: ſi cogitet ſe ſimilē eſſe illi ſup quem cecidit do

mus: vel magna maſſa terre. Quis in tali ſtatu: ſi non poſſit molē per ſe remouere deſup ſe nō roget amicos ſuos vt ſe iuuēt? Pecunia p̄ vſuras acquiſita: q̄ſi moles terre eſt vſurarij impediēs ne ad vitam gr̄e poſſit reſurgere. Unde deberet rogare oēs amicos ſuos: vt ſe inuito ⁊ neſciente pecuniā illā reſtituerēt. Quinto vꝫ ad idē. ſi cogitet ſe ſimilē eē illi qui molā aſinariā hꝫ ligatā ad collū trahentē eum in ꝓfundū. Pecunia male acquiſita ē velut mola aſinaria: fune amoris quaſi collo eius ligata trahens eum in ꝓfundū inferni. vnde cū lachrymis rogare deberet ſi amicū haberet: vt auferret ſibi pecuniā illā: ⁊ reſtitueret. Sexto valet ad idē ſi cogitet ꝙ ipſe relictur⁹ eſt ſimiliter pecuniā: ſi nō reſtituat ⁊ ſe cū ea. Unū Eccle. x. Cum morietur hō hereditabit beſtias: ſerpentes: ⁊ vermes. Iſta tria diuidūt ſibi bona vſurarij i morte eius. Serpētes enim .i. demones habent aīam. Beſtie .i. domus vel amici vſurarij: qui beſtie poſſunt dici: a vaſtando habēt pecuniā. Uermes vero hñt corpus. Et gliberet hoꝝ non daret partem ſuam pro alijs duab⁹ partibus. Septimo valet ad idē: ſi cogitet vſurari⁹: ꝙ pecunia filijs ſuis relicta occaſio erit eis mortis eterne. Quis .n. poti⁹ non eligat pecunia aliqua cōparare ſibi vitā eternā: q̄ heredibus ſuis mortem eternā? Octauo valet ad idē: ſi vſurari⁹ cogitet in cōpaſſionē ⁊ durīciā que poſt mortem ſuā futura eſt in eius filijs erga eum. Uixenī ſemel i anno erūt memores ipſi⁹ vt eius āniuerſariū faciant. In ſemetipſo poteſt reſpicere. q̄ paꝝ boni pro ſuis fecerit. Et ſic ſibi fieri nō dubitet: vel multo minus: q2 abundante iniq̄tate: refrigeſcet caritas multoꝝ: vt ait dn̄s.

¶ Dicto de peccato ⁊ ſpeciēb⁹ ei⁹ vſure. dicendum eſt de rapina. cap̄. xl.

Poſt peccatū vſure dicendū eſt de peccato rapine. Sex vero ſūt que deberēt hoīes cohibere a peccato iſto. Primū eſt magnitudo ipſi⁹. Secūdū eſt hoc: ꝙ macula huius peccati multum adheret. Tertium eſt ruſticitas vel vilitas que eſt in peccato iſto. Quartū eſt magnū dānnū ſpirituale ꝙ raptor icurrit. Quintū eſt parua vtilitas: q̄ inde conſequitur. Sextum eſt pena raptorum: que in ſacra ſcriptura inuenitur.

¶ Duodecim rationes aſſignātur q̄re rapina ſit magnum peccatum.

Duodecim vero ſunt que valde poſſunt ad oſtendendā magnitudinē huius peccati. Primū eſt hoc: ꝙ peccatū iſtud: ipſum fundamentū iuſticie vel bonitatis deſtruit in hominē. Quod ſit iſtud fundamentū oſtēdit ſapiēs dicēs. Primum fundamentū iuſticie eſt: ne cui noceatur. Deinde vt cōmuni vtilitati ſeruiatur. Secundum eſt hoc: ꝙ .xx. Exo. videtur lex amplius prohibere iſtud peccatum: q̄ alia peccata. Poſtq̄ enim ꝓhibuit actum rapine cum actu homicidij: ⁊ ceteris malis actibus. iterū prohibet voluntatē rapiendi dicens. Non concupiſces domū ⁊c. Tertium eſt hoc: ꝙ multū ē odioſa rapina deo. Unde Iſa. xli. Ego dominus amans iudicium: ⁊ odio habens rapinam in holocauſtū. In holocauſto enī que erat dignior ſpecies ſacrificij. habeat dn̄s odio rapinam. Quartum eſt ꝙ exoſa eſt rapina ſanctis hominib⁹: adeo vt ipſum mundum eis exoſū reddat. Unū Eccl. iiij. Uerti me ad alia: que ſub ſole geruntur: ⁊ vidi calumnias: ⁊ lachrymas innocentiū ⁊ conſolatorem neminem: nec poſſe reſiſtere eorum violentie: ⁊ cunctorum auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos q̄ viuentes. Et feliciorē vtrum iudicaui qui nec dum natus eſt: nec vidit mala: que ſub ſole fiunt. Ad idem pertinet quod legitur Abacuc. i. Uſquequo domine clamabo: ⁊ nō exaudies: vociferabor ad te vim patiēs ⁊ non obſeruabis. Et ſubiungit Quare reſpicis contemptores ⁊ taces: conculcante impio iuſtiorem ſe. Quintū eſt: ꝙ rapina inter chriſtianos nō ſolū rapina eſt: Immo etiā proditio: quia oēs xp̄iani fratres ſunt. Depredari enim fratrem ſuum innocentem non poteſt aliquis: abſq3 crimine proditionis. Et etiam ⁊ propter hoc: quia qui depredatur ſubditum alicuius: depredatur ipſum dn̄m: vnde qui fidelem depredaē dn̄i: depredaē dn̄m ſuū: vn̄ ꝓditor eſt cū dn̄m ſuū depredeē abſq3 ei⁹ culpa.

¶ Sexto eſt hoc: ꝙ raptor homicida eſt. Unū Eccle. xxxiiij. Qui aufert in ſudore panē: quaſi qui occidit ꝓximū ſuū. Cum raptor pauperi vitā ſuā auferat: quaſi quōdāmodo mortem ei aufert. Auferre enim

vitã ⁊ inferre mortez ↄuertibilia ſũt. ¶ Se
ptimo ẽ h: ꝙ raptores peiores ſunt furib⁹.
Uniuerſaliter.n.peius eſt peccare aperte:
ꝗ peccaꝛ occulte. Sicut adulterari aperte
peius eſt: ꝗ occulte. Peius igitur ẽ iniuria
ri alicui apte: vt faciũt raptores: ꝗ occulte:
vt fures. ¶ Octauo eſt hoc: ꝙ peiores ſũt
raptores vſurarijs. Cuius ſignũ eſt hoc: ꝙ
pauperes homines vt euadant manus ra
ptorꝫ ponũt ſe in manus vſurariorꝫ: que tñ
valde mala ſunt: vt oſtenſum eſt ſupra.
¶ Nono eſt h: qꝺ peccatũ rapine multuꝫ
aſſimilat hominẽ diabolo. Diabolus enĩꝫ
fuit primus raptor: volẽs altitudinẽ dei ra
pere: vnde propħa in pſona eius. Et ero ſi
milis altiſſimo. Et adhuc inceſſanter labo
rat: vt bona noſtra rapiat. Nec ſolum aſſi
milantur diabolo in rapiẽdo bona homi
num: imo ẽt in torquendo homines: vt bo
na eorꝫ extorqãt ab eis. ¶ Decimo ẽ hoc
ꝙ raptores in tribus modis ſunt peiores
diabolo. ¶ Primo i hoc: ꝗꝛ diabolus eos
depredatur: ⁊ torquet: ꝗ mala egit: ſed ra
ptores eos depredantur: ⁊ torquent: quia
malo recedũt. vnde. lix. Iſa. Qui receſſit a
malo: prede patuit. Et. xxix. Prouer. Uiri
ſanguinũ oderunt ſimplicẽ. Diabolus po
terit ſe iuſtificare comparatione raptorꝫ
in die iudicij. Poterit.n. dicere. Ego illos
ſolos inferno afflixi: ꝗ te offenderunt: ſed
raptores iſti illos depredati ſunt: ⁊ afflixe
runt: ꝗ non meruerũt. Secũdo ſunt peio
res in hoc: ꝙ diabolus defert angelo dei:
homini ad cuſtodiam deputato: vt corpo
ralem violentiam ei non inferat: ꝙ rapto
res non faciunt. ¶ Tertio ſunt peiores in
hoc ꝗꝛ diabolus torquet homines in infer
no. Qui loc⁹ tormentorꝫ vocatur. Luc. xv.
Sed raptores homines torquent in mun
do iſto: vbi homines deberẽt habere liber
tatem faciendi de ſe: ⁊ de ſuis: ſm volunta
tem ſuã. Unde recte poſſumus intelligere
raptores vocatos angelos diaboli. Math.
xxv. Ubi ſic legiꝛ. Ite maledicti ⁊c. Qui
patus ẽ di. ⁊ an. eius. Miſſi videntur eſſe
a diabolo raptores: ad faciendũ mala ope
ra in mũdo: qualia facit diabolus in infer
no. ¶ Undecimo eſt h: ꝗꝛ ſpũs ſanct⁹ in ſa
cra ſcriptura raptores dicit talia facere de
pauperib⁹ ꝗlia nulli pſecutores eccleſie le
guntur feciſſe de fidelibus. Dicit enĩꝫ eos
excoriare paupes: ⁊ atterere: ⁊ cõmolere: ⁊
paſcere: ⁊ cõmedere: ⁊ deuorare. De p̄mo
legitur. Miche. iij. Odio habetis bonũ: ⁊
diligitis malũ: ꝗ violẽter tollitis pelles eo
rum deſup eos: ⁊ carnem eorꝫ deſup oſſi
bus eorꝫ. De. ij. ⁊. iij. legitur. Iſa. iij. Ra
pina pauperis in domo vr̃a: quare atteri
tis populũ meuꝫ: ⁊ facies paupis cõmoli
tis. De. iiij. Eccle. xiij. Uenatio leonis ona
gri in heremo: ſic paſcua diuitũ pauperes
¶ De. iiij. legitur. Prouer. xxx. Generatio
que pro dentibus gladiũ hꝫ: ⁊ mãdat mo
laribus ſuis vt comedat inopes de terra: ⁊
paupes ex hominib⁹. De. v. legiꝛ Eze. xix.
Factus ẽ leo ⁊ didicit capere predã: ⁊ ho
mines deuorare ⁊. iiij. Eiuſdẽ. Sicut leo
rugiens: capienſqꝫ predã animaꝫ deuora
uerunt inopis. Qꝺ aũt predicta teſtimonia
ſcripture de raptoribus vera ſint: ↄſtat cũ
a ſpũ ſancto dicta ſint. Sꝫ qualiter intelli
genda ſint. non ẽ ab eo manifeſtũ. Poſſu
mus tñ intelligere raptores talia facere
pauperibus: quũ ea faciunt rebus eorꝫ: ꝗ
ad ſuſtentationem vite: eis neceſſaria ſunt
vnde qui excoriat vnũ bouem: quẽ habet
pauper homo: reputatione ipſius paupis
excoriat eum. Pene.n. idem eſt pauperi:
ac ſi excoriaret eum. vnde Dauid. ij. Re. xij
Quum Nathan poſuiſſet ei parabolã de
diuite: ꝗ abſtulerat pauperi homini ouẽꝫ
vnicam: dixit eum dignum morte eſſe.
Secundum hunc modũ: etiam molit pau
perem: qui frumentum eius neceſſarium
tollit. Aliter etiam poſſumus dicere: ꝙ ra
ptor pauperem excoriat. quũ aufert ei tpa
lia: que defectum intollerabileꝫ pellunt ab
eo: ſicut ⁊ pellis proprie carnis. Nec ſine
illis poteſt viuere. ſicut nec ſine propria pe
le. vnde ⁊ pellis vocantur temporalia. vn
de Iob. ij. Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que
habet homo dabit pro anima ſua. Pellẽ
inquaꝫ temporaliũ pro pelle proprie car
nis. Pellem ẽt dicitur raptor auferre pau
peri. qñ aufert ea. que adherent per amorẽ
cordi. Sicut pellis. que adheret corpori. h
mo amplius videnꝛ adherere cordi. ꝗ aĩa
ipſi corpori. Cum.n. pauperes ad morteꝫ
infirmantur. potius permittunt aĩam a
corpore recedere. ꝗ a ſedando medicis ſe
pararent. vel aliter expendendo illud mo
dicum quod habent. Ex hac vero adhe
ſione. patere poteſt. qualis ſit dolor in
eorum ſeparatione. Carnem etiam ⁊ ſen

guinem auferunt raptores paupibus:cuȝ
auferunt ea:que acqſierũt labore:⁊ ſudo
re:⁊ ꝓprij corporis ↄſumptione: ⁊ que ēt
ꝓprio corpori ſubtraxerũt:niſi in carnem
⁊ ſanguinē cōuerſa eſſent. Immo plus vi
detur raptor facere paupi: q̄ ſi eū excoria
ret. Ille eni q eū excoriaret:nō auferet ei ni
ſi haberet pellem ſuā:ſed raptor auferet ei
etiā illud:ꝙ nō hȝ:q2 aufert illud:qđ vſu
rariorū eſt:qđ ei accōmodauerūt. Aufert
ēt ei raptor qđ iam comedit ⁊ bibit. Expē
dit enīȝ paup:⁊ annonā:⁊ vinū:anteq̄ illa
colligat. Poſſumus etiā intelligere rapto
res cōmolere pauperes quia inter ſpē euaſi
onis. ⁊ metū depdationis:quaſi iter duas
molas eos affligunt. Notabiliter aūt dicit
facies pauperuȝ cōmolitis. Pre paupertate
enim faciūt facies eoꝝ:ad tantaȝ maciem
deuenire:ꝙ videtur gene eorū cōpreſſe fuiſ
ſe inter duas molas. ¶ Duodecimū ꝙ fa
cit ad magnitudinē huius peccati:eſt hoc
ꝙ ipſi peiores ſunt beſtiis quacūqȝ. Unus
eni raptor totā vnā patriā deuorat. Lupus
enim interdū per annū vnū:non deuorat
vnū hominē. Unde ſacra ſcriptura rapto
res cōparat:diuerſis generibus beſtiaruȝ:
quādoqȝ lupo. Unde Sopho. iij. Iudices
eius lupi veſpere:nō relinq̄bant in mane.
Quādoqȝ vero cōparat eos leoni:vel vrſo
vnde. Prouer. decimooctauo. Leo rugiēs
⁊ vrſus eſuriēs:principes ipſius ſuper po
pulū pauperē. ¶ Secūdo dȝ cohibere ho
mines a peccato rapine hoc quod macu
la huius peccati ita adheret ſicut calx late
ri. Uix eni aliqs reſtituit pfecte ea que ra
puit. Uidemus eni eos q habēt nouas ve
ſtes:quod diligentiſſime cauēt eis. ab oleo
⁊ ab aliis. quorū macule remoueri nō poſ
ſunt:dicētes. Perdita eſſet veſtis:ſi cade
ret ſup eā aliqd tale. Quāto magis q non
dū rapiunt deberet ſibi cauere a rapina:⁊
dicere inter ſe? Perditus ſum ſi incepero
rapere. Nunquaȝ eni de cetero reſtituam.
¶ Tertio deberēt raptores cohibere hoc
ꝙ magna ignobilitas:⁊ ruſticitas ē in ra
piēdo. Dare eni nobile eſt vnde i. Thobia
verſificato. Eſt dare leticie vox:verbū no
bile:verbū melliflnū:dantis gloria:dantis
honor Et valde aſſimilat hominem deus.
Deus ex liberalitate ſua fecit:quicq̄d fecit.
Et ad dandū alia fecit:vt haberet que da
ret. Alia vero vt haberet q̄bus daret. Si āt
dare hominē nobilē:reddit ergo auferre
reddit ruſticū ⁊ vilem. ¶ Quarto deberet
raptores cohibere magnū damnum ſpiri
tuale:quod incurrunt:dum aliqd terrenū
rapiūt:vnde. Auguſtinus. Lucrū i archa:
damnū in cōſciētia tollit veſtem: ⁊ perdit
fidem:acqrit pecuniam:perdit iuſticiam.
Raptor lucrū habet in archa:quam cū lu
cro relicturus eſt: ſed damnum habet in
conſcientia:quam cū damno delaturus eſt.
fidem perdit quam debebat deo: ⁊ fratri
ſuo chriſtiano:vnde proditor eſt. Iuſticiā
enim perdit:vnde non habebit eam in au
xilium in die iudicij:ſed potius erit contra
eū. ¶ Quinto debent raptores cohibere
hoc:ꝙ pradam vtilitatem habent de rapi
na ſua:quo ad corpus Et enim eis parum
valet:quia cito tranſit: vnde. Eccleſia. xl.
Subſtantie impiorū quaſi fluuius ſicca
buntur. Et ſumitur ibi fluuius pro torrēte
quod a pluuijs congregatur. Quo ad ani
mam vero nullā habent vtilitatem:q2 nō
poſſunt facere inde elemoſynam:vel obla
tionem. vnde. Eccle. decimoquarto. Qui
offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperis:
quaſi qui victimat filiū in conſpectu pa
tris:cum ſubſtantia pauperū vita ſit eoꝝ.
Qui eam offert domino quaſi vitam vel
ſanguinem pauperū qui ſunt filij dei ei of
fert. vnde ſubſtātia pauperis vocatur ſan
guis. Iere. ſecūdo. In alis tuis inuētus eſt
ſanguis animarū pauperū. Ale vocantur
extremitas precioſorū palliorū:in quibus
alis:ſanguis inuenitur:cū de rapinis pau
perū fiunt. Hijs alis non de facili volat q̄s
in celū. ¶ Sexto deberet cohibere homies
a rapina: magna pena quam ſumpturus
eſt deus de raptoribus.

¶ Quattuor rationibus oſtenditur ꝙ do
minus multum puniturus ſit raptores.

q Uattuor vero ſunt:per que poteſt
oſtendi: quod dominus multum
puniturus eſt raptores. ¶ Primū
eſt hoc:ꝙ ipſe ita diſtricte iudicat eos:qui
propria non largiūtur pauperibus. Si eni
damnat eos:qui pauperibus propria nō
tribuūt: quid faciet de eis qui eis ſua au
ferunt:vnde dicit. Glo. ſuper lucam. Non
reprehenditur diues:ꝙ aliena rapuerit:ſȝ
quod ſua non erogauerit. Quid ergo erit
ei:qui aliena rapit? Ad idem valet: quod
legitur. Mathe. vigeſimoquinto. Tunc di

cet rex his qui a ſiniſtris eius erunt. Diſce
dite a me maledicti in ignem eternū: qui
paratus eſt diabolo: ⁊ angelis eius. Eſu-
riui enim ⁊ non dediſtis mihi mãducare.
Raptoribus vero dicere poterit. Eſuriui ⁊
abſtuliſtis mihi quod debebã manduca
re. Ori meo ſubtraxiſtis: quod canibus ⁊
auibus veſtris dediſtis. Raptores enī ori
dei ſubtrahunt in pauperibus: que in ore
porcorum .i. voluptuoſorum hominū vel
in ore canum: ſcilicet detractorum ponūt.
Ad litteram. Et aues ⁊ canes paſcunt de
rapinis pauperum: ⁊ etiã auferunt de ore
dei: que ponunt in ore diaboli. Os dei: eſt
os pauperis. Os vero diaboli: os impij.
Quū enim impius ſeruus ſit diaboli: os
⁊ cetera que habet: diaboli ſunt. Quū ve
ro ſubtrahit pauperi: quod dat peccatori:
ori dei ſubtrahit: quod ponit in ore diabo
li. Raptoribus etiam poterit dicere. Siti-
ui ⁊ abſtuliſtis mihi ꝙ debui bibere. Im-
mo quod plus eſt: ſanguinem meum in
pauperibus bibiſtis. Quod enim vni ex
minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Pote
rit etiam dominus eis dicere. Hoſpes fui:
⁊ non me collegiſtis. Immo quod plus
eſt. domum in qua colligi debebam cum-
buſſiſtis. Et iterum. Nudus fui: ⁊ non me
cooperuiſtis. Immo quod plus eſt: in pau
peribus me excoriaſtis. Et vnde cooperi-
ri debui mihi ſubtraxiſtis. Uxores militū
veſtibus caudatis terram operiunt: pro q
bus viri earum deum in pauperibus nu-
dauerint: ⁊ quandoqꝫ trahunt in cauda
ſua totã ſubſtantiam vnius pauperis ho
minis. Et iterum. Infirmus fui ⁊ non me
viſitaſtis: ſed ſuper dolorem vulnerū meo
rū addidiſtis: ⁊ quaſi vulnere ſuper vul-
nus me conciſiſtis. In carcere fui: ibi me
cruciaſtis: ⁊ quaſi iterum me crucifixiſtis.
G ¶ Secūdo poteſt perpendi: ꝙ de⁹ grauí-
ter puniturus ſit raptores: per imprecatio
nes ⁊ maledictiões: quas faciūt eis vidue
⁊ pupilli: quos ipſi ſpoliant. Dicit enī ſcri
ptura: quod tales imprecationes a domi-
no exaudiūtur: vnde trigeſimoquinto. Ec
cleſi. Non deſpiciet dominus preces pupil
li: nec vidue: ſi effundat loquelam gemit⁹:
⁊ poſt. Nõne lachryme vidue ad maxillã
deſcendunt: ⁊ exclamatio eius ſuper dedu
centem .rap. ſ. eas. i. ſuper eum qui facit: eã
lachrymari. A maxilla enī aſcendunt: vſqꝫ
ad celum. ⁊ dominus exauditor non dele-
ctabit in illī lachrymis. Minus dicit ⁊ pl⁹
ſignificat. Quum dicit non delectabitur:
quaſi dicat grauiſſime iraſcetur deus in il-
lis. Uidentur lachryme vidue ad maxillã
tantum. ſed in veritate aſcendunt in celum
vſqꝫ ad conſpectum dei. quantum ad vir-
tutem. Ad idem valet parabola. q̄ ponit
dominus. Luce decimooctauo. De iudice
iniquo. qui deum non timebat. nec homi-
nem reuerebatur. qui nolebat per multū
tempus iudicare viduam quandam de ad
uerſario eius. ſed potius dixit inter ſe. Et ſi
deum non timeo: ⁊ hominem non reuere
or. tamen qꝛ moleſta eſt mihi hec vidua.
iudicabo illam. Et ſubiungit dominus.
Uidete quid iudex iniquitatis dicat. Deus
aūt non faciet vindictam electorum ſuorū
clamantium ad ſe die ac nocte. ⁊ patientiã
habebit in illis. Multum timendum eſſet
rapacibus de propria ſalute. preces enim
eorum propter rapinas eorum. non exau-
diuntur. Unde Iſa. i. Cum multiplicaueri
tis orationem non exaudiam: Manus. n.
veſtre ſanguine plene ſunt. Orationes ēt
bonorū pro eis facte ſepe non exaudiunt.
qꝛ aduerſantur eis lachryme pupillorum:
⁊ viduarum que lachryme violente ſunt
in precibus. Sicut dicit Aug. ſuper illud.
Auribꝰ percipe lachrymas meas fluentio
res. ⁊ lachrymoſiores ſunt. ⁊ frequentiores
preces pauperū. contra raptores q̄ ſunt pre
ces bonorū pro eis facte. vnde multū timē-
dum eſt raptoribus ne exaudiantur. Non H
de facili obtinet qs in aliqua iuſta curia
cū habet ibi multos aduerſarios. ⁊ fortes
qui iuſtam cauſam habent. Ad contrarie
tatē iſtarū precū videtur pertinere. quod le
gitur. xxxiiij. Eccle. vnus orans. ⁊ vn⁹ ma
ledicens cuius vocē exaudiet deus: immo
vnus orans. ⁊ multi maledicentes. vnde ti
mendū eſt ne vocē maledicentiū deus ex-
audiat. Unū tamen remediū eſt raptori-
bus. vt a rapinis ceſſent. ⁊ oppreſſis ſubue
niant. prout iuſte poterūt. ⁊ tūc dñm pro-
pitium habebunt. vnde Iſa. i. Subuenite
oppreſſo. iudicate pupillo. defēdite vidu-
am ⁊ venite ⁊ arguite me dicit dñs. Si fu
erint peccata vr̄a vt coccinū. quaſi nix de-
albabuntur. ¶ Tertio pōt oſtendi ꝙ gra- I
uiter puniturus ſit de⁹ raptores. per amo-
rem: quem habet celeſtis iudex ad paupe-

nis: q2 ſibi fieri reputat: qđ eis fit. vñ .xv. Mat. q vni ex minimis meis fe. mihi fe. Propter hoc et venit in carne. Vñ in ps. Propter miſeriã inopũ z ge. pa. nũc ex. d. do. Et in Iſa. Euangelizare paupibus mi ſit me. In primo et verbo noue legis: re gnũ ſuũ cõmunicant dicẽs eis. Beati pau peres ſpũ zc. Unde veriſimile ẽ: q diſtri cte iudicet oppreſſores eo2. Ideo dicitur i ps. Iudicabit paupes populi z ſal. fa. f. p. z .h. ca. Et in Prouer. xxij. Ne attingas par uulo2 terminos: z agrũ pupillo2 ne intro eas: propinquus .n. illo2 fortis ẽ: z ipſe iu dicabit ꝯtra te cauſa illo2: z Prouer. xxij. Non facies violentiã pauperi: q2 pauper: nec conterens egenũ in porta: q2 domin⁹ iudicabit cauſam eius: z configet eos qui confixerunt animam eius. ¶ Quarto põt oſtendi magna pena raptorum per hoc: q pauperes quos ipſi ſpoliauerunt. iudi ces eo2ũ erunt. vnde Job. pauperibus iu dicium tribuit. Tunc ſtabunt iuſti in ma gna conſtantia aduerſus eos: qui ſe. an. z q abſtu. la. eo2: vt legitur ſapientie. v.

K ¶ Hic oñditur quomodo raptores ẽt in mundo iſto multipliciter puniunt a deo.

Prima vero pena rapto2 in mundo iſto paupertas eſt: vñ Prouer. xi. Alij diuidunt propria: z ditiores fi unt. Alij rapiũt non ſua z ſemper in ege ſtate ſunt. Poſſunt ãt aſſignari. v. cauſe hu ius paupertatis. Prima eſt hec. quod rap tor relicto deo: z contempto: q eſt fons z habundantia omnium bono2: de indigẽ tijs paupe2 repleri vult. Unde dominus p prophetaz. Dereliquerunt me fontẽ aque viue. A deo deberent milites ſperare. ea q ſibi neceſſaria ſunt: z ei ſeruire: nõ labori bus paupe2: nec rapinis ea2 inhyare. De paupertate .n. non colligitur habũdantia. ¶ Secũda cã paupertatis eſt h: q ſicut ra ptores auferunt alijs: ita z alij auferũt eis vnde Iſa. xxxiij. Ve q predaris: nonne z ipſe predaberis? Et Abacuc. ij. Quia tu ſpoliaſti gentes multas ſpliabũt te omnes qui relicti fuerint đ populis. ¶ Tertia cã eſt hec: q opoꝛtet eos multas expenſas fa cere. Abyſſus enim rapinarum: abiſſum inuocat expenſaruz. Quarta cauſa eſt hec q dominus non dat libenter eis: qui ſibi auferunt in pauperibus. Unde plus am mittunt q dei liberalitas eis datura erat q ſit illud q pauperibus auferunt. Et faci lius ad diuitias peruenirẽt: diuini liberali tati ſeruiendo: q cõtra dei voluntatem: bo na dei rapiendo: Mira inſania. Uolunt raptores bona eius: q liberaliſſimus eſt p violentiam habere: cũ auaris hominibus hec ſoleat fieri: z non illis qui ſua libenter largiũtur. ¶ Quinta cauſa eſt hec. q crea ture in locis ſibi a deo deputatis: cõſeruã tur z quieſcũt. In locis vero vbi violenter ponitur non quieſcit: vt ponderoſa que i infimis locis qeſcunt leuia in ſuppmis. Si autem in alijs locis violenter ponunt ad ſua loca reuertũtur. Sic eſt de diuitijs. vnde Non habet euentus ſordida preda bonos. ¶ Secunda pena rapto2 eſt ſterili tas. Quum enim raptores contra deum ac quirere velint que poſſideãt dominus nõ dat eis heredem. vñ: Eccle. xl. Nepotes im pio2ũ non multiplicabunt ramos. Et Sa piẽ. iiij. Adulterine plantatiões: nõ dabũt radices altas nec ſtabile fundamentũ col locabũt. ¶ Tertia pena rapto2ũ: eſt acce leratio mortis eo2ũ: vnde. Dauid viri ſan guinũ z do. nõ di. ſ. zc. Et z Prouer. ij. Impij de terra perdẽtur: z qui iniq agũt auferentur. ¶ Quarta pena eſt: quod fre quẽter gladio moriunt: z anima a demo nibus rapitur z corp⁹ ſepultura caret vn de .xx. Jer. ve qui edificat domum ſuaz nõ in iuſtitiam. Et quibuſdã interpoſitis ſub iũgitur. Propterea hec dicit domin⁹. Nõ plangent eũ. ve fratri. z ve ſorori: z nõ cõ crepabunt eum ve. dñe. ve. incliте. Sepul tura aſini ſepelietur putrefactus z proie ctus extra portas ieruſalem. De hoc vero q ſpũs ei⁹ rapiat a demonib⁹ dicit. Gre Qui enim viſibiliter rapit ſubito vrgente exitu inuiſibiliter rapiet z .xvi. Eccle. Non effugiet rapinã peccato2. ¶ Quinta z vl pena eſt q filij eo2ũ mẽdici ſiũt: z gladio mo2iũtur. Unde naum. ij. Leo cepit ſuffi cienter: catulis ſuis: z necauit beſtias agri z impleuit preda ſpelũcas ſuas. Et ſubdit Ecce ego ad te dicit dñs exercituum: leun culos tuos comedet gladius z extermina bo de terra predam tuaz. Et. Job. xx. Hec eſt pars impij apud deũ: z hereditas vio lentorum: quam ab omnipotente ſuſcipiet Si multiplicati fuerint: filij eius in gladio erũt: z nepotes eius nõ ſaturabũtur pane. L

In futuro vero pena raptorum erũt: φ ra pine illorum collis eorum imponentur. Et ſic coram toto mũdo ducentur. Deinde ve ro ſuſpendentur. Raptores ſimili pena: vel maiori debent puniri: q̃ latrones. Sed nõ eſt qui hoc audeat fa cere. Sed celeſtis rex: qui non timet eos: hoc faciet. vnde. Tren. i. Iniquitates mee circumuolute ſunt: ⁊ impoſite collo meo. Iniquitates poſſunt intelligi res iniq̄ acquiſite. Amos. iiij. Iurauit dominus in ſancto ſuo quia ecce di es venient ſuper vos ⁊ leuabũt vos in cõ tis. i. in perticis ad modum eorum: qui ſu ſpenduntur. Rapine ſe etiam habebũt ad raptores vt mole aſinarie: collis eorum ſu ſpenſe: ad inferiora loca inferni eos trahẽ tes: vnde. Prouer. xxi. Rapine impiorum detrahẽt eos. He ſunt pene raptorũ quas debent expectare: certi omnino: φ venient ſuper eos niſi penituerint. Iurauit enim dominus ſe non traditurum obliuioni ra pinas eorũ. vnde. Amos. viij. Audite hoc qui conteritis pauperem. Et ſubiungitur. Iurauit dominus in ſuperbiaꝫ Iacob. Si oblitus fuero vſq̄ in finem omnia opera eorum.

¶ Dicto de raptoribus: dicendum eſt de iniuſtis talijs. xij.

Ertio loco inter ſpẽs auaritie: di cendũ eſt de peccato iniuſtarũ tal liarum a quo peccato tria debent cohibere homines. ſ. peccati magnitudo: ⁊ vilitas que eſt in faciẽdo tallias: ⁊ dam num quod prouenit inde eis q eas faciũt. ¶ Magnitudo vero peccati ex hoc poteſt oſtendi: φ preter peccatum rapine eſt ibi peccatum proditionis. Eſt etiam ibi ingra titudo ⁊ contemptus dei: ⁊ angelorum. Quod proditio ſit ibi poteſt oſtendi multi pliciter. ¶ Primo ſic. Si aliquis pater fa milias filiũ ſuum tranſiturũ per aliquam viam periculoſã militi bone fidei alicuius cõ mendaret: ⁊ certam ſummam pecũie pro hoc ei aſſignaret: ſi ille vltra ſummam illã filio eius aliquid auferret: proditor eſſet. Et diceret paterfamilias. Ego commendaue ram filium meum bone fidei illius: ⁊ ipſe ſpoliauit eum: Sed cõſtant φ deus filios ſuos commendauit potẽtibus huius mũ di: e diffiniuit eis quibus debent eſſe con tempti. Unde. Lu. i. Cum quererent mili tes a Ioanne baptiſta qd facerẽt. Reſpõdit Ioannes. Neminẽ concuſſeritis neq̄ calũ niam faciatis: ⁊ contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Prohibentur eis primo duo pec cata: per que ſolent potentes pecuniam a pauperibus extorquere ſcilicet commina tio: ⁊ calumnia. Comminatio. vbi dicitur. Neminẽ concuſſeritis. Calumnia vero in ſequenti verbo. Deinde vero oſtenditur eis: φ ſtipendijs ſuis debent eſſe contenti. Unde ſi vltra ſtipendia ſua accipiũt: pro ditores ſunt: ſi ſpoliant enim filios dei bone fidei eorum commendatos. Niſi faciãt hoc in illis caſibus inquibus eis licet. ¶ Secũ do oſtendit idem ſicut conſtat φ eandem fidem debet ſubdito: q̃ ſubditus domino. Sed ſi ſubditus caperet dominum ſuum: vel alio modo malum faceret ei: proditor eſſet: igitur ſi dominus ſubditũ capiat vel aliud malum ei faciat proditor eſt: vbi ille culpã non commiſſerit que hoc requirat. Nec minus inde ẽ eſt: ſi dominus abſq̄ culpa ſubditum capiat q̃ ſi ſubditus do minum caperet. Dicũt aliqui milites. Si aliquis non eſſet ſubditus mihi: ⁊ malum facerem: tunc bene ſcio φ peccarem. Sed ſi ſubdito meo malum facio: tunc non cre do me peccare: vel tantum peccare. Qui bus dici poteſt φ ſcdꝫ hoc dominatio eorũ diabolica eſt. Diabolus enim talũ domi nus eſt: qui ſibi ſubditis loco requietionis afflictionem reddit: ⁊ penam. Et illis qui melius ſibi ſeruiunt: plura mala facit prete rea quis ſani capitis dubitet minus licitũ eſſe hoſteꝫ in ciues: q̃ in extraneos: Quis neſciat crimen proditonis eſſe: cuiꝫ amicis inimicitias exercere. Subditi vero ſcdm ſapientẽ ſunt humiles amici. Preterea cũ certũ ſit φ miles iſte fidẽ debebat pauper i homini anteq̃ faceret ſibi omagiũ: tãq̃ fra tri ſuo chriſtiano: nec pauper illũ a fide il la abſoluit: quũ ei omagiũ faciũt imo vin culũ: φ inter eos: erat oſculo ꝑ actis ꝯfirma tũ eſt quomodo ergo miles immunis ẽ a crimine ꝓditionis. Qui malũ facit ei niſi prius ei ſignificet: φ nõ vult ei fidẽ illã ſeruare: ⁊ quod nõ vult eũ de cetero tanq̃ ſubditũ ſed tanq̃ hoſtem habere. Pecca tũ etiam ingratitudinis eſt ibi. Deus enim eũ honorauit alijs hominibus eũ preficiẽ do. Ipſe vero ex hoc inhonorat deum: in pauperibus eum comprimendo: in hoc ſi

miles ſunt militibus: qui deū crucifixerūt qui arundine de manu dei accepta caput eius percutiebant. In arundine ſignificatur terrena poteſtas: quā milites a deo accipiūt: et deinde ex ea i pauperib⁹ deū percutiunt. Contemptus etiam dei et angelorum eſt. Licet enim deus tradiderit pauperes cuſtodiendos potentibus huius ſeculi: tamen ipſe noluit eos eſſe abſq̧ cuſtodibus celeſtib⁹. Immo vnuſquiſq̧ homo habet angeluz vnū: ſibi ad cuſtodiā deputatū. Quē ille contēnit: qui pauperez opprimit. Et in ipſo etiā angelo deum contēnit: cuius nunciuz nō reueretur. ¶ Scḋo debet cohibere milites a tallijs multiplex damnum: ꝙ inde eis prouenit.

¶ De multiplici damno quod ꝑuenit hominibus ex vſu talliarum.

B

Primum aūt damnum quod ipſi incurrunt eſt: quod dn̄s videns eos iniquos in paucis bonis temporalibus eis cōmiſſis: nō vult eis ea augere. Scit enīz q̄ qui in modico iniquus eſt: et in maiori iniquus eſt ſm̄ qḋ legitur Luc. xvi. Unde frequenter videmus milites qui tallias faciunt pauperes: illos autē qui nō faciunt diuites. ¶ Scḋm damnuz eſt: ꝙ ſubditi eoꝝ fugiunt eos. Et fit iuſto dei iudicio: vt qui plus volebant habere q̄ deberent non habeant etiā quod deberēt habere. vn̄ legitur. iij. Ro. Quod Roboā filius Salomonis: volens aggrauare iugum filioꝝ iſrael dominiū decez tribuum amiſit. ¶ Tertiū damnū eſt celeſtis regni amiſſio. Sicut enīz dn̄s dicturus eſt illi: q̄ fidelis eſt in temporalibus iſtis: euge ſerue bone &c. Ita dicturus eſt ei: qui infideliter ſe habuit. ve tibi ſerue neq̄ et infidelis. q2 ſuper. p. f. infi. ſupra nulla te conſtituaz. intra in carcerē dn̄i tui. qui. ſ. preparatus eſt diabolo et angelis eius. Mira inſania eſt potentum huius mundi: qui cum receperunt aliquid terrenum: non curant de deo quaſi nihil eſſent accepturi. Et quia plus habent de terra q̄ alij: ideo omnino non curant de celo. ¶ Quartū damnū eſt ꝙ durum iudicium: et abſq̧ miſericordia merentur ſibi apud deum. Ea enīz menſura qua menſi fuerint: illis quibus preſunt. remetietur eis qui preeſt illis. vnde non credant miſericorditer deum acturuz de eis: cum ipſi non ſe habeant miſericorditer nec etiam iuſte cuz ſubditis ſuis. Ad quod pertinet ꝙ legitur. ſapie. Cito apparebit vobis regib⁹: q2m̄ iudiciū duriſſimuz in his qui preſunt. fiet. Exiguo enim cōceditur miſericordia. Potentes enim potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſq̄ deus qui eſt omniū dominator nec verebitur magnitudinem cuiuſq̧ puſilliū: et magnū ipſe fecit: et equaliter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autē fortior inſtat cruciatio. ¶ Quintum damnuz eſt: ꝙ interduz aliquis Tyrānus potentior eius opprimit: ſicut ipſi minus potentes opprimunt. Unde in pſ. De⁹ cōteret dentes eoꝝ in ore. i. in. Leo. con. de. Per dentes eoꝝ et molas leonū intelligit poteſtas deuorandi pauperes et conterendi: quam dn̄s interdum aufert. ¶ Sextuz damnuz eſt quod odio habentur ad modum lupoꝝ. Ideo lupus odio habet̄: et ab hominibus: et a ceteris animalibus: q2 nō viuit niſi ex eis que aufert. Eadez ratione exoſi ſunt homines rapaces. In hoc tamē differentia eſt: ꝙ lupi rapinas nō exercēt contra lupos: ſed contra animalia alterius ſpeciei: ſed tales homines cōtra eos qui ſunt eiuſdem ſpeciei: rapinas exercēt. ¶ Tertio deberet cohiber̄ milites a tallijs vilitas: que eſt in faciendo eas. Sicut enīz glorioſum eſt dare: ſic vile eſt querere. Et tanto videtur nullius eſſe genus querēdi quanto vilior et inferior eſt perſona a qua queritur: quanto nobilior eſt perſona que querit. Unde et vilitas iſta querendi: reprehenſiuum quoddam deberet eſſe militibus: ne vltra vires expēderent. Plus. n. ignominie eſt in querendo: ſi ipſi ſcirent intelligere: q̄ ſic honoris expendendo indiſcrete. Sed dicet aliquis miles. Oportet nos viuere. Et viuere non poſſumus: niſi iniuſtas tallias faciamus. Quibus reſpondet: quod in valde periculoſo ſtatu ſunt. Similes enim ſunt illi qui eſſent in cruce cui non apponerentur niſi toxicata: et ſic cogitaret in mente ſua non poſſum viuere niſi comedā. et ſi comedo: comedo mortem meam. In magno enim dolore deberent eſſe. qui in tali ſtatu ſe vident. et totaz vitam iſtam deberent contemnere.

C

¶ De fraude negociatoꝝ dicendū eſt poſt dicta tallijs. cap. xlij.

Quarto loco inter ſpecies auaricie dicendū eſt de fraudibus negociatoꝝ. Notandum eſt ꝙ negociatio in ſe bona eſt etiam hominibus. Neceſſarie enim ordinauit deus: vt nulla terra ſibi in omnibus ſufficiat: vt cum alia terra ei ſubuenerit: eam cariorem habeat. Subuētio vero iſta mediante negotiatione fit. Sed malitia hoīum adeo impleuit fraudibus negociationem: ꝙ multi negociatores non ſunt minus mali his raptoribus vel vſurarijs. Unde hodie impletū eſt qđ legitur Apoc. xiij. De beſtia quam vidit Johannes. Et faciet inquit ne quis poſſit emere aut vendere: niſi qui habuerit caracterem: aut nomen beſtie: ⁊ numeꝝ nominis eius. Beſtia que dicitur a vaſtādo eſt diabolus: cuiꝰ caracter ſiue imago eſt falſitas vel fraus. Ipſe enim fuit primus mēdax. vnde in Joanne. Ipſe eſt mendax et pater eius. Abſqꝫ iſta imagine confitentur multi mercatores: ꝙ nō poſſunt hodie vēdere vel emere. Et tamen legitur ī Apoc. quartodecimo. Quod qui acceperit caracterē in fronte ſuo: vel ī manu ſua: hic bibet de vino ire dei.

¶ De octo malis abundātibus in mercatoribus.

B Octo vero mala ſunt que abundāt in mercatoribus. ¶ Primuꝫ malum eſt vendere quanto cariꝰ poſſunt. ⁊ emere quāto vilius poſſunt. Iſtud malum excludet deum a negociatoribus: ⁊ facit negociationes ydolatras eſſe. Ex quo enim aliquis nullum reſpectum habet ad deum: vel ad fraternā caritatem in ſua negotiatione: ipm̄ ſeruitiū qđ deberet deo impendere: diuitijs impendit. Quod indubitanter ydolatrare eſt: ſicut oſtenſuꝫ eſt prius. ¶ Secundo abundant mēdacia in mercatoribus: in quibus non eſt parua culpa. Unde legitur in Eccle. ꝙ potior eſt fur ꝗ̄ aſſiduitas viri mendacis. ¶ Tertio abundant ibi periuria: in quibus ſimiliter non eſt parua culpa: cuꝫ ſint contra illud. Decalogi. Non aſſumes nomen dei tui in vanum. Preterea cum tanta culpa ſit: hominem in falſum teſtimonium adducere: quanta culpa credenda eſt: cuꝫ aliqs vult deuꝫ ad teſtificandū falſum adducere: qđ fit in periurio Deum enim iurare: eſt eum in teſtem adducere. ¶ Quarto vero abundant in mercatoribus furta: que furta ſūt precipue per fraudes quas faciunt contra ſtateras: ⁊ pondera: ⁊ menſuras.

¶ De triplici fraude mercatorum: que fit in menſuris: ⁊ de duobus que debent cohibere a fraude.

I n talibꝰ vero tripliciter fit fraus: ¶ Uno mō cū quis habet diuerſa pondera: vel diuerſas mēſuras ⁊ vendit ad minorē: ⁊ emit ad maiorem. C ¶ Scđo mō cū quis hꝫ iuſtā menſuraꝫ: ⁊ iuſtū pondus: ſed tñ male mēſurat ⁊ ponderat. Sicut faciunt caupones qui menſuram implent ſpuma. ¶ Tertio mō: cū ꝓcurat: vt res quā ad pondus debet vendere: pōderoſior ſit: vt faciunt illi q lanam madefaciunt. Duo vero ſunt que deberent hoīes cohibere a fraude que fit in menſuris ⁊ ponderibus. ſ. magnitudo huiꝰ peccati: ⁊ damnū ꝙ inde ꝓuenit. Magnitudo vero peccati tripliciter poteſt oſtendi. ¶ Primo ex hoc ꝙ peccatū iſtud dei abominatio vocať. Prouer. xi. Ubi ſic legitur Statera doloſa: abominatio eſt apud deū ⁊ pondus equum: volūtas eius. Sicut nō vocamus abominationem iſtud quod diſplicet alicui: ſed quod valde diſplicet. ¶ Secūdo pōt oſtendi magnitudo huius peccati per hoc quod per menſuras: ⁊ pōdera: ⁊ ſtateras deberent ea que īequa ſunt ⁊ iniuſta: ad iuſticiā ⁊ equitatem reduci. vnde ſunt quaſi inſtrumenta equitatis ⁊ iuſticie. Ideo magis diſplicet domino iniquitas in talibus. ¶ Tertio poteſt oſtēdi magnitudo huius peccati per hoc ꝙ mēſure ⁊ pondera pertinere ſolent: ad dn̄m terre. Unde falſitas taliuꝫ in contumeliā dn̄i: quodāmodo redūdat. Ideo dicitur. xix. Leui. Ego dn̄s deus veſter. Nolite facere iniquū aliquid in iudicio: ⁊ ī regula: ⁊ in pōdere ⁊ mēſura. Statera iuſta ⁊ equa ſint pōdera: iuſtus modius: ⁊ equus ſextariꝰ. Ego dn̄s deꝰ veſter. Idō cū loq̄ret de menſuris ⁊ ponderibus: bis ſe dn̄m dixit: vt timeant in eis fraudē facere: cuꝫ ſcirent ſe habere dominū: quem nulla fraus poſſet latere. Damnuꝫ vero prouenienſ ex peccato iſto: duplex eſt. ſ. ſpirituale ⁊ temporale. De tēporale habeť. xxv. Deutero. Nō hēbis in ſacculo diuerſa pōdera: maiꝰ ⁊ minꝰ. Nō erit ī domo tua: modiꝰ maior ⁊ minor. Pōdus habebis iuſtū ⁊ verū. Et

medius equalis ⁊ verus erit tibi. vt multo viuas tēpore ſup terrā quā dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi. Abominat̄.n.eum dñs qui fecit hec. Et Michee.vi. Nunqd iuſtificabo ſtaterā impiā ⁊ ſacelli pondera doloſa. Et ſubdit pena ei⁹ qui talia facit. Tu ſeminabis ⁊ non metes: ⁊ calcabis oliuā ⁊ nō vngeris oleo ⁊c. Spirituale vero damnū eſt ꝙ tangitur Michee.vi. Adhuc ignis eſt, i domo impij ⁊ theſauri iniquitatis: ⁊ menſura minoris plena. Quantum menſure ſubtrahit: tantū ire ⁊ offenſe acquiritur. Et cū ſcriptū ſit in libro Sapiētie.xi. Per que peccat homo: per hec ⁊ torquet̄ vnde cū in ſtatera peccent tales. in ſtaterā beati Michaelis punientur: vbi mala eoꝝ in ea magni ſint ponderis: bona vero nullius.

¶ Quintū malū ꝙ abundat in mercatoribus eſt vendere ad terminū. Qd eſt⁹ ſpēs vſure palliate. vt dictū eſt ꝑus. ¶ Sextum malū eſt aliud oſtendere: ⁊ aliud vēdere. Sicut accidit in ſcriptoribus: qui bonam lrām oſtendūt: ⁊ deinde paruā ſcribunt

¶ Septimum malum eſt verum celare.

¶ Octauū eſt tenebroſa loca eligē: vel alit̄ ꝓcurare: vt res venalis appareat alterius modi q̄ ſit. Sicut accidit in mercatoribus: q tenebras faciūt in qbus debēt pānos vēdere. in quo oſtendūt ſe eſſe filios tenebrarū. vñ merito dicet eis deus. Proijcite eos in tenebras exteriores. Tenebras q̄ fierant ⁊ tenebras habeāt. Oſtēdunt etiā ſe velle male agere: qꝛ qui maḡt odit lucē.

¶ Dicto de fraude q̄ fit in mēſuris dicēdū eſt de acceptione munerꝰ. ca.xiiij.

A Uinto loco inter ſpēs auaritie. di
q cendum eſt de acceptiōe munerꝰ.

¶ Et primo oſtendemus q̄ ꝑiculoſum ſit munerū acceptio. Deinde agem⁹ de hijs que reprehenſibilia ſunt circa acceptores munerꝰ: q̄ ꝑiculoſa ſit munerꝰ acceptio: ſatis apparebit ſi oſtendant̄ mala q̄ faciūt munera acceptoribus ſuis.

¶ De decem malis que proueniunt ex acceptione munerum.

T ponem⁹ decē ex eis ad ꝑſens.

e ¶ Primū malū eſt ꝙ excecāt eū.

¶ Scdm ꝙ eū mutū reddūt. De his duob⁹ legit̄. eccl.xxx. Exenia ⁊ dona excecant oculos iudicū: ⁊ q̄ſi mutus i ore auertit correptionē. De excecatione etiam legitur.xxiij. Exo. Non accipias munera: que excecāt ꝑrudentes: ⁊ ſubuertūt verba iuſtoꝝ. Et.xvi. Deut. Nō accipies perſonā nec munera. qꝛ munera excecāt oculos ſapientū: ⁊ mutant verba iuſtoꝝ. Quis niſi inſanus in hoſpitio ſuo libēter recipiat eū a quo debet excecari. Ad hoc vero ꝙ munera hoiem mutū reddunt. pertinet ꝙ dicit Grego. Non pōt cūſtanter arguere qui auaricia capitur. Apoſtolus noluit accipere ne dū acciperet auctoritatē magiſterij inclinaret. Ad idē pertinet qd legit̄ Jſa.v. Canes muti nō valētes latrare. Interdū ꝑlatus aliquis venit ad aliquē ſacerdotē cum tanto latratu: ꝙ videt̄ ꝙ velit eū deuorare Sed ille ꝓijcit aliqd in ore ei⁹: ⁊ aufert ei latratū. Percutit eū de vna marcha argēti ita qd aufert ei loquelā. ¶ Tertiū malum qd munera faciūt acceptoribus ſuis ē corruptio. Vñ Jſa.ij. Pricipes tui infideles ſocij fures. Et ſubiūgit cāz. Oēs diligūt munera ſequunt̄ retributiones. Et lꝫ aliq per munera non corrūpunt̄: tamē ꝑſumptio habet̄ circa eos d̄ corruptione. ꝙ ꝑ in Jer. ſicut matrona non eſt caſta. que cū rogat̄ munera accipit. ita nec iudex munuſcula accipiens a corruptiōe immunis iudicat̄.

¶ Quartū malū eſt. ꝙ munera accipientem in ſeruitutē redigunt. Unde ad co.vi. Omnia mihi licent: ſed ego ſub nulli⁹ redigar poteſtatē. Et loquitur apoſtolus de ſumptibus recipiendis. ⁊ innuit ꝙ ſi ab eis ſumptus reciperet iam ſub eorū poteſtate eſſet. Unde quidam ſapiens: cū pro libertate reipublice ſtetiſſet in cauſa contra quendam diuitem cuius expenſis diu educatus fuerat: ⁊ ſuper ingratitudinē a diuite illo in cauſam vocatus fuiſſet: leges enim Romanoꝝ ingratos puniebant. dixit diuiti illi Domine mi tu ſcis. ꝙ nihil cū odij feciſſem: ſed pro libertate reipublice ⁊ honeſtate mee perſone. immo etiam tue feci. Nunc vero video qꝛ nihil periculoſi⁹ acceptis muneribus: ſi ad oēm nos obligant ſeruitutem. ¶ Quintū malū eſt: qd manū ſuſcipiētis inquināt. Ad qd referre poſſum⁹ qd legit. Oſee.v. Effraym cepit abire poſt ſordes. Homo cupidus cui⁹ cor aurū affectat: videtur poſt aurum abire: iuxta illud eccleſie. Beatus vir qui inuent⁹ eſt ſine macula: ⁊ qui poſt aurū nō abijt ſed ſecundum iudicium viri ſpiritualis vadit poſt ſordes: ⁊ affectat in manibus

recipere illud a quo deberet eas excutere ſi iam illud teneret. Ab eis enim que ingnāt ſolēt homies manus excutere. ¶ Sextum malum eſt ꝙ munera maledictionē inducunt ſuper acceptores ſuos: vnde in Deutero. Maledict⁹ qui munera accipit: vt percutiant animam innocentis. Et in Iſa. ve qui iuſtificatis impium pro muneribus. Cupidus quando munus recipit: credit ſe ſolum benedictione recipere. vnde minus vocatur benedictio. iiij. Re. v. vbi dicit. Naaman. Eliſeo. Obſecro vt accipias benedictionē a ſeruo tuo. Sed latet ibi maledictio. q̄. Giezi ſenſit cum lepra. Naaman ei adheſit ¶ Septimum in pedit munera acceptores ſuos. a melioꝛib⁹ bonis. Ve illis qui ideo celeſtia accipere non poſſunt: quia māus ſuas terrenis impediunt. Ad hoc pertinet ꝙ legitur. Iſa. trigeſimotertio. Qui excutit manus ſuas ab omni munere: ꝛ cum iſte in excelſis habitabit. ¶ Octauū: munera trahunt acceptores ſuos non tantum ad ſeruitutē ſed etiam ad mortem: vnde. xv. Prouer. Qui odit munera viuet. Ubi per oppoſitum innuit q munera diligit: morief. Ad illud ptinet illud. Eccle. x. Hic venalem animam ſuam habet. Et loquitur de amatore pecunie. ¶ Nono inclināt munera acceptores ſuos ad oēm iniquitatē vn̄ in ps. In quorū manib⁹ iniqtates ſunt. Et ſubditur cā dextera eorum repleta eſt muneribus.
¶ Decimo igne infernali eos conburunt: vnde. Job. xv. ignis deuorabit tabernacula eorū qui libēter munera accipiūt. Quis niſi inſanus ea amet que amatoribus ſuis tot ꝛ tanta mala faciunt.

¶ Quinq̄ reprehenſibilia contra acceptores munerum.

Sequitur de hijs que poſſunt eē reprehēſibilia cōtra acceptores muneruꝫ. Que. v. ſunt. ¶ Primū eſt: quādo aliqs nō indiget ꝛ recipit: q̄ paupe ribus dari debēt vn̄. Jer. ad. Damaſuꝫ papā. Clerici qui a bonis: ꝛ operib⁹ parentum ſuſtentari poſſunt: ſi quid pauperum eſt: ſibi accipiūt: ſacrilegium profecto cōmittunt. Et per abuſionem tali ꝫ: iudiciū ſibi manducant: ꝛ bibūt. Idem in quadā epiſtola. O monace ſi eges ꝛ accipis: potiꝰ das q̄ accipis. Hoc dicit: quia obligatur ad danda ſpūalia: que acceptis meliora ſunt: deinde ſubdit. Si non indiges ꝛ accepis: rapis que diſtribuēda paupibus vſurpas. Item proſper in libro de vita contemplatiua. Habentes vnde ſuſtentent: non ſine graui peccato ſuo. vn̄ pauper victurus erat: accipiūt. ¶ Secūdū reprehēſibile eſt in acceptionē munerum: quando accipiūt ea: que dantes tenentur reſtituere eis ꝛ a q̄bus habuerāt. De quibus dicit. Jer. Qui a raptoribus: ſymoniacis: feneratorib⁹ munera accipiūt: ſimiles ſunt illis: qui minores piſces deuoratos a magnis comedunt ꝛ deuorāt. Sicut. n. ſic deuorati: nulli vſui ſunt apti: ita nec oblatio taliū: villi vſui vili ve religioni apta eſt. Hoc vitio laborant quidā religioſi noſtri temporis: exterius ptendentes ſanctitatem: interius vero pleni ſunt auaritia: ꝛ cupiditate: q2 quaſi mercatores ſunt pellium anguillarum qui indifferenter omnia accipiūt: ꝛ in pios vſus ea conuertere volunt. Qui ſignificati ſunt per. Gedeonem. Qui inaures aureas: de preda. Madianitarum accepit vt faceret inde ſacerdotales veſtes. Et factū eſt. Gedeoni: ꝛ omni domui eius i inruināꝫ vt legit. Judic. viij. Iſti etiā ſimiles ſunt. Sauli qui regem Amalech. ꝛ meliora de ouib⁹ ꝛ armētis reſeruauit: nolēs immolare domino. Propter quod abiiecit eum dn̄s: nē eſſet rex. vt legitur. i. Re. xv. Iſti etiaꝫ ſunt ſimiles. Achor qui furatus eſt de anathemate iericho vt legitur. Joſue. vij. Unde Jer. Diligenter diſcutiendum eſt ꝛ cauendū ne qs abſtulerit de aliquo anathemate. ne ꝑpter illud multi perdātur. Iſti etiā cōtra ꝓhibitione legis morticinum comedunt: ꝛ a beſtia captum. ¶ Tertio rephenſibile eſt: in acceptoribus muneruꝫ cū habēt impios miniſtros: qui procurant quocumq̄ modo poſſunt: vt ipſi a ſubditis aliqd extorqueant: quod eſt valde magnum peccatuꝫ. Quos ſignificamus hoc modo Quidam clericus cū ad aleas omnia que habuerat preter. v. ſoldos ammiſiſſet: cepit deū blaſphemare: ꝛ promittere eos. v. ſoldos homini: q eū doceret. quomodo deuꝫ magis offenderet. Cui quidaꝫ: qui aderat dixit. Si deum ſupra omnem peccatorum volueris offēdere: fias queſtor palacij epiſcopi. Tales figurati ſunt per fuſcinulam. De qua legit. i. Re. ij. capitulo. Ueniebat puer ſacerdotum: dum coqueretur carnē

⁊ habebat fuſcinulam tridentez in manu
ſua: ⁊ mittebat eam in lebetez: ⁊ omne qđ
leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi.
Quidā prelati eccleſie ad modū demonū
habent fuſcinulas ſuas quibus ſubditos
ſpoliant. Iſti etiaz figurantur ꝑ hoſtiola ꝑ
que ſacerdotes belis furabantur: que po-
nebantur ante idolū eius: vt legitur. Dañ.
xvij. Iſti etiaz ſunt ſimiles mergulis illis.
quos inde beatus martinus: in quodā flu
mine ꝙ aſſidue capture piſciū intendebāt
Et ait. Forma iſta demonum eſt. Et prece
pit eos auolare. Iſti ſunt velut aucupes. vñ
in Amos. Nunquid cadet auis in laqueuz
terre abſqꝫ aucupe? Laqueus terre: eſt ꝑ
latus malus. vnde in Oſee dicitur ad pre-
latos vobiſcum iudicium eſt: quoniam la
queus facti eſtis ſpeculationi: ⁊ rete expan
ſum ſuper montem Tabor. Iſti ſunt etiaz
aues de quibus dicitur in ps. Ipſi diſper-
gentur ad manducandum: Si vero non
fuerint ſaturati: ⁊ murmurabunt. Diſper-
guntur miniſtri epiſcoporum. per eorum
dioceſes. Et ſi non dant eis ſacerdotes: ac-
cuſant illos iuxta illud. Michee. iij. Si qs
non dederit in oreeorum quippiam: ſan-
ctificant ſuper eum prelium. Aſſerunt. n.
rectum eſſe: ⁊ iuſtuz. quod ab officio ⁊ be
neficio ſuſpendatur. De hiis legitur. Jer.
v. Inuenti ſunt in populo meo impij inſi
diantes: quaſi aucupes laqueos ponentes
⁊ pedicas ad capiendos viros. ❡ Quar-
to reprehenſibiles acceptores munerꝫ ſūt.
quando accipiunt munera pro cauſa: pro
qua non deberent: ſicut iudices qui mune
ra accipiunt vt iuſticiam deſerāt: vel vt iu
ſticiam faciant. quā gratis deberēt facere.
Utrūqꝫ enim peccatum eſt ſicut enim ini-
quus eſſet: ꝙ capam meaz mihi venderet
ita iniquus ꝙ iuſticiaz: quā debet ex officio
facere non vult facere: niſi ſibi aliquid de-
tur. Ad hoc referri pōt illud ps. Cum acce
pero tempus: ergo ⁊c. Juſticiam venditā
dominus iudicabit: ⁊ pro ea venditorem
damnabit. ❡ Munera vero accipere. vt
deſeratur iuſticia. quaſi peccatum Jude ē
vnde ſuper illud. Math. xxvi. Exinde que
rebat oportunitatem. vt eum traderet. Di-
cit. Glo. Multi hodie ſunt qui factum Ju
de exequuntur: ⁊ idem faciunt: Nam cuz
pro munere falſum teſtimonium dicunt:
deum qui caritas eſt: vendunt. A ſimili ꝙ
pro munere falſum iudicium faciunt: de-
um qui iuſtitia eſt: vendunt. ❡ Quinto re
prehenſibiles ſunt acceptores munerum:
quando non faciunt illud ad quod obligā
tur: acceptione munerum. Sicut accidit
in clericis: qui elemoſinas recipiunt: ⁊ tñ
negligunt orare pro largitoribus earum.
Mercedez bene volunt ſuſcipere: ſed labo
rem recuſant ferre. Quibus dicitur in ps.
Surgite poſtq̄ ſederitis: qui. m. p. d. panis
doloris vocatur: panis clericoruz: qr requi
ritur pro eo luctus ⁊ dolor. Dolere enim
deberent peccata eorum a quibus eis da-
tus est panis ille. Ideo poſtq̄ ad menſam
ſederint ſurgere debent ad orandum pro
eis. Sed ipſi panem doloris faciunt panē
riſus ⁊ gaudij iuxta illud. Eccleſiaſtici. de
cimo. In riſu faciunt panem ⁊ vinum: vt
epulantes ⁊ bibētes. Conuiuia: que debe
rent eſſe in luctu faciunt eſſe in riſu: ita ꝙ
potantes ideſt potum obliuioni non tra-
dentes. Varijs eniz vinis: ⁊ exquiſitis vtū
tur. Et eſt alicubi verbum vſitatum: cum
videtur aliquis pinguis: ⁊ rubicundus: vt
de eo dicatur. Iſte cum comedit ⁊ bibit. i.
vinum in commeſtione: obliuioni non tra
dit. Tali qui de elemoſinis delicate com-
medit: ⁊ cum ſocietate: dicit beatus Ber.
Ue tibi clerice: mors in olla carnium: quia
peccata populi conſtat eſſe: quod comme
dis: ac ſi tua tibi ſufficere non viderentur.
Mirum eſt quomodo ita audacter com-
medunt: ꝙ mortem continet. quum. Job.
ſexto. Scriptum ſit. Aut guſtare quidem
poterit: quod guſtatum affert mortem. De
litie clericorum mortem continent: nec vni
cam mortem. immo ſeptem. Mortes poſ-
ſunt ibi eſſe.

❡ De triplici genere mortis.

❡ De ſeptem mortibus ⁊ delitijs cleri
corum.

n Otandum eſt ꝙ delitie clericorum
mortem continent nō ſolum vnam
ſed. vij. ibi poſſunt eſſe. ❡ Prima
mors eſt mors pctōꝝ. qbꝰ dantur elemoſi
ne. quas clerici cōmedūt iuxta illud. Oſee
quarto. Peccata populi mei commedunt
De iſta morte loquitur beatus Ber. in pre
dicta auctoritate. ❡ Secūda mors eſt illo
rum peccatorum: que habent ſequi ex deli
tijs. vbi ē luxuria: ⁊ alia vitia: que ex vitio
gule naſcuntur vt oſtenſum eſt in tracta-

iu de gula. ¶ Tertia mors: eſt mors ſan-
ctoꝝ: qua comparata ſunt bona eccleſie.
Acquiſiuit enim chriſtus eccleſiā ſangui
ne ſuo ⁊ ſuoꝝ. Unde in recompēſatione
debent illi q bona eccleſiaſtica comedunt
glorificare deū: ⁊ ſāctos. ¶ Quarta mors
ē mors corꝑalis: que cōmeditur in delitijs
q̄ delitie mortis occaſio ſunt: vt prius oſtē
ſum eſt. ¶ Quinta mors. eſt mors paupe-
rum: q2 portionem quā debent habere in
bonis eccleſiaſticis defraudant. Defrauda
tio ꝑo talis iudicaṫ homicidium Eccle.
xxxiiij. Ubi ſic legitur. Panis egentiū: vi
ta eſt pauperꝝ. Qui defraudat illū. homo
ſanguinis ē. ¶ Sexto mors que pōt ibi cō
medi: ē mors ꝑprie dānatiōis. Peccatū
enim res venenata eſt: vnde cū comeditur
niſi ſanctitas comedentis: vel ſequens ora
tio illud expellat interdū mors eterna inde
incurritur. vnde Lu. xx. Deuorant domos
viduarum: ſimulantes longam orationem
hij ꝑcipiēt maiorē dānationē. Et. B. Ue-
nient ante tribunal xp̄i: ibi audieṫ pupillo
rū accuſatio grauis. Allegatio dura: quo
rū vixere ſtipendijs: nec diluere peccata:
q̄bus facti ſunt duces ceci. ⁊ mediatores
fraudulenti. Idē. Quid tibi inſipiens deli
cie ſapiunt: q̄d tibi diuicie ille. Cecos oble
ctant oculos. Quibus tā grate mercaris
iudiciū tā dure te obligas ratiocinijs. Uni
uerſū ſiq̄dē debitū vſq3 ad nouiſſimum q̄
drantem exigeris. ¶ Septimo comedunt
mortē clerici: q2 comedunt elemoſynas ſi-
bi datas ꝑ mortuis. ⁊ ab igne purgatorij
q grauior morte ē: debent eos liberare. Ad
hoc. n. obligantur ex ſuſceptiōe elemoſina
rū. Et veriſimile ē: q̄ dn̄s multū offenda
tur cū aīe que in igne cruciantur: in tanta
amaritudine ei dicūt. Dn̄e clerici iā bona
noſtra ſuſceperūt: ⁊ debuerūt liberare nos
de anguſtia iſta: ⁊ ipſi ſunt in riſu: ⁊ deliti
is: ⁊ de nobis non curant.

¶ De munerum diuerſitate.

t Ertio circa acceptionem munerum
dicendū eſt de munerꝝ diuerſitate.

Diſtinguntur aūt tres ſpēs munerꝝ
ſuꝑ illud. Iſa. xxxiij. Qui excutit man⁹ ſu
as ab oī munere. dicit. n. Interli. ſuꝑ illud
de munere oris: munere manus: munere
officij. Munus oris eſt laus: vel ꝑces car-
nales. Munus manus pecunia. Munus
ꝑo officij ē ſeruitiū indebitū impenſum.
Suꝑ illud vero. Iere. xlviij. Maledict⁹ q
facit opus dn̄i fraudulenter: diſtinguntur
ibi tres ſpēs munerꝝ: nihilo minus ꝯcorda
re: cū predictis. Dicit. n. Interli. ſuꝑ illud
fraudulenter: vel ꝑ corꝑalis rei premio:
vel ꝑ blandis verbo: vel humāi iudicij gra-
tia. Glo. etiā dicit Ibidē. q̄ tribus modis
fraus iſta cōmittitur: q2 vel cordis huma-
ni gratia: aut fauoris aura: aut cum res
quelibet exterior deſideratur.

¶ De Auaritia aduocatorum. xv A

s Exto loco inter ſpecies auaritie: di-
cendum eſt de auaritia aduocatoꝝ.

Et notan. eſt: q̄ officium aduocatio
nis: non eſt malum: ſecūdū ſe. vnde Aug.
Non licet iudici vendere iuſtum iudiciū.
⁊ ſi licet aduocato vendere iuſtū patroci-
niū: ⁊ iuriſconſulto. iuſtū conſiliū. Nō pec
cat aduocatus: vendendo iuſtum patroci-
nium: ſi ſit perſona cui non ſit prohibitū
hoc officium: ſi debito modo procedat:
⁊ cauſa iniuſta non ſit: vel deſperata: ⁊ ſa-
larium recipiat: inde iuſtum ⁊ moderatū
In moderatione vero: reſpectus haberi d̄
bet ad quantitatē cauſe: ⁊ laborē aduoca-
tionis: ⁊ qualitatē perſone aduocantis. ſ.
ad facundiā: ſcientiā: ⁊ etiam ad conſue-
tudinem regionis

¶ De octo que debent retrahere homi-
nes ab officio aduocationis. B

o Cto tn̄ ſunt: que debent homines re
trahere ab officio aduocatiōis. Pri
mum eſt venalitas: quā nobilis ani
mus naturaliter exhorret. Triplici āt rōne
indecens eſt venalitas in aduocatis. Pri-
mo cum care empti ſunt: a chriſto non de
berent ſe alijs vendere. vnde Aug. Poſtq̄
intellexi me precioſo ſanguine chriſti redē
ptum nolui me venalē exhibere. Secun-
do: q2 venalitas habet vilitatē quandam:
vnde pugiles: ⁊ alie perſone: que ad certa
men venales ſe offerunt: viles reputantur
Aliud iudicium eſt de illis: qui pro iuſticia
certant. Meretricū eſt venales eſſe: ⁊ que
tā indecentia: q̄ cum pars: que nobilior eſt
peior fit: venalitas eſt aduocatorū: que pe
nes linguam attenditur: que eſt vnum de
nobilioꝛib⁹ membris: ⁊ in quo magis di-
ſplicet indecentia. Peior videtur eſſe quā
tum ad hoc venalitate meretricum. Huic
vilitati videtur atteſtari. Apoſ. prime ad
Cor. vi. Ubi dicit. Secularia iudicia. ſi ha-

diuertiſis cõtemptibiles:qui ſunt in eccleſia
illos conſtituite ad iudicandũ. Et poeta.
Si fortuna volet fies de rethore cõſul. Si
volet hec eadẽ:fies de conſule rethor. Re-
thor ponitur ibi pro vili perſona: cõſul ꝓ
nobili. Tertio indecens eſt venalitas iſta
q2 decoꝝ eſſet ꝙ talentũ ſcientie: ꝙ gratis
acceperunt:gratis darent precipue cum ꝓ
hibitum ſit illis vendere vt illud in Pro-
uer. vbi dicitur. Noli vendere ſapientiaꝫ ⁊
doctrinam: ⁊ intelligentiaꝫ. Aſſimilantur
autem aduocati vſurarijs in hoc: ꝙ ſicut
vſurarius talentum fortune: quod gratis
accipit gratis non vult tradere proximo:
ita aduocatus talentum gratie:quod gra-
tis accepit:non vult proximo gratis dare.
¶ Secũdo deberet r. ab. of. aduocationis
multiplex periculum:ꝙ eſt circa officium
illud. Poſſumus vero ad preſens numera
re duodecim pericula:que ibi poſſunt eẽ.
¶ Duodeciꝫ pericula que poſſunt eſſe in
officio aduocationis oſtenduntur hic.

P Rimum periculum eſt:ꝙ cum mi-
ſerabilibus perſonis non ſubuenit:
quibus tenetur ex lege dei ſubueni-
re:vnde Iſa. i. Subuenite oppreſſo ⁊c. Et
ſicut medicus pauperi infirmo potens ſub
uenire:non ſubueniens. homicida illius
iudicatur:ita aduocatus:quaſi aufert rem
ſuam pauperi homini:cui nõ conſeruat eã
cum poſſit:vnde Symacus papa. Non ẽ
grandis differentia vtruꝫ mortem inferas
vel admittas. Languentibus. n. morteꝫ ꝓ
batur infligere:qui hanc cum poſſit:non
excludit. ¶ Secundũ periculum eſt:cum
ſcienter cauſaꝫ iniuſtã vel deſperatam ſu-
ſcipit. ¶ Tertium periculũ eſt:cũ in proceſ
ſu negocij:eãꝫ eſſe iniuſtam cognoſcit:⁊ tñ
eam adhuc defendit. Quartũ periculũ eſt
C ꝙ aduocatus monens ad compoſitionẽ
illum ex cuius parte eſt:quem ſit cãm iniu
ſtam habere:conſulit ei vt partem aduer-
ſario ſuo relinquat ⁊ partẽ accipiat. Con-
ſulit. n. ei accipere alienũ. ¶ Quintũ peri-
culum eſt per infidelitatẽ:vel negligentiã
vel ignorantiã illius cadit a cauſa ſua ille:
quem ipſe tuetur. Tenetur. n. ei ad re-
ſtitutionẽ. Sextũ periculũ eſt:qñ ille:con-
tra quem patrocinĩũ preſtat:propter perti
naciam illius:rẽ ſuaꝫ amittit. Tenetur. n.
ei ſimiliter ad reſtitutionẽ. Aliquando ꝓ
c. ſoldis quos habet de aduocatione:tenet
ad reſtitutionẽ. c. marcharum vel mille.
¶ Septimũ periculũ eſt:cum accipit imo
deratũ ſalarium:vel vnde non debet acci-
pi. ¶ Otauũ piculũ eſt cũ incurrit odium
illoꝝ. ꝯtra quos preſtat patrocinĩũ. ¶ No
num periculũ eſt:ꝯtra modũ procedendi
cã. ſ. per falſas leges:vel falſa inſtrumenta
vel falſos teſtes:vel pro mendacia procedi
tur:vel cũ dicit ꝯutilia:vel proponunt: que
non valent:niſi ad dilationẽ cauſe. ¶ De
cimũ periculũ eſt ſymonie:cũ aduocatus
ſciam ſuaꝫ vendere intẽdit. ¶ Undecimũ
periculũ eſt:vaneglorie. Ex cuius amore
multi timẽt cadere. A cauſa ẽt iniuſta no
lentes inſcij videri. Unde per mendacia:
vel quocũqꝫ alio modo volunt obtinere.
¶ Duodecimũ periculũ ẽ infidelitas. In
fidelis. n. eſt malus aduocatus erga dñm
q talentũ nature ei cõmiſit:qũ de talento il
lo lucratur contẽptibilia:quũ poſſet lucra-
ri precioſa. Sicut nũcius alicuius negocia
toris:ſi veniat ad nundinas aliquas:in q-
bus eodẽ precio poſſet habere brunetiam
quo burellũ:infidelis eſſet dño ſuo:ſi reli-
cta brunetta burellũ emeret. Eadẽ infideli
tate laborare videntur:q in ſacra ſcriptura
pficere poſſunt:⁊ ad lucrũ tpaliũ: leges:⁊
decreta diſcunt. Propter pericula que ſũt
in cauſis. dici Apo. i. ad Coꝝ. vi. Omnino
delictũ eſt in in vobis:ꝙ iudicia habetis in
ter vos. Quare non magis iniuriã accipi-
tis. quare non magis fraudem patimini.
¶ Tertio deberet reuocare hoies ab aduo B
catiõe multiplex pena:qua dñs malos ad
uocatos ſolet punire. Multos. n. ante mor
tem mutos efficit. Cuidaꝫ ẽt morienti viſa
ẽ lingua celerius aura, moueri:qa lingua
eius velox ⁊ facilis fuit ad peccandũ:ſicut
arũdo de facili vento agitatur. Alij viſum
ẽ inferius labiũ moueri:citius labijs coco
drili. Alij ẽt exit lingua extra os. Inſipien
ter etiam ſolent agere mali aduocati ꝯtra
mortem:quando precipue ſapientia opus
eſſet:vnde quidam cuꝫ offeretur ei eucha
riſtia ante mortem in extremis ait. Iudice
tur prius vtꝝ rectum ſit. ꝙ accipiam. Cui
circunſtantes dixerunt. Nos quidaꝫ rectũ
⁊ iuſtuꝫ hoc iudicamus. Quibus ille. Nõ
eſt rectum iudicium. Non. n. cum ſcitis mi
hi pares:habetis me iuſte iudicare. Et ali
us quũ in extremis ãmoneretur ad ſuſcep
tionẽ eucharitie: petijt dilationem:quouſqꝫ

enim nollet amici ei dare ꝓpter mortē q̄ videbant ei iminere: appellauit a manifeſto grauamine. Poſt mortē vo balneant̄ aduocati in auro feruenti. vnde legitur in tragedia quadā Senece ꝙ viſuz eſt cuidā ꝙ videret Neronem apud inferos balneantez miniſtroſq; circa eum: aurū ferueñs infundentes. Et cum videret choꝝ aduocatorum ad ſe venientē: huc inquit venale genus hominum. O aduocati amici mei accedite: vt in hoc vaſe mecū balneamini. Adhuc enim ſupeſt locus in eo: quem vobis reſeruaui. ¶ Quarto debēt hoīes cohibere ab hoc officio: q2 pre ceteris officijs videt̄ eē corruptū. Inueniſ.n. qūq; aliqs morb9 imedicabilis: ad quē curandū non inueniſ medic9: q2 de ſalute egri deſperaſ. Sed nulla cauſa adeo inueniſ iniuſta ad quā tuendaz non inueniatur aduocatus. ¶ Quinto deberet hoiēz cohibere ab hoc officio moleſtia que eſt in audiendo lites: ꝓpter quā dicit Aug. Chriſtū teſtē inuoco ꝙ mallē p ſingulos dies manib9 aliquid operari: q̄ tumultuoſas cauſaꝝ ꝑplitates pati. Et Ambro. in lib. de officijs. Diſpēdio litis carere nō mediocre lucrū eſt. Et. B. ad Eugeniū papā. Lex dn̄i ſi licet in ſacro palatio: leges ꝑſtrepūt ſeculares: miror ſi plerūq; dicere nō cogaris. Narrauerūt mihi iniqui fa. ſed non .l.tua. ¶ Sexto deberent hoies cohibere ab hoc officio aduocatie: q2 valde ſimile eſt actibus demonū. vnde Aug. Nihil enim ſimili9 actib9 demonū: q̄ litigare. ¶ Septimo dz hō coh. ab hoc officio illud magnū damnū: qđ faciūt mali aduocati deo ⁊ eccleſie eius. Plus.n. nocet alicui quādoq; vnus malus aduocat9: q̄ poſſunt nocere ei.x. fures vel raptores. vel etiaz oēs raptores vnius terre. Auſert enim alicui abatiaz ſuā: vel archiepiſcopatū ſuū: ꝙ nō poſſunt facere raptores vni9 terre. Centum enim demones nō poſſent quādoq; nocere eccleſie tm̄: q̄ nocet vnus malus aduocatus: cū epiſcopatū vnū: vel archiepiſcopatū ſubdit dominio alicuius qui ſeruus eſt diaboli. Per ꝯſequēs eniz ponit ep̄atus: vel archiepiſcopatus ei9 ſub dominio diaboli. Mali aduocati hereticis ſimiles ſunt: q2 ſunt falſarij legū: ⁊ decretoꝝ: que ſacra ſunt ſecundū iudiciū eoꝝ vnde falſarij ſūt ſacre ſcripture: q2 ſuadēt contraria iuſticie: ſicut ⁊ heretici contraria fidei. Duo ſunt neceſſaria ad ſalutem fides: ⁊ bona opera: ⁊ neutrum ſine altero non ſufficit. Hereticus homines errare facit in fide: aduocatus vero in opere. Alij peccatores: ⁊ ſi mala agunt: non tamē dicunt ſic agendum eſt. Sed malus aduocatus iudici ſuadet: vt alicui adiudicet qđ eius non eſt. In hoc eſt etiam deterior heretico: quia hereticus ignorāter peccat: putans credendum eſſe: ꝙ hominibus ſuadet. Sed malus aduocatus ſuadet iudici. vt agat ꝙ ſcit non eē agendū. Mali etiaz aduocati hoſtes ſunt iuſticie ⁊ veritatis: ⁊ equitatis quoꝝ tamen ſe amatores ⁊ defenſores profitentur. Unde hoc iapletū eſt: per eos qđ legitur. Iſa. lix. Conuerſuz eſt retrorſum iudicium: ⁊ iuſticia longe ſtetit ⁊ corruit in platea veritas: ⁊ equitas non potuit ingredi: Conuertitur retorſum iudicium cū appellaſ quādo ſcia debet ferri: ⁊ tunc iuſticia longe ſtat: que ante appellationē proxima erat. Oportet eniz vt pro iuſticia eat Romaz. Ibi forte iuſticia etiā non inuenietur: ſed ſolū iudices dabunſ. Corruit veritas in platea: cuz aliquod crimē: ꝙ populo notū eſt alicui prelato obijcitur: ⁊ tamen ipedientibus hoc malis aduocatus de illo non conuincitur. Equitas vero ingredi nō poteſt cū correptio in aliquo clauſtro inchoatur. ⁊ opponentib9 ſe aduocatis non perficitur. Mali aduocati quaſi iugulatores ſunt iuſticie iuxta illud. In ps. Tota die iniuſticiaz co. lingua tua. Sicut no. a cu. feciſti dolū. Nouacula acuta dolum facit: cū hoiem ſcindit cui deccrando euz ſeruire debuit.

¶ De fraude mali aduocati.

Ad modū ergo nouacule: malus aduocatus dolū facit: quādo iuſticiam ſtrangulat: cui militare debuit. Qualiter expectare audent illud diſtrictum iudiciū. ꝙ tenebit iuſticia qui ſe iugulatores iuſticie intelligūt? Mali etiaz aduocati quaſi hoſtes dei ſunt: ⁊ quaſi antichriſti. Chriſtus.n. i mundū venit vt pacem faceret. Unde Apo. Ipſe etiaz eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum. Ipſi vero diſcordiam ⁊ litez amant ⁊ querūt vnde ſic de chriſto ſcriptum eſt. In pace factus eſt locus eius. Ita de malo aduocato poteſt dici. In lite factus eſt locus eius. Aduocati ad litem conueniunt ſicut corui ad

cadauer. Deus pre omnibus diſcordiam deteſtatur. Poteſt etiam haberi ex illo verbo. Prouer. vi. Sex ſunt que odit dominus ⁊ .vij. ꝙ deteſtatur aia eius. Et eſt illud .vij. ſeminare inter frates diſcordiā. Aduocatus vero eam optimā arbitrat̄. Mali aduocati deū fugant ab eccleſia: diabolū vero introducunt: ⁊ cuſtodiūt ibi. Si enim aliqs ſanctus homo eligatur in abbatē: vel epiſcopū: tam cito aduocati ſe opponunt: nec deum in ſancto viro in eccleſia itrare permittūt. Si vero electus ſit aliquis malus: qui ſymoniā non timeat cōmittere adiuuant eum. Mali etiā aduocati quaſi precipitia biblia diaboli ſunt: iuxta illud ps. Dilexiſti omnia verba precipi. lingua do. O aduocate qui es lingua doloſa .i. lingoſus ⁊ doloſus. Uerba precipitationis ſūt verba aduocatoꝝ. Ad modū enim illius machine: que dicitur precipitatiuum deſtruunt eccleſiam dei: quoꝝ pena innuit: cum ſubditur. Propterea deus deſtruet te in finem. Et contra iſta precipitatiua orat Dauid a domino deſtrui vbi di. it. precipita domine diuide linguas eoꝝ. q. vi. vn. et contradictio vici. Solet precipitium fieri contra precipitatiuum: ⁊ ſm hunc modū loquitur hoc Dauid. Tunc precipitatiuū contra precipitiū efficitur: quando aduocati adinuicem corrixantur. Non videtur dei eccleſiam amare: qui permittit diabolum ponere ibi precipitatiua ſua ad voluntatem ſuam. Aduocati etiā ſunt ſagittarij diaboli. Unde in Jere. Extenderūt linguā ſuā: quaſi arcū mendacij ⁊ non veritatis. Nec ſolū etiā alijs: ſed etiā ſibiipſis damnum faciunt aduocati: dum in officio aduocationis ſeipſos conſumunt. Unde in Oſee. vii. Comederūt alieni robur eius: ⁊ ipſe neſciuit. Alieni .i. demones in legibus ⁊ decretis robur multoꝝ cōſumūt. Seneca. Cauillatio verboꝝ multū temporis nobis ſubripuit. Mortē etiā eternā acqrunt aduocati in officio ſuo: quod videtur eſſe ſignificatū. Geñ. xxxiiij. Ubi Sichem adamauit Dinam: que interpretatur cauſa. Occaſione cuius deinde occiſus eſt. Notabiliter vero dicitur Sichem fuiſſe filius Emor q interpretatur aſinus. Homines enim duri ⁊ aſinini: qui in alijs ſcientijs nequeunt pficere ꝯſueuerūt decreta ⁊ decretales ambire. ¶ Octauo dz ho. cho. ab hoc officio amor legis diuine ⁊ conditiones ſcientie decretoꝝ. De amore legis diuine, dicit Gregorius. Qui diligit regem diligit legem. Et in ps. Palpebre eius interrogant filios hoium. Palpebre que quādo ſunt clauſe: quādoqꝫ aperte ſignificant ſacrā ſcripturā: que alicubi eſt obſcura: alicubi eſt aperta: que iterrogat filios hominū vtrum ament deum. Signū enim diuine dilectionis eſt: cum quis laborat libenter in ſtudio ſacre ſcripture. Sacra vero ſcriptura multū contēnitur: ꝓpter ſciētiā decretoꝝ. Vñ pōt dicere: quod dicit Sara ad Abraam. Geñ. xvi. Inique agis contra me. Ego dedi ancillā meā in ſinū tuū: que vidēs ꝙ cōceperit deſpectui me habz. Ancilla ſacre ſcripture eſt ſciētia decretoꝝ que ſacrā ſcripturā habet deſpectui ꝓpter fructū lucri: ꝙ ex ea ꝯſequit. Et. xxi. Geñ. Significata eſt oppreſſio quam facit ſcientia lucratiua ſacre ſcripture per ludū quo opprimebat Iſmael Yſaac. Unde ſicut precepit dñs eiice ancillā ⁊ filiū eius: ſic forte neceſſe eſſet ſcientiā illā in magna parte ab eccleſia excludi. Nec ſolū contēnitur ſacra ſcriptura per ſcientiā illam: imo etiā blaſphematur: ⁊ in ea ipſe deus: qui legiſlator eſt: ꝙ videtur figuratum eſſe. In Leui. xxiij. Ubi legit̄ filius mulieris iſraelitice que preparat de viro egyptio: ⁊ iurgatus eſt cū viro iſraelitico ⁊ blaſphemauit deū iſrael. Sic decretiſte q iſraelite ſunt in parte q̄tum ad illā partē ſcie quā a lege diuina accipiunt ⁊ egyptij quo ad illā partē q̄ habent a ſapiētia mundana blaſphemant deum iſrael. Dum legē quā ipſe dedit paleam vocant quaſi inutilem: cum tamē legatur. xlviij. Iſa. Ego deus tuus docens te vtilia: ipſi potius palee ſunt. De quibus Mat. iij. Paleas aūt cōburet igni inextinguibili. Et Aug. Si paleā ſequeris palea efficeris. Conditiones etiam ſcientie illius deberent homines cohibere ab ipſa. Mobilis enim eſt: ⁊ terrena tumultuoſa: ⁊ inflatiua: ⁊ abſqꝫ refectiōe. Mobilis ideo eſt quia per ſimilitudines remotas procedit. Agellius. Leges noſtre ſunt tele aranearū que fortia animalia traſmittunt. minus fortia vero ⁊ debilia retinēt: etiā eadē de gloria eſt: temporalia ſunt. vnde oportet eas ſm varietatem temporꝫ variari. Et q2 decreta quodāmodo in corde dñi pape ꝓprie ſunt

ſicut quidā aſt: vt ea interpretat̄ ſicut ſibi videbitur. Canoni etiam derogatur canone cōtrario: vel tacito conſenſu Romane eccle. ⁊ vſu facientiū in contrariū. Ad hāc mobilitatē referri poteſt quod legit̄. Jer. ij. Mala fecit popul⁹ meus. Dereliquerūt me fontem aque viue: ⁊ foderūt ſibi ciſternas diſſipatas: que aquas cōtinere nō valent. Ciſterna non valens continere aquā eſt decretū ꝙ hodie aquā ſapie continet: ⁊ cras non obtinebit: q̄ȝ abrogatū erit. Aliter eſt de lege diuina: vnde. Dauid dicit domino. Juſtitia tua: iuſtitia in eternū: ⁊ lex tua ve. Non ſolū veriſimilitudo. Et in euāgelio. Celū: ⁊ terra trā. ver. aūt. m. n. non trā. Terrena etiam eſt ſciētia illa. Unde ſicut terra aq̄s cōmixta: impedit ne clare ibi videatur: ita terrenitas multos decretiſtas impedit: ne recte iudicēt. Sed lex dei: q̄ſ cōtemptū terrenoꝝ predicat quaſi aqua clara eſt. Jdeo dicit̄ illi: qui lucratiuas ſciētias ſectatur. Jer. ij. Quid tibi vis in via egipti: vt bibas aquam turbidā. Tumultuoſa etiam eſt ⁊ inflatiua: vnde per ſiliq̄s porcoꝝ intelligitur. De q̄bus filius prodigus cupiebat implere ventrem ſuū. Luce. xv. Siliqua. n. porcoꝝ reſonant: ⁊ inflant propter tumultū: quē habet ſciētia illa. Significant̄ etiam aduocati per ranas. De q̄bus legit. Exo. vij. Et in ps. Et dedit terra eoꝝ ranas: ⁊ in. p. r. ip. Sed ſacra ſcriptura pacificata eſt. vnde. Dauid pax multa diligentib⁹ te: ⁊ nō eſt illis ſcā. Et iterū. Cōtritio: ⁊ inſe. inui. eoꝝ ⁊ u. pa. non co. Et Jſa. xlviij. Utinā attēdiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumē pax tua. Scientia enim decretoꝝ animā nō reficit: ſed poti⁹ famē ē tēporaliū immittit: ⁊ quodāmodo hominem inanit: vū exteriorē apparentiā querere facit. Ad q̄d pōt referri: ꝙ legit̄ in Jſa. Quare appenditis argentū nō in panibus: ⁊ la. veſtrū non in ſaturitate. Et vt breuiter dicamus. Alie ſciētie cōparatione ſacre ſcripture: ſciētie nō ſunt. Jer. litteras nō nouit qui ſacras ignorat.

¶ De auaricia miſtroꝝ eccle. Et ꝺ ſymo.

Equit̄ de auaricia miniſtroꝝ eccle. circa quā hoc mō ꝓcedemus ¶ Pꝛimo dicemus de ſymonia. ¶ Secūdo de peccato edificantiū ſyon in ſanguinibus. ¶ Tertio de pecato choricap. ¶ Quarto de peccato mercēnarioꝝ. ¶ Quinto tangemus de ſignis auaricie: que apparēt in eccle. dei. ¶ Sexto de peccato indigne conficientiū. ¶ Septimo de vitio ꝓpꝛietatū in clauſtralibus. ¶ Octauo de auaricia ſcientie. De ſymonia p̄mo hec tria dicemus. ¶ Pꝛimo ponemus ea que pertinent ad deteſt. ſymonie. ¶ Secūdo. diuiſiones que pertinent ad ſymoniā. ¶ De ſymonia ⁊ octo que faciunt ad eius deteſtationem. xvi.

Cto vero ſunt que faciunt ad deteſta. ipſius. Pꝛimū eſt illd verbū. Damaſi pape. Omnia crimia ad cōparationem ſymoniace hereſis: quaſi pꝛo nihilo reputant̄. Jn quo verbo dupliciter deteſtabilis oſtendit̄. Et q̄ȝ oſtēdit excedere cetera crimina: ⁊ q̄ȝ hereſi cōparatur hereſis Jn multis etiā alijs locis vocatur hereſis peccatū iſtud: vnde. Nicholaus. papa. Statuimus decretū de ſymōia cōparata hereſi. Et ſuper illd. Mat. xxi. Et cathedras vendentiū colūbas euertit: dicit Glo. Hic eſt: ꝙ hereſis ſymōiaca damnatur. Et ſuper illud. Jo. ij. Et hijs q̄ colūbas vendebant. ⁊ c̄. dicit. Jnterlinearis. Spāliter damnat̄ ſymoniaca hereſis. Et Actuū. viij. Ubi dicit petrus ſymoni mago: peniтētiam age de hac neq̄tia tua: dicit. Jnterlinea. i. a duplici malo cupiditatis ⁊ praue fidei. Et in veritate ſymoniaci quantū ad hoc heretici ſunt: q̄ȝ eſtimāt vel verbo vel, facto: ꝙ ineſtimabile eſt ſub villi pꝛetio cadere. Et ſeparāt coꝛp⁹ ecclē. a ſuo capite: ſicut heretici: vt inferius oſtendet̄ Secundo vero facit ad deteſta. ſymonie hoc: q̄ ipſa eſt ſpūalis ſodomia. Sicut. n. in ſodomia coꝛpoꝛali facit cōtra naturā ille q̄ eſt opus nature. Sic in ſymonia facit cōtra gratiā ille qui eſt opus gratie: q̄ȝ a gratia redemptus. Et ſicut in die iudicij obmuteſcet ſodomita: q̄ȝ hoſtis fuit nature: que eū fecerat. Quantū enim in ſe eſt ſodomita gen⁹ humanū deſtruit. Sic obmuteſcet ſymoniacus qui hoſtis gratie fuit a qua redemptus fuerat. Et ſicut ſcðm legē naturalē n. ſodomia vel maximū peccatū: vel vnū de maximis iudicat̄: q̄ȝ eſt cōtra naturā ſic in tempoꝛe gratie ſcðm legē eccleſiaſticā maximum peccatum iudicatur ſymonia: que pꝛopꝛie eſt cōtraria gratie. Facit cōtra illud: Mat. x. Gratis accepiſtis gratis date vnde recte ſignificati ſunt ſymōaci ꝑ per

ſodomitas: volētes īfringere fores. Loth:
De quibus Geñ. xix. Jam prope erant vt
infringerent fores ⁊c. ¶ Tertium ꝙ facit
ad deteſtationem ſymonie eſt magnus ze
lus: quem leguntur ſancti habuiſſe cōtra
peccatum illud. Unde. iiij. Re. v. dixit He
liſeus ad Gezie. Lepra Naaman adhere-
bit tibi: ⁊ ſemini tuo in ſempiternuꝫ: ⁊ do
minus in ſuo primo aduentu non legitur
cōtra aliquod peccatum: iſto exarſiſſe: ſi-
cut cōtra illud. Unde legitur eieciſſe emē-
tes ⁊ vendentes de templo. De prima eie-
ctione habetur Johannis. ij. De. ij. Mat.
xxi. Uenerat dñs iudicari: nō iudicare: ⁊
vt in māſuetudie peccata tolleraret: nō vt ea
puniret: ⁊ tamen contra illud peccatum:
immo figuram huius peccati manſuetu-
dinem ſeruare noluit. Sed quaſi iratus:
flagello de funiculis facto: menſas num-
mulariorum ⁊ es: ⁊ cathedras vendentium
columbas euertit. Et licet primus aduen-
tus miſericordie: iuſte tamen de hoc pecca
to ſe intromiſit. Unde Ber. Ad Eugeniuꝫ
papam. Loquēs de peſte ſymonie. Intue-
re inquit magiſtrū: non parat aures vt au
diat: ſed flagellum quo feriat. Uerba nec
facit nec recipit: nec enim ſedet iudicans:
ſed inſequitur puniens. Cauſam tamē nō
tacet: q̄. ſilicꝫ. domū orationis: domū nego
ciationis feciſſent. Ergo ⁊ tu fac ſimiliter.
Erubeſcant vultum tuum iſtiuſmodi ne-
gociatores: ſi fieri poteſt ⁊ timeāt. Timeāt
nūmularij: ⁊ nō fidant in nūmis: ſed diffi
dant abſcondentes ſe a te: ſcientes effun-
dere q̄ accipere paratorem eſſe. Propter
zelum quem habuit dominus cōtra iſtud
peccatum: ſcriptum eſt in pſalmo in perſo
na eius. Zelus domus. t. co. me. Etiā pecca
tum inde voluit dominus patienter tolle
rare. ſed iſtud peccatum noluit. Petrus ēt
magnū zeluꝫ habuit contra iſtud peccatū
quādo dixit Symoni mago. Pecunia tua
tecuꝫ ſit in perditione. vt legitur Act. viij.
Quantum etiam zeluꝫ habeat eccleſia cō
tra hoc peccatum: ſatis patet illis: qui ca
nonici iuris peritiam habent. ¶ Quarto
facit ad deteſtationem ſymonie multiplex
contumelia: q̄ facit iſtud peccatum deo.
Et ponemus ad preſens duodecim de con
tumelijs iſtis.

¶ De. xij. contumelijs ſymonie. ca. xvij.

PRima eſt: ꝙ deuꝫ vendit. Et hoc
dupliciter. ¶ Primo quia vendit
gratiam ſpiritus ſancti. Unde ſu
per illud Joh. xij. His qui columbas ven
debant ⁊c. Dicit Glo. Spiritus in colum
ba apparuit. Unde per columbam ſpiri-
tus ſanctus accipitur: q̄ ſymoniaci ven
dunt. Sed ſpiritus ſanctus deus eſt. Uen-
dunt ergo ſymoniaci deum. Aliter etiam
vendunt deum: Dum xpm in ſacramento
altaris vendunt pro pecunia celebrando.
Nec eſt parua contumelia iſta. Non eſt ali
qs ita pauper in mūdo: q nō multū idigna
ret ſi qs vellet eū ducere ad forum ⁊ ibi eum
venalē exhibere: tanq̄ iumētū vnū. Quā-
ta eſt q̄ contumelia deo: cū ipſe venalis expo
nit his a qb[us] precipue honorandus eſſet.
Sufficere deberet talibus ꝙ chriſt[us] ſemel
pro peccatis eorum venditus ſit. Uēditores
iſti deteriores eſſe videntur iuda in his.
Quoniam vendunt immortalem: ⁊ iam
glorificatum: q̄ iudas vendidit mortalem:
⁊ in ſtatu humilitatis. Maior autem con
tumelia eſt: que fit alicui in ſtatu honoris:
q̄ in ſtatu hūmilitatis: vnde contumelia il
lata militi eſt maior: q̄ ſi inferatur domi-
cello. Nec ſemel eum tantū vendunt: ſicut
iudas: ſed plus q̄ centies. Minori precio
eum vendunt q̄ iudas. Credunt etiā eum
deū eſſe ꝙ non credebat iudas: cum eum
vendidit. xxx. de. Judas etiā cū de hoc pec
cato penituit reddidit. xxx. de. quibus ipſ
vendiderat. Sed ſymoniaci: cum ad peni
tentiaꝫ veniunt: induci non poſſunt: vt ea
reſtituant que per ſymoniā acquiſierunt.
¶ Secunda contumelia eſt: ꝙ deum reuē
ditorem eſtimant. Quod nō eſt parua cō-
tumelia. Si enim aliquis rex vel comes
valde liberalis requiratur ſuper venditio
ne veſtium ſuarum: vel armorū pro magno
malo habet. Quid mirū ergo ſi pro malo
habeat ille: qui eſt liberaliſſimus largitor
oium: qui omnia que fecit ad largienduꝫ
fecit? Quedaꝫ vt eis largiret: qui munera
ſua dat ⁊ bonis ⁊ malis ⁊ gratis ⁊ igratis
amicis ⁊ inimicis: q rogat vt ab eo petat.
Hanc contumeliam innuitur Petr[us] vbi
dicit ſymōi. Quia exiſtimaſti donū dei pe
cunia poſſideri: quaſi. Donatorē exiſtima-
ſti vēditorē. Et Jo. ij. Nolite facere domū
patris mei. do. ne. Domū dei: domū nego
ciationis facit: q deū negociatorē eſtimat.

℄ Tertia contumelia eſt: ꝙ donū dei cō
temnit cum illud: quod adeo precioſum ē:
quod precium eſt regni celorum luto tem
poralium parificat in quo etiam ipſuȝ da
torem contemnit. Non ſolet parum diſpli
cere hominibus. cum aliquis bona eorū
contemnit: vt patet in mercatoribus ⁊ ar
tificibus: precipue vero cum dona eorū cō
temnuntur. Et hoc multū ſolet ēt retrahe
re ipſos liberales homines a largiēdo. vñ
dicēs. vij. Mat. ꝓhibuit ne dona ei⁹ tali
bus darentur. Nolite inqt margaritas po
nere ante por. i. precioſa dona dare contē
nentibus. ℄ Quarta contumelia ē: quod
ſymonia aufert deo oſtium eccleſie: qȝ dñs
voluit maxime ſeruare pp q oſtium ſe di
xit in Jo. Sicut aliquis ſolet ponere in me
dio oſtij ſe cum vult ſeruare ne quis ingre
diatur: niſi de voluntate eius. Jn quo ver
bo ſignificauit dñs: ꝙ quaſi violentiaȝ ei
facit: q niſi per euȝ intrabit. Ad oſtendē
dum ēt hoc: ꝙ ingreſſuȝ eccleſie maxime
vult ſeruari: intrauit ipſe ad diſcipulos ia
nuis clauſis. Qui. n. ingreſſum bene vult
ſeruare ſolet aperire volenti ingredi quan
tum minus pōt de oſtio. Et multum place
ret ei ſi ille q debet ingredi oſtio oio clau
ſo ingredi poſſet. Ad idem oſtendendum
iuſſit dñs. Et Exo. xij. Poſtes oſtij ſangui
nem agni intingi. q. d. Saltem oſtium ec
cleſie quā ꝓprio ſanguine emi: volo habe
re. Hac de cauſa tradidit ipſe claues eccle
ſie petro: qꝛ amabat eū ardentius ceteris.
Per ſimile ēt pōt ideȝ manifeſtari in mu
nitionibus: que dū guerre ſunt: porte ſolēt
precipue cuſtodiri. vnde turres ꝯſueuerūt
fieri ſuper eas. ℄ Quinta contumelia eſt:
qꝛ ſymonia procurat vt eccleſia que ſpon
ſa dei eſt aliūde grauida ſit: q̄ a ſponſo ſuo
Eccleſia de ſolo ſpiritu ſancto cōcipere de
beret. Qd ſignatum eſt in beata virgine:
que inuenta eſt habens de ſpiritu ſancto.
Mat. i. Sed ſymonia facit: quod ipſa con
cepit de ſpiritu maligno. vnde mirꝫ ē: quo
modo ſponſus omnino non deſerit eam.
Joſeph enim voluit deſerere eam: cum du
bitaret. vnde ipſe concepiſſet. ℄ Sexta cō
tumelia eſt ꝙ deuȝ facit nutrire filios adul
terinos. ℄ Septima contumelia eſt: ꝙ fili
os dei exheredat a patrimonio chriſti: ⁊ fi
lios diaboli: ibi filios ⁊ heredes conſtituit
iuxta illud. Eccle. xvij. Omnis mulier re
linquens virꝫ ſuū. peccabit. ſtatuens here
ditatem ex alieno matrimonio. ℄ Octaua
contumelia eſt: ꝙ deū idoloticuȝ facit: ydo
lo auaricie: euȝ offerens. Et in hoc deteſta
bilior eſt ſymonia alijs ſpeciebus auaricie
Symonie. n. nō ſufficit ꝙ alium deum cō
ſtituat: ſed proprium deum ydolo ſuo im
molat: cū ꝑ pecuniam celebrat. Magna
ꝯtumelia eſſet dño alicuius caſtri: ſi ſubdi
ti eius alium dñm conſtituerent. Sed lon
ge maior eſſet ſi dño ꝯſtituto verꝫ dominū
captum offerrent. ℄ Nona ꝯtumelia ē: ꝙ
illud peccatuȝ: nulli loco: nulli perſone de
fert. Alia peccata ſanctitati locorꝫ deferūt.
Nullus. n. fornicaretur in eccleſia: vel iux
ta altare. Sed ſymonia ēt ipſa altaria in
uadit. vnde Jere. xvij. dicitur. Peccatum
Juda exaratuȝ eſt in cornibus ararꝫ eccle
ſiarꝫ. Per peccatum Jude peccatum cleri
corꝫ intelligitur: q debent vacare ꝯfeſſiōi
diuine laudis. Jſta eſt que ponit iuxta fili
um virginis ydolum cupiditatis vt videa
tur impleri illud. Daniel. ix. Et in templo
eſſe abhominatio deſolatiōis. Symonia
non defert deo: nec angelis eius. Intereſt
n. cum diuina celebrantur licet Chriſtus ꝓ
ſens ſit: ⁊ inquantum hō: ⁊ inquantuȝ de
us: cum angelis ſuis. Jnħ ſymoniaci de
teriores ſunt: q̄ demones: qꝛ demōes timēt
Chriſtum ⁊ angelos eius ipſi vero non.
℄ Decima contumelia eſt: ꝙ eiſdem vtiē
ſymonia: ad hominum inquinationem: q
chriſtus inſtituit ad eorum ſanctificationē.
vnde bene videtur triumphare diabolus
de eccleſia: quando eccleſiam impugnat ꝑ
ꝓprijs armis: ⁊ quaſi de proprio bello per
cutit eam. ℄ Undecima contumelia eſt: ꝙ
latrones ⁊ ſacrilegos facit obtinere locuȝ
⁊ vicem dei. Symoniacus latro eſt: vnde
Jo. x. Qui non intrat per oſtium. in. o. o.
ſed aſcendens a. ll. f. eſt: ⁊ latro. Unde ſu
per illud. Mat. xxi. ſpelunca latronū. La
tro eſt: qui lucra ſectatur: qui non dantes
corporaliter perſequitur: ⁊ dātes ſpiritua
liter necat. Et dum leſionem proximi cogi
tat. quaſi latro ſedet in ſpelunca. Sacrile
gus eſt ēt ſymoniacus: qꝛ ſuper eccleſiā la
trocinium ſuum exercet. Abſurdum eſt. n.
non dicere eum ſacrilegum: qui furatur: ⁊
rapit totam eccleſiam: cuȝ calice: ⁊ alijs q̄
ad eam pertinent. Dupliciter autē poteſt
dici ſymoniacus fur: ⁊ reſpectu illi⁹ a cuius

bona contrectat eo volēte: ⁊ reſpectu pau‐
perum quos bonis eccleſie defraudat. Vñ
cum pꝛelatus vicem dei obtineat: quando
ſymoniacus pꝛelatus efficiť: latro ⁊ ſacri‐
legus vice dei in eccleſia fungiť. ¶ Duode
cima contumelia eſt: ꝙ eccleſiā de iumen
tis ⁊ reptilibus replet. Suffodit eniʒ muꝝ
eccleſie. ſ. pꝛelatum pꝛecipue ſi terrenus ſit
iuxta illud. Geñ. xlix. Symeō ⁊ Leui fra‐
tres vaſa iniqtatis bellica. Et ſubiūgitur.
In voluntate ſua ſuffoderunt murum. Et
interponit Jacob quādā oratione: que fre
quenter facienda eſſet pꝛelatis eccleſie. In
conſilio eoꝝ inquit nō veniat anima mea
Minus enim periculoſuʒ eſſet pꝛelatis ec
cleſie habere in cōſilio ſuo homies demo
niacos: q̄ ſymoniacos. Suffoſſo autē mu‐
ro eccleſie: intrat multitudo reptilium: ⁊
iumentoꝛuʒ: iuxta illud. Ezechiel. x. Ingre
dere ⁊ vide abhominatiōes peſſimas. Et
ſubditur. Ingreſſus vidi: ⁊ ecce omnis ſi‐
militudo reptilium ⁊ animalium abhomi
natio. Cū aliquis luxurioſus in aliqua ec‐
cleſia beneficiatur: poꝛcus tunc in eccleſiā
ingreditur. Cum quis amās lites: ⁊ rixas
pꝛeficitur: tūc canis in eccleſiam ingrediť.
¶ De multiplici damno ꝙ pꝛouenit de ſy
monia.

q Uinto facit ad deteſta. ſymonie
multiplex damnum ꝙ pꝛouenit
inde deo: ⁊ eccleſie eiꝰ. ¶ Pꝛimuʒ
autem damnuʒ eſt: ꝙ deus per eaʒ: quaſi
eccleſiam amittit: dum amittit egreſſum:
⁊ ingreſſum eius. Domo enim eſt dñs ali
cuius caſtri: q nō habet ingreſſuʒ: ⁊ egreſ‐
ſum in eo. Ideo dicebat. ps. Dominus cu
ſtodiat intro. t. ⁊ exi. t. ⁊c. Aliud damnum
eſt: ꝙ eccleſiam: que debet eſſe habitaculū
filioꝛum dei conuertunt in ſpeluncam la‐
tronū iuxta illd. Mat. xxi. Scriptū eſt. Do
mus mea. do. orationis vocabiť. Uos aūt
fe. e. ſ. la. In hoc deteriores videnť eſſe pꝛe
lati eccleſiarum pꝛincipibus ſecularibus:
quia illi in poteſtate ſua ſpeluncā latronū
non tollerant: iſti vero clauſtra: in que ſy‐
moniace intratur: que iudicio dei ſunt ſpe
lunce latronum. Satis ſunt latrones: qui
patibulo inferni iā ſunt adiudicati. Aliud
damnum eſt quod ibi deus debuit hono‐
rari: exercetur ydolatria. Illi eniʒ quos au
rum ⁊ argentum introduxerūt: auro ⁊ ar
gento: poſtea quaſi deo ſeruiunt. vnde in
Oſee. viij. Ipſi regnauerūt: ⁊ nō ex me pꝛī
cipes extiterunt: ⁊ non cognoui argentuʒ
ſuum: ⁊ aurum ſuum: fecerunt ſibi ydola.
Qui dignitatem emit vult poſtea vēdere:
que ad dignitatem pertinet: vnde ſuper il
lud. Act. viij. De ſymōe mago. Dicit. Glo.
ſpiritū emere volebat: vt alijs vendēs acci
pere poſſet: ſed ſicut beatꝰ. Ber. dicit. Qui
infideliter intrat: ⁊ non per chꝛiſtū: qd ni‐
ſi infideliter agat: ⁊ contra chꝛiſtum? Ex
quo chꝛiſtus non introducit aliqueʒ in ec
cleſiam qui non cognoſcit eū. vnde. Pe‐
trus introductus ab ancilla hoſtiaria in
atriū pꝛincipis ſacerdotū: dixit ſe chꝛiſtum
non cognoſcere. Ancilla hoſtiaria ē caro
que habet. v. ſenſus quaſi hoſtia anime.
Ancilla ergo hoſtiaria illū introduxit: quē
carnalitas introducit. Aufert etiam ſymo
nia eccleſie ſpiritū ſanctū: ꝙ videť eſſe ſi‐
gnatū per hoc: ꝙ ignis ſacrificij: qui per.
lxx. annos. Babiloniče captiuitatis vixerat
ſub aqs extinctus eſt: antiocho vendēte ſa
cerdotiuʒ Jaſoni: ſicut dicit Auguſti. per
quem ignem ſignificabatur ſpūs ſanctus.
Et hoc eſt maximum damnū ꝙ poſſit fie
ri eccleſie dei. Sicut maximum damnū ꝙ
poſſet inferri coꝛpoꝛi noſtro eſſet: ſi auferē
ei ſpiritus: a quo habeat totum ſuū valo‐
rem. Symonia etiam facit vt eccleſia que
ſponſa dei eſt: ⁊ deberet deo filios genera‐
re: generet monſtruoſe talpas: ſerpentes:
⁊ etiam aſinos coꝛnutos. Qum in aliqua
eccleſia canonicatur: vel pꝛeficitur aliquis
auarus poſſunt dicere canonici illius ec‐
cleſie. Mater noſtra cum fratrem nobis
generare debuit: pꝛo fratre nobis talpam
generauit. Qum vero canonicatur aliqs
detractoꝛ tunc ſerpentem generat eccleſia
illa. Juxta illud. Eccleſiaſtes. x. Si moꝛ‐
deat ſerpens in ſilentio: nihil eo minus
habet: q occulte detrahit. Quʒ vero aliqs
indiſcretus epiſcopať in aliqua eccleſia.
Item in ea aſinus coꝛnutus naſciť. Nihil
enim aliud eſt ſtolidus mitratus q̄ aſinus
coꝛnutus. Aſinus enim eſt per ſtoliditatē:
coꝛnutus per mitram.

s Exto facit ad deteſta. ſymonie: ꝙ
hoc pctm̄ reddit hominē exoſuʒ.
deo: ⁊ hominibꝰ: vnde in Eccleſia
ſtico. xx. Qui poteſtateʒ ſibi aſſūmit iniu‐
ſte odieť. Glo. dicit a deo: ⁊ hominibꝰ fre‐
quenter eni iʒ ſymonia ſic occulta: tñ po‐

minem reddit erosũ ʒ hominib⁹ puniẽ.n. de⁹ eũ in hoc: vt apd homines gratiã non hẽat. ¶ Septimo facit ad detesta. ſymõie hoc. ꝙ ipſa viciat radicẽ. vñ ,ea que ſequũtur venenata. vel ſaltẽ inutilia reddit. Ad qð referri põt illud. Oſee. ix. Radix eoꝝ exiccata eſt. fructũ nequaꝗ faciet. ¶ Octauo ⁊ vltimo facit. ad deteſta. ſymõie hoc. ꝙ ſymoniaci difficile ſaluanẽ. Et hoc duabus de cauſis. ¶ Primo ,ppter magnitudinem peccati. ¶ Secũdo qꝛ oportet reſignare: beneficiũ: ꝙ ſymoniace acquiſierũt vñ ſunt quaſi vaſa diaboli. Piſcis qui in naſſam ingreſſus eſt: nõ de facili per locũ in quem intrauit: regrediẽ: ⁊ per aliũ locũ nõ exit: niſi captus. Sic non de facili renũciat homo bñficio: ꝙ ſimoniace habet: ⁊ aliter nõ ſaluaẽ. vñ quaſi vnũ pedẽ iaʒ hʒ in inferno. vñ deberet hõ diligẽter cauere qũo intret in eccleſiã. Niſi eniʒ caueat: ſibi quaſi in inferno ponit: pedẽ ſuũ. Jdeo dicit eccleſiaſtes. iiij. Cuſtodi pedem tuũ ingrediẽs domũ dñi. Qui emit beneficiũ eccleſiaſticũ ſimilis eſt illi: qui emeret vt magna moles terre ſup eũ caderet: que eũ opprimeret: ⁊ nõ permitteret eũ ſurgere. Ad difficultatẽ ſaluãdi: que eſt in ſymoniacis: põt referri illud. Jer. xvij. Peccatũ. Juda ſcriptũ eſt ſtilo ferreo: inungue adamantino ⁊ exaratũ ſup latitudinẽ cordis eoꝝ. Per Judam clerici intelligũtur: quoꝝ eſt intendere confeſſioni diuine laudis. Ad quos ptinet peccatũ ſymonie: ꝙ inſinuaẽ ſcriptũ eẽ in delebiliter: per hoc: ꝙ dicitur ſcriptũ ſtilo fereo: qui idoneũ inſtrumẽtũ eſt ad ſcribendũ: ⁊ per hoc: ꝙ dicitur ſcriptum in adamante: ſimili vngui. i. nitido ⁊ plano. Scriptura enim in tali materia facta: diucius durat. Sed quia ſcriptura que in delebilis eſt: poteſt amitti: ideo ſubditur exaratũ ſuper cordis eoꝝ: que non poteſt ab eis: vel amitti. vel relinq. Ad eãdem difficultatẽ ptinet: illud qð dicit. Petrus ſymoni mago. Act. viij. Penitentiaʒ age ab hac nequitia tua: ⁊ roga deum ſi foꝛ. re. tibi hoc. c. c. tui. Jn felle enim amaritudis: ⁊ obligatiõe iniqtatis video te eẽ.

¶ De diuiſionibus ſymonie.

F P Oſt hec ponẽde ſunt diuiſiones: que faciũt ad deteſt. ſymonie: ⁊ q̃ pertinent ad ſymoniã. De quibus tres modo ponemus. ¶ Et eſt pꝛima diuiſio. ꝙ inter eos q ſymoniaʒ cõmittũt. Alij committũt euʒ emendo. vt ſymonia magis: q pꝛopꝛie ſymoniaci dicunẽ. Alij vero cõmittunt eã vendendo: vt Gieʒi: q Gieʒite vocãtur: aliqñ tñ large: vocantur ſymoniaci: ⁊ iſti: ⁊ illi. ¶ Secunda diuiſio ẽ: ẽʒ diuerſitatem munerum per que ſymoniã committitur. G

¶ Quod quadrupliciter ſymonia committitur.

C Ommittitur aũt ſymonia quadrupliciter munere. Videlʒ cũ qs obtinet aliqð. ſpũale p pecuniã vel p adulationẽ: vel p pꝛeces carnales: vel p ſoꝛdidũ obſequiʒ. ¶ De pꝛimo legitur. iij. Re. xiij: Qð gcunqʒ volebat: implebat manũ. Jeroboã. ⁊ fiebat ſacerdos excelſoꝝ. Et ſeqẽ: ꝙ ,ppter hanc cãm domus Jeroboã euerſa ẽ ⁊ deleta: de ſupficie terre. Si venditio ſacerdotis idoloꝝ: ſic iudicata eſt a domino: qũo iudicabitur venditio veri ſacerdotij. Adulatio vero valde: timenda ẽ. valde n. punitur coꝛ hominis: ⁊ quaſi inſenſibiliter. Pꝛopter quod oleũ vocatur in ps. Oleum aũt pec. non ⁊c. Et alibi. Jntrauit ſicut aque in interi. Et ſic ſermo a maledictiõe Adulatio. ⁊ oleum ẽ ⁊ maledictio. Oleuʒ inquantũ delectat: maledictio in quantuʒ toꝛmenta parat: vnde Glo. ſup illud. Que male delectant: dicunẽ maledictio: qꝛ toꝛmenta parant. A pꝛecibus aũt carnalibus diligenter cauendum ẽ. Ubi Ber. Ubi nõ licet, facere quod volo qs locus rogantĩ: alius ,p alio. Alius forte ,p ſe rogat in ,p ſe rogatis ſit tibi ſuſpectus. Qui rogat ,p ſe: iaʒ iudicatus eſt. Exemplũ non ageſcendi pͨcibus carnalibus dedit nobis dñs. Jo. ij. J Ubi dixit matri ſue: volenti vt faceret miraculum: Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier. Jnnuens ſe nõ habere ex ea poteſtateʒ faciendi miracula. Et Mat. xx. Non exaudiuit mater terrã ſuaʒ petentẽ: vt daret hanc dignitateʒ. Jacobo: ⁊ Johanni: vt vnus ſederet a dextris: ⁊ vnus a ſiniſtris in regno ſuo. Exẽpluʒ ẽt nõ rogandi ,p beneficio nepotib⁹ obtinẽdo: habetẽ. Ge. xviij. vbi Abꝛaam rogauit dñm: ne ſodomia deſtrueret. Nõ. n. voluit euʒ rogare ſpẽaliter: de nepote ſuo. Loth. vt eum ab incendio liberaret. Et dicebat cãtoꝛ periſienſ. bone memoꝛie: ꝙ vix rogaſſet ,p beneficio nepoti ſuo impetrando: q̃ Abꝛaam noluit rogare dñm

mere poſſunt ne dicatur illis. verbum illō
Mat. xxv. Diſcedite a me. m. in igneȝ eter
num ⁊c. Et ſubditur: hoſpes eram ⁊c. Ti‑
mere etiam poſſunt: ne accidat eis: ſicut ſo
domis: qui inhoſpitales erant. quos ignis
⁊ ſulphur ſuccendit. Unde Origines Do
mos. hoſpitales. ingreſſi ſunt angeli. ſ. Ha
braam: ⁊ Loth. Domos vero hoſpitibus
clauſas: ignis ⁊ ſulphur ſuccendit. talem
vindictam ſolebant. Iſa. ⁊ Jo. ſumere de
ſamaritanis: qui nuncios xp̄i non ſuſcepe
rant. Luc. ix. Unde dixerunt dn̄o. Uis di‑
camus vt ignis dei deſcendat de celo: ⁊ cō
ſumat eos ⁊c. ¶ Secundo debet dolere de
indignitate ſua. Sunt quidam: qui ſibi ap
plaudunt dicentes: ꝙ meli⁹ eſt corpus chri
ſti n̄ ſumere, q̄ indigne ſumere. Quibus di
cimus: ꝙ in hoc bene faciunt. qn̄ non ſu‑
munt indigne: quia non eſt bonum ſume‑
re panem filiorum: immo ⁊ angelorum: ⁊
dare canibus: tn̄ dolere debent. q2 canes
ſe inueniunt: qui filij dei eſſe debent. Dole
re etiam deberet de hoc: ꝙ vident ſe eē va
ſa mortis ⁊ ire: ⁊ receptacula immundicie
qui deberent eſſe receptacula gratie: ⁊ vi‑
te. De homine qui in ſe indifferenter ſor‑
des peccatorum ꝑcipit. dn̄o vero prepara
re locum negligit. Poſtq̄ dicit illud verbū
ꝙ legitur. viij. Oſee. Iſrael factus eſt qua ſi
immundus vas in nationibus: iſrael eſt
chriſtianus: qui per finem videt deum ve‑
rus chriſtianus debet dicere illud. Dauid
ſi dedero ſomnum oculis. m. ⁊ pal. m. ⁊c.
donec inueniā locū domino. ſupple male
mihi accidat. ¶ Tertio poſſet dolere qui
ſemel in anno ſaltem non communicat
illud non facit: ꝙ precepit diſcipulis ſuis.
Quum receſſurus erat ab eis: volens illō
maxime infigi memorie eorum. Hoc faci‑
te inquit in. m. cō. Hoc quaſi ſignum ſui
amoris. reliquit dominus eccleſie ſue. Et
ve illi qui non habet memoriale a tanto a
mico ſibi relictum. ¶ Quarto poſſet dole
re talis de diuina penitentia: vbi. n. eſt dei
abſentia adeſt dyaboli penitentia. ¶ Qui
to dolere poſſet: quia fraudatur vtilitate:
que conſequitur ex aduentu domini in ali

quod hoſpitiuʒ. Non. n. eſt aduentus eius
abſq; magna vtilitate. vnde cum zacheus
deum in ſuo hoſpitio recepiſſet: audiuit a
domino hodie: ſalus huic domui facta eſt
vt legitur. Luc. xix. Raab etiam ſaluata ē:
q; ſuſcepit: nūtios dñi vt legit̄ Joſ. vi. Et
vidua q̄ ēt eliā ſuſcepit ñ defecit ei farina ⁊
oleū non eſt iminutū: vt legitur. in. iij. Re.
xvij. Si adeo vtile fuit: ſeruos dei in hoſpi
tio recepiſſe: q̄ vtile eſt credendum eſſe: ip
ſuʒ dominū in hoſpitio ſuo recepiſſe? Nō
modica ſecuritas eſt: talem ſociū habere:
vnde Dauid. Si ābulauero in me. v. mor.
nō. t. m. q. tu. m. es. Et iterum. Dominus ꝓ
tector vite me. Et ſubditur. Si conſurgāt
aduerſus. m̄. ca. ⁊c. De illo vero: qui deum
non ſuſcipit: poteſt intelligi illud eccleſia-
ſtes. iiij. Ue ſoli: q; ſi ceciderit ⁊c. Talis.
Qū mēſa altaris indign9 ſit: mēſa ēt cele-
ſti idign9 ē. Et qū dño hoſpitiū negauerit
merito ianua celeſti regni ei clauſa erit.

¶ De eo qui potius ſuſceptionem corpo-
ris chriſti non ſe cuſtodit: ſed per peccatuʒ
mortale deum a ſe repellunt.

s Equitur de peccato eoꝝ qui domi-
num quem ſuſceperunt per peccatū
mortale: a ſe expellunt. Cuius pecca
ti magnitudo poteſt oſtendi multipliciter
¶ Primo q; turpius eijcitur: q̄ non admi
titur hoſpes. Si. n. tm̄ peccatum eſt nega-
re dño hoſpitium: manifeſtuʒ ē valde ma
gnum eſſe peccatum: cum iam ſuſceptum
expellere ab hoſpitio ſuo. ¶ Secūdo pōt
oſtendi ma. huius peccati per hoc: ꝙ talis
ſimilis ē. Jude. qui poſtq̄ ad menſaʒ dñi
cōmederat: cū tradidit hoſtibus ſuis. Etiā
latrones timent contumeliam inferre eis:
ad quorum menſam cōmederunt. De tali
poteſt intelligi illud. Eccleſiaſtici. vi. Eſt
amicus ſocius menſe ⁊c. Talis etiaʒ ſimi
les ſūt iudeis: qui in die que dicitur domi
nica in ramis palmarum: chriſtum hono
rifice ſuſceperunt: ⁊ poſt eum eiecerūt cū
contumelia magna. Sunt autem aliqui q
vij. ebdomadis hoſpitium chriſto prepa
rant: poſtq̄ vero ſuſceperunt eum: nullam
reuerentiaʒ ei exhibēt. immo tot contume
lias ei inferunt ꝙ eum faciunt inde exire.
Uenturo magnam reuerentiam exhibēt
preſenti vero nullam: vnde Ber. admirās
dicit. Quid minus preſenti q̄ venturo de-
bet? Quid minus reuerentie tempore re-
ſurrectionis: q̄ paſſionis exigitur. Tales

etiam ad modum iudeorum. Barrabam
latronem filio dei preponendo: filium dei
a ſe expellunt: ⁊ infernalem latronem in-
troducunt. Expellunt euʒ: qui eos protege
bat: ⁊ introducunt qui eoſq; iugulet. vnde
Jo. x. Fur non venit: niſi vt furetur ⁊ ma
ctet: ⁊ perdat. Quantum auteʒ diſpliceat
deo hoc peccatum. innuit dominus in pſ.
dicens. Si inimicus meus maledixiſſet
mihi. ſu. vtiq;. Tu vero homo. v. d. meus.
⁊ no. ⁊ meus: q ſi. m. d. ca. ci. Et ſubditur
veniet mors ſuper illos: ⁊ de in fer. viuen.
Et alibi homo qui edebat pa. m. ma. ſuper
m. ſup. Et ſubditur. Domine reſuſcita me:
⁊ re. eis.

¶ De vitio ꝓprietatis in religioſis. xxiij: A

s Equitur de vitio proprietatis: que ē
in viris religioſis. Ad cuius peccati
deteſtationem poſſumus ponere. xij
Exempla. ¶ Primum eſt in Gñ. xix. Ubi
legitur. ꝙ vxor. Loth. poſt ſe reſpitiens ver
ſa eſt in ſtatuam, ſalis: vir religioſus tunc
poſt ſe recipit: quando diuitias huius mū
di quas dimiſit: concupiſcit. Statua cor
pus eſt ſine ſpiritu: vnde clauſtralis tunc
ſtatua efficitur: quādo ſolo corpore in clau
ſtro conuerſatur: corde vero immundo.
Statua etiam habet ſimilitudinem homi
nis: ⁊ non eſt homo. Sic ⁊ talis: ſimilitu-
dineʒ habet monachi: ⁊ non ē monach9.
Notabile enim eſt: ꝙ vxor. Loth. verſa eſt
in ſtatuam ſalis: quia talis Monachus
exemplo ſuo alios condit. Sed ſibi vtilis
non eſt. Hoc exemplum reuocat domin9
ad memoriaʒ. Luc. ix. Dicens. Nemo mit
tens manum. ad a. ⁊c. Idem. Memores
eſtote vxoris Loth. Ad idem pertinet: ꝙ
legitur Secunde. Petri ſecunda. ¶ Secū
dum exemplum eſt: in Geneſi. xxxi. Ubi
legitur. Rachel. fuiſſe furatam idola.
Laban. laban. candidatus interpretatus. ſi
ue candidus: ⁊ ſignificat mundum. q quē
dam candidētē. habet exterius. Ra. vero
virum contemplatiuum figurat. Ra. ergo
idola furatur. quando clauſtrales diuitias
huius mundi amore amplectitur. Notabi
le vero eſt. ꝙ Jacob tanta pena iudicauit
eſſe puniendum ꝙ hoc feciſſet. Ait enim
Apud enim quēcūq; inueneris ⁊c. Notabi
liter etiam diuitie. quas clauſtrales illicite
poſſident. idola vocātur. Et quia inutiles
ſunt eis. ſicut aurum. ⁊ argentum idolorū
inutilia idolatris ſunt. Et quia fideʒ ⁊ ſpē

⁊ amoreȝ: que in ſolo deo ponere debēt in
pecunia ponunt. vnde nec veraȝ fidem ha
bent. nec veram ſpē. nec veram caritatem
¶ Primum patet per hoc. ꝙ dicit. Aug.
Qui veram fidem hȝ de deo. non cupit in
hijs miſerijs diues fieri. Non enim plus ē
mundus. ꝗ deus. De ſpe vero: idem poteſt
oſtendi. ꝙ dicit Augu. Quod de deo diſpe
rare eſt ſpē in creaturis poſuiſſe. Proprie
tarius. fiduciam quā debet ponere in deo
ponit in mundo. dum in diuitijs ſuis con
fidit. fallunt eum diuitie ⁊ ipſe in infernuȝ
corruit iuxta illud. Prouerbi. Qui confi
dit in diuitijs corruet. Amorem etiaȝ. qui
in ſolo deo ponenduȝ eſt. ponunt proprie
tarij in pecūnia. Amant eniȝ pecuniaȝ plꝰ
ꝗ deaȝ. Quod patet ex hoc. quod quū ipſi
non poſſint habere ſimul deum. ⁊ pecuni
am potius eligunt amittere deum: ꝗ pecu
niam ſecūduȝ illud. Deus eſt vniuſcuiuſqȝ
ꝙ pre ceteris diligit. ſicut ſuperius oſtēſuȝ
eſt pecunia igitur proprietarij eſt deus eiꝰ
Unde ipſa idolatra eſt. ¶ Tertium exem-
plum eſt. Exo. xvi. Ubi dominus qui pro-
uiſor erat filioꝝ iſrael. noluit de manna.
ꝙ aliquis eoꝝ in mane relinqueret: qui nō
audierunt eum ſed reſeruauerunt inde: ⁊
ꝙ ē reſeruatū computruit. ¶ Quartū exē
plum eſt in Joſue. vij. Ubi legitur ꝙ cum
prohibuiſſet dominus: ne aliquis recipe-
ret de anathemate. Jerico. Achor tamen
tulit inde clamidem coccineam: ⁊ regulā
auream. ec. ſiclos argenti. Jerico: ꝙ inter
luna figurat mundum iſtum: qui mutabi
lis eſt admodum lune. Anathema debet
eſſe viris clauſtralibus. Sed ſunt aliqui:
qui de anathemate furantur cum Achor:
dum pecuniam ſibi prohibitam volunt.
Jn illis vero tribꝰ: que furatus eſt. Achor
tres ſpecies proprietatis figuratur. Jn re-
gula aurea: intelligitur proprietas interi-
or: ⁊ proprietas ſenſus: ⁊ volūtatis. Jn au
ro enim propter ſplendorem ſapientia ſo-
let intelligi. Regula vero: que a regnando
dicitur: pertinet ad voluntatem: que habet
regnum ⁊ imperium in homine. Jn pal-
lio vero coccineo intelligitur conuerſatio
exterior: habens peccatuȝ. Jn coccineo. n.
peccatum intelligitur. Unde Jſa. i. Si fu-
erint peccata veſtra: tanꝗ coc. ec. Palliuȝ
ergo clauſtralis furatur coccineum. quan-
do aliquid retinet de conuerſatione ſecula
ri: vel in habitu. vel in tonſura: vel in alio
tali. Notabiliter aūt dicitur ibi palliuȝ val
de bonum. Multis enim clauſtralibus vi
detur valde bona ſecularis conuerſatio.
Hoc eſt palliū illud: de quo legitur in can B
ticis. Tullerunt pallium. m. cu. m. Quiqȝ
autē notabilia ſunt: in exēplo iſto. ¶ Pri
mum eſt hoc: qd dn̄s dixit filijs Jſrael. Nō
ero inquit vltra vobiſcū: donec conterratis
eū: qui huiuſmodi ſceleris reus eſt. in quo
innuitur: ꝙ contra totam vnā abbatiā: q-
doqȝ dominus iratus ſit: ꝑꝑ proprietariuȝ
quem tollerant. Unde oēs qui ſunt in ali-
qua tali religione debent illum perſequi:
ꝗ ſciunt proprietarium eſſe. ¶ Secūdū ve
ro ibi legitur. Anathema in medio tui iſra
el eſt: non poteris ſtare corā hoſtibus tuis
donec deleatur ex te: qui contaminatus eſt
hoc ſcelere. Jn quo verbo innuitur. quod
propter illud peccatum: poteſtatē habebat
diabolus precipitandi clauſtrales in mul-
ta alia peccata. ¶ Tertium notabile eſt: ꝙ
ea que Achor furatus eſt: non ꝓfuerunt ei
Nullum. n. lucrum habuit inde niſi pecca
tum: ⁊ penam peccati. Jn terra ea abſcon
dit: ⁊ cum moriturus erat: ea manifeſtauit
Sic proprietarij: ſepe aliud lucrū non re-
portant de pecunia ſua: niſi ꝙ cuſtos ē dū
viuit: ⁊ in morte manifeſtat ea. ¶ Quartū
notabile eſt: ꝙ legitur dixiſſe. Joſue ibi: q̄r
turbaſti nos exturbet te dn̄s in die hac:
Jn quo innuitur ꝙ propter turbationē ꝓ
prietarij: non debent dimitti: quin ei ꝓpꝛi
um auferatur. ¶ Quintū notabile ē: ꝙ ibi
dicitur. Lapidauitqȝ eum omnis populus.
iſrael ⁊ cuncta que illius erant igne con-
ſumpta ſunt: Jn igne intelligitur magnus
zelus: quem debet habere clauſtrales con
tra illud vitium. Jn lapidibus vero intel-
ligitur increpationes quibus lapidandus
eſt proprietarius. ¶ Quintum exemplum
eſt de Juda: qui in congregatione domini
loculos habuit: qui figuram tenet propri
etariorum. Notabile vero eſt in exemplo
iſto ꝙ amor lucri: occaſio fuit. Jude tot:
⁊ tantorum malorum: ⁊ tamen paruam:
vel nullam ibi vtilitatem habuit. Pecuni
am enim ductus: retulit. xxx ar. ⁊ nunquā
commedit: vel bibit inde. Sic proprietarij
multa mala cōmittunt: vt pecuniā habe-
ant. ⁊ quandoqȝ nullam vtilitatē inde cō
ſequunt. ¶ Sextū exemplū ē i iſto. p. Re.

xv. Ubi legitur: q̄ dñs p̄hibuit Saul ne
de rebus Amalech aliud ↄcupiſceret ⁊ nō
obediuit ſaul, imo reſeruata ſunt meliora
de ouibus ⁊ armētis: ⁊ a deo offenſus fuit
dominꝰ: vt de cauſa hac regnū auferret ei.
¶ Septimuz exemplū eſt .ij. Macha. xij.
Ubi legitur ꝙ Judas Machabeus venit
quadā die: vt tolleret corpora quorūdam
de ſuis: qui proſtrati fuerāt in bello: volens
ponere ea in ſepulchris paternis: ⁊ iuene-
runt ſub tunicis interfectoruz de denarijs
ydolorū a qbus lex p̄hibet iudeos. Oībus
manifeſtuz eſt hanc cām eos corruiſſe. Si
enim tales qui pfectionez non p̄miſerant
deus morte puniuit: ob hoc ꝙ acceperant
denarios ſibi a lege p̄hibitos: quanta pe-
na dignū eſt peccatū illud inter perfectos
viros. Octauū exempluz eſt in Anania
⁊ ſaphira vxore eius: qui fuerunt primi
proprietarij. qui p̄pter peccatū illud mor-
ſubita interfecti ſunt vt legitur. Actuū. v.
¶ Nonuz eſt in vitis patrum de quodam
hortulano: qui omnia dabat in elemoſy-
nas: que de labore ſuo acquirebat: preter
tenuem victuz. Tandem ſubgeſtum eſt ei
inſpiratione ſpiritus maligni: vt aliquam
pecuniā colligeret: q̄ cū ſeneſceret. vel egro-
taret poſſet expēdere. Et fecit. Sic ↄtigit
aūt eū infirmari in pede: ⁊ expendit qcqd
habebat in medicis: ⁊ curari non potuit.
Tandem vnus ex peritis medicis dixit eū
nō poſſe curari: niſi per pedis abſciſionē.
Et cum die ſequenti medicus allaturꝰ eēt
inſtrumenta ad pedem abſcidendum: no-
cte p̄cedente hortulanꝰ penituit: de nūmis
collectis: ⁊ qd̄ dederat paupibꝰ: ⁊ aſtitit ei
ſtatim angelus domini dicens. Ubi ſunt
nummi quos collegiſti: ⁊ vbi ſpes q̄ ha-
buiſti: qui quum peniteret: ⁊ miſericordiā
petens. Angelus domini tetigit pedez eiꝰ:
⁊ ſanatus eſt: in mane vero medicus ve-
niens inuenit hortulanum in horto ſanā-
tū: atq; operantem ⁊ glorificauit deum.
¶ Decimum exemplum eſt de quodā fra-
tre: qui renuncians ſeculo: ⁊ dans ſua pau-
peribus: venit ad abbatē Antoniū: q̄ſdā
tū ſibi retinuit. Qd̄ quū cōperiſſet Anto-
nius: dixit. Si vis monachus eſſe vade et
cōpara tibi carnes: ⁊ impone corpori tuo
nudo: ⁊ ſic veni ad me. Qui cuz hoc feciſ-
ſet: tā canes q̄ aues corpꝰ eiꝰ propter car-
nes rapiēdas dentibus ⁊ vnguibus dila-
niauerunt: ⁊ ſic dilaceratus venit ad An-
toniuz. Cui Antonius. Quicūq; renūciaue-
rit ſeculo: ⁊ vult ad hoc habere pecuniam
ſic a demonibꝰ lacerabitur. ¶ Undecimū
exemplū eſt de quodā fratre: qui reſerua-
uit ſibi duos aureos. Et cū infirmitate pe-
nitentia ductus manifeſtaſſet hoc. Grego.
noluit tamē. Greg. parcere ei quin ⁊ infir-
mū: ⁊ mortuū puniret. Subtraxit enim ei
in infirmitate viſitationē fratrum: ⁊ poſt
mortem voluit eum multis diebus carere
chriſtiana ſepultura: exemplo ſuo docens
prelatos eccleſie: quantū zelū debeant ha-
bere cōtra illud peccatū. ¶ Duodecimum
exemplū eſt in vitis patrū de quodaz qui
erat heremita in egypto: cui diabolꝰ oſtē-
dit magnuz theſaurū ſub terra: qui fuerat
Pharaonis. Cui iſte r̄ndit. Pecunia tua
tecū ſit in pditione. In hoc ꝙ diabolꝰ the-
ſaurum illud oſtēdebat heremite: ſatis ap-
paret: quantū diabolo placet: viros perfe-
ctos habere diuitias: ⁊ per ↄſequēs quan-
tum deo diſpliceat.

¶ De .xij. ſtulticijs religioſi p̄prietarij.

Ecūdo poſſunt valere ad deteſta-
s huius peccati .xij. ſtulticie. quibus
oſtenditur laborare p̄prietarius.
Prima eſt: ꝙ ipſe eſt valde fatuus merca-
tor. Similis eſt enim homini negociatori.
querēti bo. mar. Inuenta autē .v. bo. mar.
va. ⁊ ven. oia que habet: ⁊ e. eam. Demuz
vero eam margaritā illam cōculcat: ⁊ pro
nihilo dat. Margarita iſta deus eſt: pro q̄
clauſtralis: quodāmodo totū munduz de-
dit etiam ſeipſum: quem quaſi pro nihilo
dat: quum pro aliqua re temporali deum
amittit. Ad cumulū etiā huius ſtulticie ac-
cidit: ꝙ eandē margaritā nō ceſſat quoti-
die emer. ſ. vigilijs. ieiunijs: ⁊ orationibꝰ: ⁊
cū tamē in tali ſtatu: nullo p̄cio poſſit eam
cōparare. ¶ Scd̄a ſtulticia eſt: ꝙ cuz dñs
eripuit eū de naufragio huius ſeculi: ⁊ ſū
collocauerit eū in loco tuto. ſ. in naui reli-
gionis: ipſe furtiue aliquātulū de mari na-
ui ponit: in quo ipſe ſe ſubmergit. vn̄ acci-
dit ei: ſicut barbari dixerūt accidiſſe Pau-
lo. Act. xxviij. Cū euaſiſſet de naufragio: ⁊
adheſit vipa manui eiꝰ. Utiq; homicida ē
hō hic: dixerūt ipſi. Qui cū euaſerit de ma-
ri: vltio nō ſinit eū viuere. ¶ Tertia ſtulti-
tia eſt: ꝙ cum ipſe iam mortuus ſit: tamen
timet famē mori: cum ſolam vitam eter-

nam deberet querere. a mortuis enim ſola vita eterna queritur. Ipſe tamen a deo cupidus eſt vt cupiditate acquirendi ſur effi ciatur. Sed monſtro ſimilis eſt auaricia ſenis: ſicut ſeneca dicit quid. Quid eſt dicendum de auaricia mortui. religioſi diſ mundo mortui. de morte illa legitur ad Co lo. iij. Mortui enim eſtis et vita veſtra ec. De morte etiã iſta legitur in vitis patrum q cum quidam ſenator reliquiſſet abbati arſenio magnã hereditatẽ: et delatũ fuiſſet ad eum teſtamentũ: ipſe ait. Ego prius mortuus ſum q̃ ille. Ipſe aũt modo mortuus eſt quomodo me fecit heredem. Et remiſit teſtamentum nihil accipiens.

¶ Quarta ſtulticia eſt q ipſe in loco ſaluationis: facit ſibi locum perditionis. vnde quam ſpirituali modo poteſt dici fili⁹ pdi tionis: ſicut et iudas. vnde dominus. Nemo periit ex vobis niſi filius perditionis: qui cum ſaluatore et cum ſocietate: in qua ſoli ſaluandi erant: ipſe ſolus ſe perdidit.

¶ Quinta ſtulticia eſt q videtur habere magnam voluntatẽ q furetur: et per cõſequens q ſuſpendatur qui vendidit ſua: et dedit paupibus: vt in monaſterio furaret aliena. ¶ Sexta ſtultitia eſt q ipſe locum illum quem declinant: etiam homines ſcelerati: ne ſcelera ſua ibi cõmittant: ipſe intrat vt ibi malam vitam ducat. Et qui cauebat ſibi a furto in ſeculo: nõ timet furari in loco ſãcto. De quo videtur ammirari domi nus. In Je. dicens. Quid eſt q dilectus meus facit in domo mea ſcelera multa.

¶ Septima ſtulticia eſt q cum dñs ab eo remouerit iram ſuã: ipe non conat ad hoc q habeat de ipſa aliqd. Ira domini effuſa eſt ſuper abundantiã diuitiarũ. vnde legi tur Apoc. xv. Quot angelus effudit fialam ſuam in illud magnum flumen Eufraten. Aqua ira liberatur: qui mundo renũciat. Sed proprietarius de ira iſta vult habere diuitias vel poſſidere. vnde Jaco. vltimo dicit de diuitibus. Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. ibi dicit glo.

E Neſcit miſer theſaurũ ire cũ theſauro pecunie: pariter cumulari. ¶ Octaua ſtulticia eſt: q ipſe aliena colligit: et propria negligit. De hijs que propria eſſe nõ poſſũt: vult facere ſibi ppriũ: et iuſto dei iudicio amittit omne propriũ. Aliena nobis ſunt temporalia iſta: ſicut oſtenſum eſt pri⁹: q3 ſm Ambro. Non ſunt hominis bona: que ſecum ferre non poteſt. Nõ poſſunt eẽ propria: cum ſint ſeparabilia. q̃ dũ pprietari⁹ colligit: et ſibi appropriare querit: ipſe eſſe ppriũ amittit. ¶ Primo amittit ppriũ deſcuius ppriũ eſt miſereri et parcere. Quia iuxta verbum Ber. Monacho habenti ppriũ negabit deus ſuũ propriũ. Nec eſt parua amiſſio iſta homini peccatori. Secundo amittit ſeipſum: quia ſic cõmuniter dicitur: et vere eſt. Monachus habens de proprio obolum: non valet obolum. Tertio amittit bona interiora: que proprie poſſunt dici noſtra: ſicut oſtenſum eſt pius. Quarta vero amittit bona eterna. que proprie poſſunt dici noſtra: q̃ non poſſunt homini auferri. Nona ſtulticia eſt: q ipſe facit ſua preacioſiora ſeipſo. Cum enim deo ſe dederit: ſua tamen dare non vult: cum tamen de iure ſe dando. ſua dederit. vnde non debet ſe excuſare per ignorantiam. Jus enim naturale videt dictare ei: q cum ipſe ſeipſum a ſe alienauerit: q nihil propriũ habere poſſunt. Proprietarius q plus eſt: pro eo q minus amittat. Cum enim ſeipſum deo dederit: nõ eſt iſta oblatio deo accepta pro illa modica pecunia: quã retinet ex quo ſe deo dedit ipe deberet puidẽtiã ſuã ei relinqre. Decima ſtulticia eſt: q ipſe de ſcala celi fecit ſcalam inferni. Immo cũ iam multos gradus in ſcala celi aſcẽderit: ipſe precipitare vult ſe et quaſi ſaltare in infernum. Scala celi eſt crux religionis. De qua ſcala legit Gene. xxviij. Quod Jacob vidit in ſomnis ſcalã ſtantem ſuper terrã et cacumen ei⁹ tangẽs celum. Undecima ſtulticia eſt: q ipſe de porta celi: facit ſibi portã inferni. Porta celi religio eſt. vnde Geñ. xxviij. Non eſt hic aliud niſi domus dei et porta celi. ¶ Duodecima ſtulticia eſt q ipſe laqueum cupiditatis: laqueũ in quo tot homines ad infernale patibulum trahuntur. Qui iam cõtritus erat: preparat: et molam aſinariam a collo ſuo amotam: iterum ſibi alligat. hui⁹ laquei figura fuit laqueus quo Judas ſe ſuſpendit. Idem enim quod ad litterã in Juda accidit: qui dum queſiuit lucrũ venit ad laqueum: et quod ſuſpenſus et effuſa ſunt viſcera eius ſpiritualiter accidit in proprietario. Amo. n. pecunie laqueus eſt quo occaſionaliter ſuſpendatur in inferñ

no Euiſceratur quodāmō duz proijcit interiora bona: ⁊ duz per terrenorū ſollicitudinez cor eius quaſi exit ab eo iuxta illud. Eccleſia. x. Proiecit enim in vita intima ſua.

ℭ De multiplici peruerſitate huius peccati proprietatis religioſorum. lxxxviij

B T Ertio pōt valere ad dete. hu⁹ peccati mixta pūerſitas quā facit peccatū hoc in eccleſia dei. Prima pūerſitas eſt qđ illā partem eccleſie que deberet eſſe ꝓximior celo, facit hoc peccatuz adherere terre. Illū etiam qui deberet eſſe ſtella fixa in firmamento celi: ⁊ lucere hominibus bono exēplo facit hoc peccatum infixū in limo ꝓfundi. Aſtra celi viri claustrales ſunt: vnde. xxxviij. Job Cū me laudarent ſimul aſtra matutina ⁊ iubilarent omnes filij dei. He ſtelle cadunt de celo in terrā. per peccatū ꝓprietatis vt videat̄ eſſe impletū illđ. Apoc. vi. Stelle celi ceciderūt ſup terrā hoc peccatū ēt facit vt in celo eccleſie qđ eſt religio in quo deberēt eē āgeli, ſint talpe imo diaboli. Diabolus. n. eſt ꝗ malus eſt inter bonos. Jo. vi. Ego. xij. vos elegi ⁊ vnus ex vobis diabolus ē: hoc peccatū etiā facit illos ꝗ aues deberēt eē circa terrena iſta rapere: vnde etiaz imūdi ſunt iuxta illud. Deut. xiiij. Omne qđ repetat ⁊ pēnulas hz immundū erit. Proprietarij in clauſtris ſunt velut veſptiliones inter aues Et ſicut veſptiliones in eccleſijs habitant: ſic ⁊ clerici: nō tñ ad idē. Clerici. n. ibi ſunt ad deuz glorificandū: ſz veſptiliones ſunt ibi ad oleū bibēdū. Sic ꝓprietarij lz ſicut cū eis qui deū glorificāt ipſi tñ deū ſua mala vita blaſphemāt. In illis ſplet̄ qđ legit̄

D Job. i. Qđ cū aſſiſterēt filij dei corā dño affuit inter eos ⁊ ſathā. Proprietarius inter bonos clauſtrales ē velut ſathā inter filios dei. ℭ Quarto pōt valere ad dete. huius pcti ſi mala colligant̄ ſimul ꝗ ſunt in proprietario. ℭ No. ergo ꝙ ꝓprietarius fur ē vñ domus ꝓprietarij iudicio ſcripture velut ſpelūca latronū: ⁊ de mera iuſticia poſſet eos dñs oēs interficere ſubitanea morte: ſicut ananiā ⁊ ſaphirā īterfecit: vel poſſet ignem mittere de celo ꝗ oēs cōbureret. Nec ſolum fur eſt ſed etiā ſepe eſt ſacrileg⁹ q2 furtum ſuū ſepe in ſacro loco ꝯmittit. Et q2 res pauperibus ꝯſecratas furat̄. Sz ſcđm Jero. pars ſacrilegij eſt res paupūz nō dare paupibus eadē rōne res pauperū furari ſibi ſacrilegiuz erit. ℭ Eſt ēt ꝓprietarius ꝓditor ⁊ in deum ⁊ in ꝓximū. In deū q2 euz peccato īpugnat cū expēſis ſuis viuat. In ꝓximuz q2 frēs ſuos defraudat bonis illis que ſibi appropriat ℭ Quarto ꝓprietarius voti trāſgreſſor eſt: voluntariā. n. paupertatez vouit: quā modo a ſe expellit. Eſt etiaz apoſtata. Si autem apoſtata iudicatur qui habitum deponit: cum paupertas voluntaria magis ſit de ſubſtantia religionis quam habitus proprietarius: potius iudicandus erit apoſtata ꝗ voluntariā pauptatem a ſe abicit. Judicio etiam ſcripture: q2 ea inutiliter cuſtodit que pauperes deberēt comedere: hōicida eſt. vnde Eccle. xxxiiij. Panis egētiū vita pauperū ē: qui defraudat illū hō ſan. eſt. ℭ Eſt ēt proprietarius idolatria vt ē oñſum prius: ⁊ ē ypocrita. Sub habitu. n. clauſtrali animū gerit ſecularē extra vr̄ eē aureus int⁹ luteus eſt. Eſt etiam mēdax ſpūi ſancto. vñ Act. v. Dixit petrus ananie. Cur tēptauit ſathanas cor tuuz: mētiri te ſpūi ſancto. Et ſubditur: nō es mētitus hominibus ſed deo. Alia lr̄a hz. Cur īpleuit ſathanas cor tuū Plenus. n. fuit primus ꝓprietarius ſathana. De iure. n. naturali vr̄ eſſe excōicatus. Cū. n. bona ſua alijs nō cōicet ipe indign⁹ eſt cōicare bonis aliorū. Et ēt maledictus iudicio ſcripture iuxta illđ. Joſue. vi. Maledictus vir coram deo ꝗ reedificauerit Iericho. frequēter ēt indigne cōficit vel cōicat ꝓprietarius. Quod quantū peccatū ſit ſatis oñſum eſt prius. Preterea ꝓprietarius

F peccat in patrē. pc. in fi. pc. i ſpi. ſ. In prēz peccat dū de potētia eius dubitare videt̄. Dū z. n. timet mori fame ſi ea ꝗ vouit deo ſeruauerit videtur facto dicere illđ. ꝓs Nūquid ēt panem poterit nobis dare aut parare menſaz in deſerto. In filiū peccat cū ſapiam eius deridet; iuxta illud. Prouer. Stult⁹ deridet ſapiaz prīs ſui. Sapia xp̄i fuit pauptatē diuitijs ꝓpōere ⁊ moleſtias delicijs: vñ ad Heb. xij. legitur de ipſo ꝙ ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē. Sup quē locum dicit. Augu. Oia terrena bona cōtēpſit hō xp̄s vt cōtēnenda monſtraret. Et omnia mala terrena ſuſtinuit que ſuſtinenda precipiebat: vt nec in illis quereret̄ felicitas nec in iſtis timeretur ifelicitas. Et iſtam ſapientiā deridet ꝓprietarius. Pre

cat etiam in ſpiritum.ſ. q2 de bonitate dei male ſentit: dum credit quod ſi ſeruierit deo ad eius voluntatem quod ipſe debeat permittere eum mori fame. Aliter etiam peccat contra ſpm̄ ſcm̄: q2 facit cōtra caritatem que ſpūs ſcti eſt. Et q2 mentiť ſpūi ſancto ſicut oſtenſuʒ eſt prius. Ad vltimū notandum eſt ꝙ religio maxime deberet perſequi vitium iſtud. Primo q2 detrahit religionis fundamentū: ꝙ eſt paupertas. Hoc fundamentum poſuit filius dei: qū doctrinaʒ a paupertate inchoauit dicens. Mat. v. Beati pauperes ꝛc. Matrē etiam religionis iugulat ꝛ ſuffocat que ſimiliter eſt paupertas. Pacem etiā aufert q̄ totuʒ bonum eſt religioſoꝝ. Unde ſuper illud. Pax ſuper iſrael dicit Glo. Uno verbo oē bonum dixit Sene. Quietiſſime viuerēt homines ſi hec duo pronomina tollerenť meum ꝛ tuum.

De auaricia ſcientie. cap. xxiij.

Vltimo loco inter ſpēs auaricie q̄ pertinēt ad miniſtros eccleſie dicendum eſt de auaricia ſcie q̄ videtur deterior eſſe: quam auaricia pecunie. Duodecim vero ſunt que poſſunt oſtēdi qđ valde deteſtabilis ſit auaricia iſta. Primum eſt hoc ꝙ ſcriptura in multis locis monet vt cōmunicemus ſciam noſtrā alijs. Prouer. v. ſic legitur. Deriuenť fontes tui foras: ꝛ in pla. a. t. di. Eccle. xi. Mane ſemina ſemē tuū: ꝛ in veſpere nō ceſſet ma. t. Et Eccleſi. xxix. Quod habes in manu ciba ceteros. In manu habet homo q̄ opere implet: vel que habet ad manuʒ vel i promptum. Talis enim multo amplius pficeret in docendo qui bene ſciret ea que doceret ꝛ q̄ opere ipleret. Scđm ē ꝙ ēt natura ꝛ conſuetudo idem ſuadēt nobis: q2 ſol ꝛ alia corpora luminoſa lumen ſuum oībus cōmunicāt: quantum virtus coꝝ ſe extendit: niſi aliq̄ re interpoſita prohibeatur. Cōſuetudo ēt hʒ vt homines adiuicē lumen gratis cōmunicet. Inauditū enim eſt lumen exhiberi venale: ꝛ miſer valde reputaretur: q lumē candele ſue candelis alioꝝ nollet cōmunicare. Cui ſimilis ē ille q lumē ſapie nō vult alijs coīcare. Tertiū eſt hoc ꝙ ille q ſciam habet pōt eē largus de ea abſq3 ſuo detrimento. Qui diuitias terrenas hʒ nō eſt mirꝫ ſi largus nō eſt de eis: q2 eas largiri non pōt: niſi eas deſinat poſſidere. vñ Boeti9 i li. ꝯſo. O anguſtas iopeſq3 diuitias q̄s nec habere totas pluribus licet: ꝛ ad quēlibet ſine ceteroꝝ pauptate nō veniunt. In hoc hñt pecuniaʒ ſpūales diuitie ꝙ a largitate nō minuanť: cū corporalia vel minuanť: vel oīno deſinant haberi: hoc etiā vnū ē i quo attēdiť ſimilitudo ſpūs nr̄i ad deū: ꝙ ſicuti ille bona ſua largiť abſq3 pditione vel detrimēto: ita ſpiritus noſter bona ſua coīcat abſq3 detrimēto. Eſt etiā quoddā bonū ſpūale.ſ. ſummū bonū: ꝙ pōt ſimul ꝛ ſemel totū a multis haberi: ꝛ quāto a pluribus habeť tanto meli9 habeť. Quartuʒ eſt hoc q̄ꝫ in ſcia dñi datur nō ſolū nō amittiť ſed etiaʒ augetur radicatur ꝛ meliorať. vñ ſapiēs. Scia diſtributa ſuſcipit icremētū: ꝛ auarā dedignata poſſeſſorē: niſi publiceť elabiť. Et Aug. in lib. de doc. xp̄ia. Omnis res q̄ dando nō deficit dū habetur ꝛ nō datur: nō habetur quō habēda ē. Quintuʒ eſt q̄ꝫ elemoſyna de ipſa facta valde pcioſa ē: ꝛ valde neceſſaria deo ꝛ primo. vnde ſicuti valde miſer reputādus eēt ille q in tēpore in quo magna ē cariſtia ꝛ fames haberet theſaurū: q diminui nō poſſet: ſed ex largitione ſemp creſceret ſi pauperes pmitteret mori fame ꝛ eis non ſubueniret: ſic valde miſer eſt: qui de ſcia ſua eſt auar9. Quam pcioſuʒ donū ſit ſcia vel verbū diuinū innuitur. Zach. ix. vbi dicitur. Quid ē bonū eius ꝛ qđ pulchrū: niſi frumentū electoꝝ ꝛ vinū germināſ virgines? Frumentū electoꝝ dicitur frumentum verbi diuini quo electi ad regnuʒ eternum veſcuntur. vnde quaſi cibus regius eſt: frumento materiali amplius veſcuntur reprobi quam electi frumentuʒ aūt vocatur illa pars ſcripture que propter ſui difficultateʒ fractione indiget: vinum aūt germinans virgines dicitur verbū diuinū ꝙ virgies ꝛ caſtas generat affectiōes. Et diciť hoc ad differētiā vini materialis ꝙ luxurioſas reddit mētes Uñ Prouer. xx. Luxurioſa res eſt vinuʒ. Quā vtilis ſit elemoſyna iſta primo inſinuat. Sene. dicēs. Nō minus piū ē docere aiam ſciam quā corpori dare eſcā. ꝛ Aug. Non eſt magnuʒ paſcere ventres moriturros: ſed magnum eſt paſcere aīas in eternum victuras. Et Grego. Maius miraculum eſt verbo conſolationis peccatorē cōuertere q̄ carnem mortuaʒ ſuſcitare. Deo

n honorificū ē vnde Tho.xij. Opa dei re uelare honorificū ē. Sextū est q̃ ille q̃ largus est de ſcia būdicitur ab hoībus: vñ in Eccle. Splendidū in panibus būdicent labia multoꝝ ⁊ in futuro a deo būdicet. q̃ñ dicet ei. Euge ſerue bone ⁊ fi. ⁊c. Mat.xxv Septimū ē h: q̃ ſcia que ē in hoīe auaro ē q̃ſi pdita: vnde in Eccle. Sap. abſcōdita ⁊ theſaurus inuiſus q̃ vtilitas in vtriſq;? ⁊ ita bona abſcōdita in ore clauſo q̃ſi appoſitiōes epl'aꝝ circūpoſite ſepulchro. Itē in Eccle. Melior ē q̃ abſcōdit ſuā ſtulticiā q̃ q̃ abſcōdit ſapiā ſuā. ⁊ būdicti ſapia melius eē pdita in auaro q̃ pecūia: q̃ pecuniā pōt auarus in morte paupib⁹ errogare q̃ de ſcia tūc fieri nō pōt. Octauū ē q̃ nō ſolū ē inutilis ſcia in hoīe auaro imo ēt noxia ē ei. Scaturit.n. vermibus ſicut legit. Exo.xvi. Un⁹ vermis pcedens ex ſcia ē ſupbia. vñ Apo. Scia inflat. Ali⁹ ē inuidia alius indignatio: vñ Eccle.i. In multa ſapiētia multa ē indignatio: ⁊ q̃ addit ſcientiā addit laborē ⁊ dolorē. Nonū eſt q̃ ad litteraꝫ interdū amittit auarus ēt in pñti ſciaꝫ ſuā. vnde Mat.xxv. Omni hñti dabitur ⁊ habūdabit: Et ei q̃ nō hꝫ ⁊ qd videt habere auferetur ab eo. ſup quē locū dicit Glo. Hñti ſtudiū verbi erogandi dabitur grā ſup grām: ⁊ alia Glo. Multi naturaliter ſapiētes: ⁊ acuti ſi ſunt deſides pdunt bonū nature: ⁊ in eodē ca. iubet dñs talētuꝫ tolli ⁊ dari ei q̃ hꝫ.x. talenta. Decimuꝫ ē: q̃ talis odibilis ē hoīb⁹: vñ in Prouer. xi. Qui abſcōdit frumenta in tē. maledicetur in populis: benedictio aūt ſup ca. ven. Undeci. ē: q̃ iniurioſus ē proximo: vnde Ber. Rē pfecto pximi retines: ſi donis ſcientie ⁊ eloquentie adornatus verbū boni q̃ poſſet pdeſſe multis inutiliſſimo damnabili ſilentio ligas: cum ſit maledictus q̃ frumenta abſcōdit in populis. Duodeci. ē q̃ ipſe ē valde dānoſus deo. Q̃r ſicut btūs Ber. dicit modica ſementis detractio non modicū eſt meſſis detrimentū: vnde ſicuti agricolis facit maius dāmnū ille q̃ furatur ſemen quā ſi aliā reꝫ furatur: q̃ non ſoluꝫ aufert eis ſemen: ſed ēt fructū q̃ debuit exire a ſemine: ſic multū damnificat deū q̃ ſemē diuini verbi q̃ ſeminare debuit inutiliter abſcōdit. ¶ Et no. q̃ illis q̃ officio pdicatōis idonei eē poſſunt: ⁊ tñ ſibi ſolū viuere eligūt: licet h ex bona intentiōe faciāt ⁊ timore dei. ſ. vt cū puriori cōſcientia deo viuant. Multū timendū videtur eē eo q̃ ille ſeruus q̃ pecuniā ſibi cōmiſſaꝫ abſcondit in ſudario vocatus ē a dño ſeruus neq̃. In ſudario puritas cōſcientie intelligitur In ſudario ergo talentuꝫ abſcōdit q̃ amore puritatis cōſcientie officiuꝫ predicationis deſerit: ⁊ dicit Glo. ſupillum locū. In ſudario pecuniaꝫ reponit q̃ ad predicandum idoneus officiuꝫ predicationis vel ſuſcipere renuit vel ſuſceptuꝫ non bene gerit Ad idem pertinet q̃ dicit Gre. qd ſcientia ⁊ virtute predicti receſſuꝫ ſpeculatiōis appetunt. Tot.n. animaꝝ rei ſunt quot animabus in publicuꝫ pdendo pdeſſe poterant. Tales vt qdaꝫ dixit ligant ſibi pedes ⁊ manus ne deus poſſit ſe ex eis iuuare: vnde timere poſſunt illō. Mat.xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus mittite eū in tene. ex. Et.xxv. Inutilem ſeruū eijcite in ⁊c. exteri. Et.xxv. Iracūdia.n. inutilis ſuſtinebit vt legitur Prouer.xiiij. Iſta tamen de illo intelligenda non ſunt qui tante infirmitatis eſt: q̃ non videt ſalutem ſuaꝫ in mundo: ad q̃ videtur ptinere illud qd dñs dicit. Quid prodeſt homini ſi totū mundu ꝫ lucretur ⁊ detrimētū ſui faciat Mat.xvij.

De luſoribus xxiiij.

Ultimo loco inter ſpecies auaritie dicemus de peccato luſoꝝ: q̃ frequēter in luſoribus eſt peccatū cupiditatis vel auaritie. Et primo ponemus ea q̃ poſſunt facere ad dete. huius peccati. Deinde tangemus aliqd de his q̃ miſcent in luſoribus: ⁊ de his qui locant eis ad ludum neceſſaria ⁊ de his qui permittunt eis ludere in domibus ſuis. Quinq; vero ſunt q̃ poſſunt facere ad deteſta. huius peccati. ¶ Primo poteſt facere ad hec multitudo ⁊ magnitudo peccatorum que in ludo accidunt: poſſunt vero accidere ibi.xvi. peccata.

¶ Quod.xij. ſunt ſtultitie luſorum.

Primum eſt cupiditas que eſt radix omnium malorum: neceſt ibi quecūq; cupiditas ſed rapina: vult enī ſpoliare proximum ſuum rebus ipſius. ¶ Secunduꝫ peccatū eſt proditio. vult.n. ſpoliare illuꝫ cum quo comedit vel bibit. ¶ Tertiū eſt immiſericordia: vellet.n. ſpoliare eū ſi poſſet camiſia ⁊ braccis qd nō faceret vnus de latronib⁹ illis q̃ ſpoliant

peregrinos in nemoꝛibus. ¶ Quartū pec
catū eſt vſura valde magna.ſ.xi.p.xij.nō
in āno vel mēſe ſed in eadē die. Quintū ē
afflictio patris dei.ſ.quē ibi crucifigit ille q
amittit blaſphemādo ⁊ dilaniando eum.
Sextū eſt cōtēptus eccleſie matris cuiꝰ pꝛe
ceptū cōtēpnit. Ad iſta duo pctā vltima pt
referri illḋ qḋ legitur: Pꝛouer.xix. Qui af
fligit patrē ⁊ fugit matrē ignominioſus
erit ⁊ infelix ignominia iſta ⁊ ifelicitas ſa
tis manifeſta eſt in luſoꝛibus. ¶ Cōtra lu
ſores ſic habetur in canonibꝰ aploꝝ. Epūs
aut p̄ſbiter aut diaconus alee aut ebꝛietati
deſeruiēs aut deſinat aut certe dānet. Sub
diaconꝰ aut lectoꝛ aut cātoꝛ ſimilia faciēs
aut deſinat aut cōione p̄uetur. Similiter
⁊ laicus. Septimū peccatū eſt ſcādalū p̄
ximi. Coꝛrūpunt.n.multi q ad ludū inſpi
ciendū cōueniunt. Octauū eſt obmiſſio bo
noꝝ: que deberet facere luſoꝛ i tpe illo. No
nū eſt peccatum periurij. Sepe.n.iurat lu
ſoꝛ ſe lucratū fuiſſe.cū in veritate perdidit.
Decimū eſt peccatū fraudis. Sepe.n.vnꝰ
defraudat aliū ibi. Undeci.eſt peccatū ire.
Duode.peccatū cōtriſtationis. Tertiūdeci
mū eſt peccatū verberis. Quartūde.eſt fra
ctio ſolēnitatū. In p̄cipuis.n.ſolēnitatibꝰ
p̄cipue cōmittūt luſores peccatū ſuū: non
attēdētes qḋ legit. Numeri.xv.de illo qui
colligebat ligna i ſabbato moꝛte moꝛiatur
homo iſte dicit dn̄s lapidibus obꝛuat eū
omnis turba. Cōſtat aūt peius eē cū blaſ
phemijs: ⁊ piurijs ludere q̄ in ſabbato col
ligere ligna. Quintūdecimum eſt homici
diū. Interdum.n.vnus luſoꝛ pꝛo obolo in
terficit aliū. Sextūdecimum eſt idolatria.
Luſoꝛ.n. ludū deum ſuum facit dū ludū
deo in amoꝛe ſuo eū p̄ponit. Hoc.n.ab ho
mine colitur qḋ pꝛe ceteris diligit: vt dicit.
Gre.ſuper illud apoſtoli. Quoꝝ deus vē
ter eſt. Preterea ipſe ſubdit ſe iuriſditioni
taxilloꝝ vt qḋ illi dicunt ipſe faciat. Et ſi
cut deus dedit.xxi.litteras cultoꝛibus ſuis
qbus tota ſcriptura eſt per quas voluntas
dei fidelibus indicat ſic taxillus habet.xxi
punctū quibus luſoꝛ agnoſcit voluntatem
dei ſui. Diabolus.n.quaſi ſimia eſt apud
deū. Preterea. In ludo pōt accidere tranſ
greſſio omniū mādatoꝝ decalogi. ¶ Pꝛi
mum.n.mādatū eſt: nō habebis deos alie
nos coꝛam me. ¶ Scḋm mādatum tranſ
greditur: qū inutiliter vel falſo iurat. Secū
dum.n.mādatum non aſſumes nomē dei
tui in vanū. Nomē dei ſui in vanū aſſumit
qui per nomen dei iurat in vanū vel pꝛo
nullo. ¶ Tertiū mandatum eſt: memento
vt diē ſabbati ſanctifices. Quod mandatū
luſoꝛ trāſgreditur dum diebus ſolēnibus
ludo deum blaſphemat. Quomodo autē
trāſgreſſio alioꝛum mandatoꝛum ibi acci
dit de facili poteſt videri excepto hoc non
mechaberis. Sed in veritate illud māda
tum luſoꝛ ſpiritualiter tranſgreditur: dum
deum negat. Infidelitas.n.ſpiritualis foꝛ
nicatio eſt ſcḋm iudicium ſcripture. Scḋo
poteſt facere ad dete.huius peccati multi
plex malum qḋ ex ludo ſequitur. Seqtur.
n.inde ira parētum ipſius luſoꝛis: ſi ipſe ē
filiusfami. Si vero paterfa.ſequitur inde
ira vxoꝛis ⁊ totius familie: ⁊ iterdū ēt ver
bera. Remanēt ēt qn̄q꜃ odia inter luſores
Sequitur ēt exheredatio ⁊ filiarū p̄ſtitu
tio. Sequitur ēt interdū furtū. Qui.n.ca
leſactus eſt de ludo furaretur ēt ſuper alta
re ſi poſſet: furtū vero ſequitur ſuſpendiū
qn̄q꜃. Tertio pn̄t facere ad deteſta.huius
peccati.xij.ſtulticie que poſſunt aſſignari
in luſoꝛibus.

¶ De ſtulticijs luſoꝛum. xxviij

P Rima eſt ſtulticia qḋ valde viliſſi
me ſeruituti ſe ſubicit dū taxillum B
ſuum dn̄m cōſtituit ad hoc aſtrin
gens ſe vt faciat qḋ ipſe iuſſerit: ſi videas
ait Seneca murē velle dn̄ari alij muri nū
quid riſum teneas? Quanto magis ridicu
lū eſt qn̄ os caninū qḋ minoꝛis valoꝛis eſt
q̄ mus homini dn̄atur? ¶ Scḋa ſtulticia
eſt qḋ ipſe ad p̄ceptum taxilloꝝ largitur
qḋ non largiretur ad p̄ceptū dn̄i. Ipſe lar
gioꝛ eſt ad p̄ceptū taxilloꝛum q̄ fuerit btūs
martinus ad p̄ceptum dn̄i. Ipe.n.dat nō
ſolū medietatē pallij ſed totū palliū: ⁊ in
terdū tunicā ⁊ camiſiā ⁊ nudus ſequitur
dn̄m ſuū nudū.ſ.diabolū ēt ea que nō hꝫ
dat ipe. Multa.n.accipit ad vſuras vel fu
ratur. Tertia ſtulti.eſt qḋ poſtq̄ cognouit
maliciā dn̄i ſui cū ipſe deberet abnegare
eū ⁊ q̄ illius ſunt ipſe potiꝰ vero deū negat
q nihil ei nocuit ſed oīa bōa fecit ⁊ vidicat
ſe de eo q abſq꜃ culpa eſt. Quarta ſtulti.ē
ꝙ ipſe volūtarie iuriſditioni illiꝰ ſe ſubicit
q nunq̄ iuſte iudicare nouit. Taxillus.n.
tribuit alteri luſoꝝ qḋ eius nō ē. Quinta
ſtulticia ē ꝙ delectatio que: que eſt in cōtra

ctionē trium oſſiū. canīnorū diuine glorie ꝑponit Qꝺ nō ſolū ſtulticia ſed etiā inſania videtur eē. Sexta ſtultitia eſt ꝙ ipe ne ocioſus ſit ocioſa agit. vñ. B. Pro vitando ocio ocioſa lectari ridiculū eſt. Septima ſtultitia luſoris eſt ꝙ ipe cōſentit vt hoſtis ipſius ei furetur pcioſiorē rem ꝗ hēat vel vnā de pcioſioribus. ſ. tps: furantur autē tps luſores non attēdētes tpis pcioſitatem Nihil. n. precioſius tpe: ſicut dicit beatus. B. Donec hora tranſeat verbū irreuocabile: trāſit tps nō reuocabile qꝺ tibi cōceſſū eſt ad impetrādā veniā ⁊ gratiā ad agēdā penitētiā ⁊ ad ꝓmerendā gratiā Dicit eni dñs qꝺ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret ⁊c. Sed luſor affectat vt fur veniat q furetur ei vitā ſuā. ¶ Octaua ſtulti' eſt ꝙ ipſe ꝓprijs manibus ſe ↄſumit ⁊ perdit quē filius dei cruci affixus manibus redemit: vñ beatus. B. loquens in ꝑſona dñi ad talē dicit. Ego accꝫ ſui te manibus crucifixis: ⁊ tu cōſumis te mãibus delicijs delicatis: etiā eſt magna ingratitudo qꝺ homo ipugnet deū in illa parte corporis ſui in qua dñs pro amore ipſius tãtū dolorem ſuſtinuit. ¶ Nona ſtulticia eſt ꝙ ipſe ludit ⁊ in curia celeſtis iudicis lata eſt cōtra eum ſentētia mortis. vnde. B. Ludebam ego foris in platea ⁊ in ſecreto regalis cubiculi ſuper me ferebatur iudicium mortis Similis ſtulticia fuit in ieroſolymitis qui inleticia erant nō preuidentes mortem ſuam: qui iudicati iam erāt ꝓpter peccata ſua. Quā mortem fleuit dominus: vt legitur. Lu. xix. Luſor ludendo currit ad mortem ſuā. vnde. Job. xxi. Infantes eorū exultāt luſibus: ⁊ deinde ſubditur. Ducunt in bonis dies ſuos: ⁊ in pūcto ad inferna deſcendūt. ſcðm Augu. Nil aliud eſt tempus preſenti vite ꝗ curſus ad mortē: in quo nemo vel paululū ſtare vl' tardius ire permittitur: ſed omnes pari motu vrgētur vnde quicūqꝫ ludit ludendo ad mortē ſuā vadit: ⁊ diabolus de eo quaſi de fatuo ſuo ludū facit: ⁊ quicunqꝫ ibi perdat diabolus tamen ibi nō perdit. ¶ Decima ſtul. eſt ꝙ luſor qñ potuit facere opus ad ꝓpriam vtilitatē ⁊ primi edificationem ⁊ dei honorem: ipe facit qꝺ ſibi eſt dānoſum. ⁊ ꝓximo ſcandalū: ⁊ deo ↄtumelia: vñ ſeruus ne quā ⁊ maledictus ſi cū venerit dñs ei⁹ inuenerit eius ſic facientē: de tali ſeruo legitur. Mat. xxiiij. Si dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo morā facit dñs venire ⁊ ceperit pcutere ↄſeruos ſuos: mãducet āt ⁊ bibat cū ebrioſis veniet dñs ſerui illi⁹ in die in ꝗ nō ſpat ⁊ hora ꝗ ignorat. Morte. n. ſubitanea moriunt̄ tales. ¶ Undeci. ſtulti. ē ꝙ cū puer non ſit puerilib⁹ tñ gaudet Sen. Plurimūqꝫ ē cū pueritia ſꝫ qꝺ grauī⁹ ē puerilitas remanet: ſꝫ ⁊ hꝫ quidē pei⁹ qꝺ auctoritatē ſenū habemus ⁊ vitia puerorū: nec puerorū tm̄: ſed ēt infantiū. illi leuia hij falſa formidāt nos vtraqꝫ Dubiū nō eſt puerilitatē magnā eē exercitū ꝺ inilitibus de pedib⁹ ligneis fingere ꝗ tñ puerilitas in multis ſenibus reperit̄: qꝺ ē quedā inſania: vne quedā ludere par impar eqtare in harundine lōga. Si quē delectet barbatū inſania vexat ¶ Duodec. ſtulti. ē ꝙ nullū opus credūt aliqꝺ habere iocūditatis: niſi tale ſit quod nihil habeat vtilitatis: qꝺ magne corruptiōis inditiū ē. Salomon ſtulticia gaudiū ē ſtulto. Seneca. fūdamentū bone mentis eſt nō gaudere vanis. Ad ſumma peruenit q ſcit quo gaudeat: nec ſolū vanis gaudent multi hoies imo etiaꝫ in his que diabolica ſunt: vt patet in his q in auibus celi ludūt q. gaudent qñ vidēt vnā auiculā ab alia capi vel iter ficiꝫ ſatis diſſimiles ſūt beato Martino q cum vidiſſet mergulos in quodā flumine captiōi piſciū intendentes dixit. Forma iſta demonū eſt. Et nō potens hoc tollere re iuſſit mergulos inde auolare. De beato ēt. B. dicitur qꝺ cū ipſe videbat accipitrē inſeq aliā auē ipſe faciebat ſignū crucis poſt auē ⁊ capi nō poterat. Idē faciebat qdo videbat canes inſeq aliquam feram. Ipſe habebat cor humanū non ferreum ſicut multi habēt. ¶ Quarto pōt valere ad deteſta. huius peccati hoc ꝙ quocūqꝫ vertat luſor oculos cordis ipe pōt inuenire qꝺ ſibi peccatum ſuū diſſuadeat. Si ipſe vertat oculos ſuos ad id quod ſupra ſe eſt occurrit ſeueritas dñi ſeruū inutilem eternaliter cōdemnãs: vnde Mat. xxv. Inutilē ſeruū ꝓijcite in tenebras exteriores. Quis ludere audet ſeru⁹ q tam ſeuerū dñm habet? Occurit ēt liberalitas dñi ſeruos fideliter laborãtes habūdātiſſime remunerãs quaſi vtraqꝫ manu plena: vnde i Prouer. Longitudo dierū in dextera eius ⁊ in ſiniſtra illius diuitie ⁊ gloria. Similiter ſi lu-

ſoꝛ vertat oculos ad ea que ſunt ꝯtra ſe.ſ.
ad vitia ⁊ demones occurrit ei qđ ſibi lu-
dum diſſuadeat. Nõ.n.locus ludendi eſt
cũ gladiũ teneat hoſtis vt eũ ꝑimat: vnde
Sen. Cũ hoſtis a tergo inſtat ⁊ mouere
ſe iuſſus ẽ miſer: neceſſitas excutit quicqđ
pax occioſa collegit. Idẽ demẽs quaſi me
rito viderer ſi cum ſaxa in munimentũ ſe
nes femineqꝫ ꝯgregent: cũ iuuentus intra
poꝛtas armata expectaret ſederẽ ocioſus.
Similiter ſi luſoꝛ vertat oculos ſuos ad id
qđ eſt iuxta ſe.ſ.ad ꝓximũ ocurrũt ei mul
tiplices miſerie: que ſibi ludũ diſſuadent:
vnde Sene. Quid luſoꝛia cõponis eſt nõ
eſt iocandi locus. Ad miſeros aduocatus
es opem te laturum naufragis. Egris egẽ
tibus pollicit⁹ es: quo diuertis quid agis:
Succurre omnes vndiqꝫ ad te manus tẽ-
dunt perdite vite perituꝛe: quia auxiliũ
imploꝛant: loquitur Sene. ad ſapientes q
de lege naturali aſtricti ſunt ad ſubuenien
duꝫ illis qui in periculo ſunt. Specialiter
tñ poteſt hoc verbum dici illis qui curam
animarum ſuſceperunt. Illi.n.naufragis
auxiliũ ꝓmiſerũt: vnde mirꝫ eſt quõ nõ re
moꝛdet eos ꝯſcia cũ eis differũt ſubueni-
re. Si.n.qs ꝓmiſiſſet ſe ſubuenturꝫ alicui
q cecidiſſet in rodanũ ⁊ hac de cã cõduct⁹
eſſet multũ remoꝛderet eũ cõſcientia ſua ſi
ei differret ſubuenire quẽ in tãto periculo
ſciret eſſe. Quõ ergo nõ remoꝛdet eũ con
ſcientia q nõ ſubuenit ei quẽ ſcit in ꝑiculo
lõge maioꝛi: Similiter ſi luſoꝛ vertat ocu
los ſuos ad id qđ eſt infra ſe.i.ad iferioꝛes
creaturas: põt ei occurre qđ ſibi diſſuade-
at peccatuꝫ ſuũ. Nullus.n.eligit ſeminare
agꝛꝫ ſuũ poti⁹ inutilib⁹ vł noxijs q̃ vtilib⁹
Quãta ergo fatuitas ẽ ſerere ſeipſuꝫ inu-
tilib⁹ occupationib⁹ vel noxijs cũ tot occu
patiões inueniri poſſũt vtiles ⁊ aie ⁊ coꝛꝑi.
¶ Quinto põt facere ad dete. huius pec-
cati liqꝫ etiã dñs in pꝛeſenti vindictã inter
dum de luſoꝛib⁹ accipit. Quñqꝫ.n.duꝫ ipſi
blaſphemant pꝛepoſteraſ eis facies. Cui-
dam etiam militi dum occaſione ludi per
oculos dei iuraret: pꝛopꝛius oculus a capi
te exilijt ⁊ in aleariũ cecidit. Quidaꝫ etiaꝫ
ſagittarius cuꝫ eẽt valde iratus ex hoc: ꝙ
in ludo ꝑdidiſſet ſagittã direxit verſus ce-
lum quaſi vellet ſe vindicare de deo. Se-
quenti vero die cum idem ſagittarius ea-
dem hoꝛa ſederet ad ludum redijt ſagitta
⁊ ſuper aleariũ redijt ſanguinolenta.
¶ Nec ſolum cauere deberet aliqs ne ipſe
ludat: ſed etiam ne ludẽtibus ſe immiſceat.
Sicut enim ſedẽtes ad ignem calefiũt: ſic
qui cõueniũt ad ludum cã ſpectandi de lu
do calefiũt. vnde legitur in Tho.iij. Nũq̃
cum ludentibus miſcui me: nec cũ his qui
in leuitate ambulant participẽ me tribui.
¶ Cauere etiam debet homo ne locet vel
taxillos vel alia ad ludum neceſſaria. Si-
cut.n.valde malus reputaretur qui alicui
ſcelerato gladium locaret vnde aliquẽ ſan
ctũ virum interficere deberet: ſic valde ma
lus reputandus qui locat alicui taxillos ſi
credat occaſione eoꝛũ deum eſſe blaſphe-
mandum ⁊ quaſi crucifigenduꝫ. Illi etiã
non videtur omnino eẽ innocẽtes qui in
domibus pꝛopꝛijs permittũt iferri domio
ſuo ꝯtumelias infinitas ⁊ nõ ꝓhibẽt cum
poſſint pꝛohibere.

¶ De his que dant occaſionem auaritie.

Dicto de ſpẽbus auaricie dicendũ
eſt de his que dant occaſionẽ aua
ritie: que ſunt vi. ¶ Pꝛimuꝫ eſt fa
miliaritas cupidoꝛum ⁊ auaroꝛum. Sicut
enim carbones viui carbonẽ moꝛtuũ accẽ
dunt ſi eis immiſceatur ſic diuites verbis ⁊
exẽplis igne cupiditatis igniti familiares
ſuos inflamãt: vnde Eccle. xiij. Qui tetige
rit picem inquinabitur ab ea: ⁊ qui cõica-
uerit ſupbo induet ſuperbiã. Et ſubditur:
Ditioꝛi te ne ſocius fueris. Ad idẽ facit qđ
dicit Sene. vnde exẽplum auaritie vel lu-
xurie multũ mali fecit vicinis. Diues.n.cu
piditatem irritat. ¶ Scđm eſt cõſideratio
diuitiaruꝫ. Iõ dicitur. Pꝛouer. xxiij. Ne eri
gas oculos ad opes quas hꝛe non potes.
¶ Tertiũ eſt hoc ꝙ homo attẽdit in diui-
tijs illa ſolũ per que pñt videri ꝓcioſe. Ea
vero per que in veritate cõtẽptibiles ſunt
nõ attendit ſicut fugacitatẽ earũ ⁊ ſimilia
vnde Gre. Iõ tpalia diligũt: quia q̃ fugi-
tiua ſunt nõ attendũt. ¶ Quartũ ẽ amoꝛ
mũdane gloꝛie: vnde talibus qui diuitias
amant qꝛ vident gloꝛiam mundanam eis
adnexã pꝛimo ꝓdicandum eſſet de ꝯtẽptu
mũdane gloꝛie q̃ de cõtemptu diuitiarum
Securis.n.ꝓdicationis ad radiceꝫ malicie
iponenda eſt. ¶ Quintũ eſt amoꝛ filioꝛuꝫ.
Talibus vero q diuitias amãt ꝓꝑ amoꝛeꝫ
filioꝛum oſtendendum eſſet in ꝓdicatione
qđ hoc non ſit amare filios ſed potius odi

re.i.diuitias eis male cōgregare. Oſtendē dum etiam eſſet eis q̄d ourī ſint filij parētibus defunctis. Ad oſtendendum vero q̄ nō ſit amor ſed potius odiū filijs male cōgregata relinquere: poteſt īduci tale exemplum: erat quidam vſurarius duos habens filios: quorū alter nolens ſuccedere patri ſuo in male acq̄ſitis factus eſt heremita. Alius vero volens ſuccedere patri ſuo remanſit cum patre. Et mortuo patre ei ſucceſſit. Sed nō poſt multum tēpus ipſe etiā deceſſit. Cum autem nūciatum eſſet heremite de morte patris ⁊ matris: fratris doluit valde credēs eos damnatos eſſe. Et cū rogaret dominum vt ſibi reuelaret ſtatū eorum raptus eſt: ⁊ in infernū ductus ⁊ nō inueniebat eos: ſed ad vltimū exierunt de quodam puteo in flamā: primo pater deinde filius mordentes ſe ⁊ litigantes adinuicem patre dicente filio. Maledictus ſis tu quia pro te vſurarius ſui: filius ecōtrario dicebat. Immo maledictus ſis tu quia niſi iniuſte acquiſiſſes ego non retinuiſſē iniuſte: nec damnatus fuiſſem. ¶ Sextū eſt hoc q̄ homo ſibi longam vitam repromittit. De qua repromiſſione legitur. Eccle. xxix. Repromiſſio nequiſſima multos perdit. Talis erat ille cui dominus dixit Stulte hac nocte animam tuam repetent a te.

¶ De remedijs cōtra auaritiā. xxvi.

Dicto de his que dant occaſionem auaritie dicendum eſt de remedijs cōtra auaritiam: de quibus ſufficiat ponere. viij ¶ Primum eſt mortis cōſideratio: hoc remedium īſinuat Iero. in magno prologo biblie in fine dicens Facile ɔtēnit omnia qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturū. Sicut iumenta ſe defendūt ab importunitate muſcarū cauda ſua ⁊ aues ⁊ piſces cauda ſua regunt ſe. Sic homo cōſideratione finis. ſ. mortis ſe defendit ab auaritia: ⁊ etiam a ceteris vitijs ⁊ regit ſe in mūdo iſto: vnde Job. xij. Interroga iumenta ⁊ docebūt te: ⁊ volatilia celi ⁊ indicabunt tibi. Mors quaſi ad oculū demonſtrat cōtemptibilia eſſe quecūq̄ querūtur in mūdo iſto. ſ. diuitias delitias ⁊ gloriā: ⁊ vanum eſſe laborē eorū qui talibus intēdunt. Labor querentium diuitias vanus oſtēditur: q̄ corpus nutritū delitijs vermibus eſca datur. Tūc. n. apparet eos quaſi coquos vermiū fuiſſe qui delicate vixerūt Eſcam enim vermibus preparauerunt. Mira inſania. Erubeſceret aliquis ⁊ indignaretur eſſe coquus vnius comitis: ⁊ non dedignatur eſſe coquus vnius vermis. Labor etiam eorum qui querunt eſſe ſuper alios vanus oſtenditur quādo ille qui volebat eſſe ſuper ſub terra ponitur ⁊ a iumētis cōculcatur. Ad hoc poteſt referri q̄ legitur. Eccle. xi. Homo meminiſſe debet tenebroſi temporis ⁊ dierum multorū qui cum venerit arguentur preterita. ¶ Scdm remedium eſt cōſideratio dominice paupertatis: vnde. B. Magna quidem abuſio ⁊ nimis magna q̄ diues velit fieri vermiculus vilis pro quo deus maieſtatis ⁊ dominus ſabbaoth paup fieri voluit: ⁊ Trene. iij. Recordare paupertatis mee ⁊ tranſgreſſionis ⁊ abſintij ⁊ fellis. ¶ Tertium remedium eſt cōſideratio periculi in quo ſumus: iſtud remedium inſinuatur nobis Job. xxvi. vbi ſic legitur. Quaſi ſuper me tumentes fluctus timui deum ⁊ pōdus eius ferre non potui: vbi dicit. Grego. Cum fluctus tumentes deſuper eminent: tūc de naui proijciunt pro quibus longa naufragia ſumpſerunt. Ad idem poteſt referri q̄ legitur. i. Mach. iiij. Non cōcupiſcetis ſpolia quia bellum cōtra vos eſt: Ad literā quādo periculoſum bellum iminet interdicitur exercitui ne ſpolijs intendat: ⁊ ſi ſpolijs iam oneratus eſt iubetur ea deponere ſic periculū in quo ſumus debet cohibere nos ne diuitijs nos oneremus: ſi vero iā habemus eas monere debet nos ad hoc vt eas relinquamus. ¶ Quartum remediū ē ɔſideratio miſerie que adnexa ē diuitijs ſicut diffuſe oñſū ē prius: de qua miſeria dicit btūs. B. Si hēs cor ſi tibi eſt lumē oculorū tuorū deſine ea ſeq: que aſſeq miſerū ē ¶ Quintū reme. eſt: q̄ hō elōget ſe a cupidis ⁊ auaris: ⁊ familiaris ſit illis q terrena cōtēnūt: vnde in. ps. Cū ſctō ſctūs eris ⁊c. Sctūs in greco dr agyos quaſi ſine terra vñ ſenſus ē cū eo. i. cū ſancto q eſt ſine terrenitate abſq̄ terrenitate eris. Sic accidit cū eo qui cōuerſatur cū auaro ſicut dr accidiſſe cuidā paruulo q a lupa nutritus ē. Qui alium modum gradiendi diſcere ab ipſa non potuit q̄ ipſa habebat: vnde duabus manibus pro pedibus vtebatur ſic ille qui cū auaro conuerſatur exemplo eius cura terrena iſta replet. Ille vero qui con

uerſat cum illis qui terrena cōtemnunt re
ctus icedet. Cōtemptus.n.terreni celeſtia
appetet. Sextuꝫ remediū eſt conſidera-
tio eternaꝝ diuitiaꝝ. Unde Grego. Uile-
ſcunt tēporalia cuꝫ conſiderantur eterna.
Et Prouer. Fruſtra tacet rethe ãte.o.pen.
vbi dicit Interli. Laqueo facile euadit in
terris qui oculos habet in celis. Ad idem
pertinet quod dicit Sene. Non poteſt con
temnere laquearia ebore fulgentia deriua
ta in domos flumina donec terrarū orbeꝫ
ſuper ne deſpiciens ſibiipſi dixerit: hoc eſt
punctū illud quod inter gentes igne ⁊ fer
ro diuiditur: cum icorporeis ſpericis illud
quod eſt in medio ſe habeat velut punctū
reſpectu circūferētie celi. Ex quo patet fa-
tuitas amatoꝝ huius mundi qui querunt
in puncto latitudinē: que in circūferentia
querenda eſt. Unde Aug. Noli pati angu
ſtias euola in ſublime i amplitudinem ce-
loꝝ: cū terra centruꝫ mūdi ſit ex neceſſitate
anguſta eſt reſpectu circumferentie. Unde
Sen. dicit amatoribus huiꝰ mūdi. Pun-
ctum eſt illud in quo nauigatis bellatis re
gnatis. Ideꝫ ab vltimis littoribꝰ hiſpanie
vſqꝫ ad idos pauciſſimoꝝ dieꝝ ſpaciuꝫ ſi
nauem ferat ventus. Ac celeſtis illa regio
per.xxx. annos velociſſimo ſideri viaꝫ pre
ſtat. Ex anguſtia terre accidit illa preſſura
de qua dñs dicit. Jo.xvi. In mundo ꝓſſu-
ram habebitis. Septimū remediuꝫ eſt
B ꝙ homo fiduciam ſuam ponat in deo qꝺ
deus ei neceſſaria ſua prebebit ſi ipſe ei ſer
uierit ſm quod dñs ſciet ei expedire. vñ
Ma.vi. poſt illud verbū. non poteſtis deo
ſeruire ⁊ mãmone ſubiungit dñs. Ideo di
co ne ſolliciti ſitis aie veſtre. quid mãduce
tis. neqꝫ corpori veſtro qꝺ induamini. De
m i monet ad hoc vt in eo fiducia ponat.
Mãmona ſyra lingua diuitie interpretat
Dicit etiã hoc nomen eē demonis q preeſt
diuitijs. Octauū ⁊ vltimū ⁊ ſummum
remediū eſt qꝺ hō elemoſinis ⁊ orōnibꝰ ⁊
⁊ oibus alijs modis qbus poterit gratiaꝫ
dei ſibi ipetret q̄ ſola ſola ſufficit hoiem li
berare a laqueis cupiditatꝭ ⁊ auaritie. vñ
Mat.xix. Cuꝫ dñs dixiſſet difficile itrabit
diues in regnum celoꝝ ⁊ diſcipuli admi-
rarentur dicentes. quis poterit ſaluus eē.
Reſpondit dñs. Apud homines ipoſſibi-
le eſt. Et ſupplet interli. vt per ſe a cupidi-
tatibus ſuis ꝯuertant. Jō valde timenduꝫ
eſt cupiditatis peccatū vel auaritie. qꝛ cuꝫ
tanta difficultate hoieꝫ dimittit. Sicut ter
ra quandã ſtabilitatē videt habere quam
nō hñt aqua ⁊ aer iuxta illud. Eccleſia.i.
Terra in eternū ſtat. ſic peccatuꝫ auaricie
ſtat qꝺ eſt quaſi peccatuꝫ terrenū diutur-
nius videt eſſe peccato vanitatis ⁊ volu-
ptatis: ⁊ forte ꝓpter hãc diuturnitateꝫ di-
cit Iſidorus de peccato hoc: Omni gene-
re peccatoꝝ maior eſt auaricia.

¶ De prodigalitate: que eſt vitium con-
trarium auaricie. cap. xxvij. A

P Oſt remedia auaritie dicendum
eſt de ꝓdigalitate que eſt vitium
cōtrariū auaritie. de qua hoc ordi
ne dicemꝰ. Primo diſtinguemꝰ ꝓdigali
tatē a largitate. Scđo oſtēdemus mala q̄
ex ꝓdigalitate ꝓueniūt. Tertio aſſignabi
mus quaſdã ſtulticias ꝓdigi. Ultimo tan
gemus aliqd ſpāliter de ꝓdigalitate cleri-
coꝝ. ¶ Quadrupliciter vero poſſumꝰ di-
ſtinguere ꝓdigalitatē a largitate. ¶ Pri-
mo in hoc quod ꝓdigus ſua nō confert: ſꝫ
ventus vanitatis ei aufert: vñ ſicut aliqs
nō dicit largus: ⁊ ſi ventus palliuꝫ ſuuꝫ ei
auferat: nec liberales arbores dicunt vel
large: ⁊ ſi ventꝰ fructus ab eis excutiat: ſic
nec ꝓdigus largus ē dicendus vel libera
lis cui inuito ⁊ dolēti frequēter ventꝰ au-
fert ſua: eo ꝙ ſtultas manus habeat ſicut
accidit in illis qui ex frigore dicunt manꝰ
ſtultas habere. ¶ Scđo poſſumus in hoc
ꝓdigū a largo diſtinguere qꝺ ꝓdigus ſua
nō diſtribuit ſed ꝑdit. Tribꝰ caſibꝰ videt
aliqs rē ſuã ꝑdere velle. ¶ Primꝰ eſt cuꝫ
liquoreꝫ vaſi pleno ſuꝑ infundit. Scđs B
eſt cū in vaſe corrupto vel imundo ponit.
¶ Tertio cū dat pro nihilo. Et his tribꝰ
modis poſſumus dicere qꝺ ꝓdigus ꝑdit
ſua. Quaſi.n. ea pleno vaſi infundit quan
do dat diuitibus. vñ ꝓſper in libro de vita
cōtemplatiua habētibus dare nihil aliud
eſt q̄ ꝑdere. Ideo monet dñs. Luc. xiiij.
Ad dandū pauperibꝰ dicēs. Cū facis cōui
uiū voca paupes debiles ⁊ claudos: ⁊ in-
troduc huc. Et Luce.i. Dicit beata virgo
dñm eſurientes ipleuiſſe bonis. Dauid ēt
dicit in pſa. Pauperes eiꝰ ſaturabo panibꝰ
Et.iiij. Re.iiij. Legit qꝺ ſtetit oleū cuꝫ va
ſa plena eſſent Sed quorūdã oleū tūc ſolū
fluit quando vaſa plena ſunt. Uaſis auteꝫ
vacuis ſtat. Diuitibus eniꝫ parati ſunt da

re. pauperib⁹ vero nō. ꝓdigus etiā q̄ non vaſi corrupto ſua īfūdit quādo dat iſtrionibus vel alijs inhoneſtis pſonis contra illud. Eccle. benefac humili ⁊ nō dederis impio. ⁊ itez. Si benefeceris ſcito cui beneſeceris. In duob⁹ caſib⁹ ad min⁹ non ē benefaciendū impio. ſ. cū credit q̄d ꝓpter hoc iuſticiā debeat negligere. vel cum ꝓ aliquo d o ficiū inhoneſtū hoc q̄rit: ſicut faciunt yſtriones. Je. Paria ſūt yſtrionib⁹ dare ⁊ demonibus ſacrificare. ꝓdig⁹ etiā rem ſuā pro nihilo dat q̄n dat eam pro vanagloria q̄ nihil eſt in valore. Un̄ Jo. viij. Si ego glorifico meipſū: gloria mea nihil eſt. ¶ Tertio pōt diſtingui ꝓdig⁹ a largo in hoc q̄d largitio ipſi⁹ q̄dā aucupatio eſt vā ſicut aucupes nō dicunt largi vel liberales in aues q̄tūcūq3 frumēti circa laqos apponāt nec aliqs dicitur liberalis in piſces vel mures quos capere vult. ⁊ ſi etiaz delectabile apponat i hamo vel muſcipula: Sic liberales dicēdi nō ſunt q̄ ideo ſua largiunt hoibus: vt eos capiāt: vt pro eis ſint ſi venerit aliqua electio. Unde Jer. v. Inuenti ſunt in populo multi impij inſidiātes q̄ſi aucupes laqueos ponētes ⁊ pedicas ad capiēdos viros. ¶ Quarto pōt diſtingui ꝓdigus a largo: q2 vere larg⁹ de ſuo largus eſt. ꝓdigus vero de alieno frequenter. Sene. Magni animi non ē ille qui de alieno liberalis eſt.

¶ De malis q̄ ſequunt ex ꝓdigalitate.

A m ala vero que ſequunt ex prodigalitate hec ſun. ſ. paupertas vſq3 ad mendicitatez. Un̄ legit. Luce. xv. De filio ꝓdigo q̄d cupiebat implere ventrez ſuū ſiliqs quas porci mādūcabant ⁊ nemo illi dabat. Seqtur etiā inde q̄d ꝓdigus q̄nq3 incidit in manus vſurarioꝝ qui eū totū comedūt. vt videat incidiſſe i illā imprecationē ps. Scrutet fenerator omnem ſubſtātiā eius ⁊c. Quāta ſit ſeruitus vſurarioꝝ illi ſoli nouerūt qui q̄nq3 in manib⁹ eoꝝ fuerūt. Sequit etiā inde peccatū rapine. frequenter. n. aliena aufert qui ſua ꝓdige cōfert. Unde prodig⁹ ſimilis eſt aranee que muſcas deuorat: ⁊ texendo telas inutiles ſe euiſcerat. Sic ꝓdigus aliena deuorat ⁊ ſua dādo quodāmō ſe euiſcerat. Sequitur etiā inde ↄtemptus bonoꝝ ſpūaliū Ille enī3 q̄ prodigus eſt interdum dat oia ſpūalia pro. xl. ſolidis ex quib⁹ ↄuiuiū ali q̄d faciat ſimilis Eſau: qui pmogenita ſua vēdit pro lenticula. ⁊ abijt paruipendēs q̄d pmogenita ſua vendidiſſet. vt legit. Gen̄. xxv. Un̄ Tre. i. Dederūt precioſa q̄cunq3 pro cibo ad refo. a. ꝓdig⁹ adeo ſpūalia cōtemnit vt magne reputet vētres paſcere ⁊ opprobriū credat aias paſcere cū tn̄ dicat. Aug. Nō eſt magnū paſcere vētres morituros: ſed magnū ē paſcere aias in eternū victuras. Prodigus honorē reputat paſcere porcos. i. hoies luxurioſos ⁊ guloſos q̄ iudicio ſcripture porci ſunt. Un̄ legitur d̄ filio prodigo. Adheſit vni ciuiū regionis illi⁹: ⁊ miſit illū in villā ſuā vt paſcere por- B
cos. Magnuz vero dedecus reputat filios dei paſcere in hoc ſine dubio filio dei magnā faciēs cōtumeliā dū officiū illud contemnit quod filius dei ſpecialiter ſibi aſſumere voluit. Unde in ps. Ego cōſtitut⁹ ſū rex ab eo ſup ſyon mon. ſ. e. pre. pre. eius. Quod eſt contra illos p̄latos q̄ dedignant p̄dicare: q2 comites ſunt. Licet eēnt etiā reges nō tn̄ indignū eſſet eis officiū predicationis. Q̄d filius dei ſpāliter ad p̄dicandū venerit: haberi pōt ex eo quod ipſe dicit. Mat. i. Eamus in ꝓcimos vicos ⁊ ciuitates: vt ibi p̄dicem. Ad hoc. n. veni. Et Luce. i. Uiſitauit nos oriens ex alto ⁊c. Et in Johan. xviij. Ego in hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni in mundum: vt teſtimoniuz peribeam veritati.

¶ De ſtulticijs prodigi.

s Equitur de ſtulticijs prodigi. Et ē pma ſtulticia q̄d ipſe sciēs ⁊ volēs partē ſuā facit deteriorez. Q̄nq3 ēt nullam: ⁊ ideo maledictus eſt. Un̄. B. Si maledictus eſt qui partē ſuā facit deteriorem: quid ille qui penitus ſe reddit expertem? Expertē ſe reddit: qui de bonis ſuis nullam partez reſeruat. ¶ Scda ſtulticia ꝓdigi eſt quod ipſe rem illā quaz ſup oia amat facere diu. Ita vult facere quod eaz diu facere non poſſit. Hanc ſtulticiā oſtendit nobis phus dicēs. De re parua familiariter ipartiendū eſt: ſed moderate. Quid enim ſtultius quā quod libenter facias curare. vt diu facere non poſſis. Tertia ſtulticia prodigi eſt: ꝙ ipſe contra rationez de modico vult largiri. Non attendēs ꝙ legitur i Tho. iiij. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. Si exiguū tibi fuerit libenter ipartiri ſtude. Iſtud ordinatū eſt: vt q̄

modicū habet modicū tribuat: ſed bona voluntas ſuppleat modicitatē muneris. Greg. Non eſt vacua manus a munere ſi archa cordis plena eſt bona voluntate. Sen. Non qd detur refert ſed qua mente Regū equauit opes aīa: q̄ exiguū tribuit ſed libenter. ℂ Quarta ſtulticia ꝓdigi eſt qḋ ipſe non videt̄ de diuitijs querere niſi peccata. peccāt. n. ⁊ in acqſitione earū ⁊ in largitione. ⁊ alius hꝫ idē vtilitatē. Ipſe ſimilis eſt canali ex aque retinenti feces ⁊ limoſitatē. Si recte ſapis concham te exhibebis ⁊ nō canalē. ℂ Quinta ſtulticia ꝓdigi eſt quod ipſe vult quodāmodo largior eſſe deo. Uñ Ber. Nō deo largior eē velis concha imitter̄ fontē nō ire in riuū donec ſuis faciet̄ aqs. Nō pudeat concham non eē fonte ſuo ꝓfuſiorē. ꝓdigus plus videt̄ diligere proximū q̄ ſeipm̄: cū tn̄ in veritate: nec ſe nec proximū diligat. Licet ex ſtulticia ſua effundat. Ipſe eſt quaſi doliū abſq̄ fundo: ⁊ iō non eſt mirū ſi effundat qcqd acceperit. Ut breuiter dicā inſipientior videtur eſſe prodigus q̄ auarus: quantū ad hoc quod auarus iſipiens eſt quantū ad deū ſolū. prodigus vero ⁊ q̄tum ad deum ⁊ q̄tum ad mundū. prodigo deeſt ſapie fūdamentū quod eſt ſibiipſi ſapientem eſſe. Unde Ber. Non eſt ſapiens qui ſibi nō ē ſapiens: Et Prouer. xx. Si ſapiens fueris tibimetipſi eris. Iniquior etiā videtur eſſe prodigus q̄ auarus: q̄tum ad hoc qḋ prodigus iniquus eſt in ſeipm̄: ſed auarus iniquus eſt in proximū. Uñ Eccle. xiiij. Qui ſibi neq̄ eſt cui bonus eſt? Itē. Qui ſibi inuidet nihil eſt illo nequius.

ℂ De prodigalitate clericorum.

ſ Equitur de prodigalitate clericos rum. Et notandū q̄ .vi. ſunt que deberent cohibere clericos ne de bonis eccleſiaſticis prodigi eſſent. ℂ Primū eſt hoc q̄ bona eccleſiaſtica bōa pauperum ſunt. Unde pauperibus eroganda ſunt ſicut manifeſtū poteſt eſſe ex verbis ſanctoꝝ que ſequunt̄. Jero. Quicquid habent clerici elemoſyne pauperū ſunt. Qḋ de bonis eccleſiaſticis itelligimus. B. Facultates eccleſiaꝝ patrocinia ſunt paupeꝝ ⁊ ſacrilega eis crudelitate ſubripitur qcqd ſibi miniſtri ⁊ diſpenſatores nō vtiq̄ dn̄i ⁊ poſſeſſores vltra victū ⁊ veſtitū accipiūt. Idem res pauperū non pauperibus dare crimē ſacrilegij dignoſcitur eē. Jer. Pars ſacrilegij eſt: res paupeꝝ nō pauperibꝰ dare. Quid accepiſſe pauperibus erogandū ⁊ eſurientibus plurimis cautum eē vel timidum: vel quod apertiſſimi ſceleris eſt aliqd exinde ſubtrahere oīum predonum crudelitatem ſuperat. Idem. Maximū periculū eſt de patrimonio xp̄i nō pauperibꝰ dare. Item. B. Clamāt nudi. clamant famelici ⁊ cōqueruntur. ⁊ ponit verba pauperum conquerentium de clericis dicens. Domine nobis ſic fame ⁊ frigore miſerabiliter laborantibus quid conferūt tot mutatoria vel extenſa in particis vel plicata in manticis. Noſtrum eſt quod effunditur: nobis crudeliter ſubtrahit̄ quod inaniter expenditis: ⁊ nos dei plaſmatio: ⁊ nos xp̄i ſanguine redempti ſumus. Uos ergo fratres noſtri vide quale ſit ḋ ſuperna portione paſcere oculos noſtros: vita noſtra cecidit vobis i ſupfluas copias. noſtris neceſſitatibus detrahitur quicquid accedit vanitatibus veſtris. Idem. O vanitatū vanitas: ſed non vanior q̄ inſanior. Fulget eccleſia in parietibus ⁊ in pauperibꝰ eget. Suos lapides iduit auro: ⁊ filios ſuos nudos deſerit. De ſumptibus egenorum ſeruit oculis diuitum. Inueniūt curioſi quo delectentur: ⁊ non inueniunt miſeri quo ſuſtententur: ⁊ ſi deuotio in talibus poſſit deo accepta eſſe: curioſitas autem vel ſupbia ex qua multi talia faciunt deo deteſtabilis eſt. Item Ber. Loquens de illo verbo Iſa. xxvi. In terra ſanctorum iniqua geſſit ⁊ non videbit gloriam domini. Timeant inqui clerici: timeant miniſtri eccleſie qui in terris quas poſſident tam inique gerunt: vt ſtipendijs que ſufficere deberent minime contenti ſuperflua quibus egeni ſuſtentandi eſſent impie ſacrilegeq̄ retineant: ⁊ in vſus ſuperbie atq̄ luxurie victum pauperum conſumere non verentur duplici profecto iniquitate peccantes S quia aliena diripiunt ⁊ ſacris ipſius vanitatibus ⁊ turpitudinibus abutuntur: valde vero periculoſa eſt rapina quam tales faciunt tribus de cauſis. ℂ Prima quia non agnoſcitur vnde accidit quod multi eam non confitent̄: ⁊ non ideo proponūt abſtinere a rapina tali. Et aliqui ſimpli-

tes confeſſores non dicunt eis vt reſtituan-
tur pauperibus ea in quibus defraudaue-
runt eos licet patrimonium habeāt vnde
reſtituere poſſint. Mira cecitas. Si quis
dānificaſſet diuitem vnū in .v. ſolidis. Ipſe
cōfiteretur ⁊ haberet propoſitum cauen-
di de cetero ⁊ reſtitueret pro poſſe ſuo ali-
ter ſciret ſibi non valere penitentiā. Ille
vero qui pauperes dānificauit in .c.li. vel
amplius nihil tale facit ⁊ tamen credit ſe
agere veram penitentiā. ¶ Secundo peri-
culoſa eſt ꝓꝑ magnitudinem culpe que eſt
in rapina tali quā oſtēdit nobis glo. ſuper
Mat. vbi dominus dicit petro. vade ad
mare ⁊ mitte hamum ⁊ eum piſcem qui
aſcenderit prius tolle ⁊ aperto ore eius in-
uenies ſtaterem. Glo. Iudas quidē cō[mm]iſſa
in loculis habebat res pauperum etiā in
ſuos vſus cōuertere nephas duxit per hoc
ipſum dans exemplum nobis vitandi hu-
iuſmodi pericula. ¶ Tertio periculoſa ē
quia multum īpedit hominem a ſalute: q[uia]
ſi ille qui habet bona eccleſiaſtica pauperi-
bus portionem ſuam redderet fideliter cō-
tentus victu ⁊ veſtitu ſibi neceſſarijs: vix
accideret quin ipſe ad ſalutem perueniret
Quomodo eni miſericordia dei illi larga
non eſſet gratiam ſuam largiendo qui ſi-
bi largus eſſet pauperibus ſubueniendo.
vnde. Augu. ſluit riuus ⁊ fons ſiccabitur.
Miſericordia eni dei velut fons eſt. Miſe-
ricordia vero noſtra velut riuus. Non eſt
veriſimile qđ fons non fluat ex quo riuus
fluit. vnde ambr. ſup. i. Ad Thim. iiij. Ubi
ſic legitur pietas ad omnia vtilis eſt. Qui
pietatem ſequitur ſi lubricum carnis patia-
tur vapulabit quidem ſed nō peribit. Qđ
intelligendum nō eſt de illo qui cōfidens
de elemoſinis ſuis ideo diutius ⁊ ſecurius
peccat. Talis eni vtitur elemoſinis ſuis ad
dei impugnationē ideo nō eſt dignus pec-
catorum ſuorū remiſſione: ſed potius eter-
na damnatione. ſed de illo intelligendum
eſt hoc qui videns incōtinentiam ſuā ele-
moſinas facit vt miſericordia dei gratiā
ſibi cōferat per quam cōtinere poſſit: ⁊ ta-
lis enim vt frequentius ad bonum finem
venit vnde. Ie. Nō memini me mala mor-
te vidiſſe mortuum qui liberalem ante du-
xerit vitam. De illis vero qui de bonis ec-
cleſiaſticis pauperes defraudāt nō eſt mi-
[illegible]um ſi peccāt ⁊ dānantur. Quomodo eni
miſericordia dei dabit illis gratiā que cōti-
nere poſſint q̄ bona dei potius volūt ꝓdi-
ge effundere q̄ deo in paupibus dare? Et
tū cū hoibus non ſolū largi ſunt ſed etiam
ꝓdigi tamē ſoli deo ſunt auari ſed etiā de
bōis ipſius que ſubtrahūt ori dei eaq; po-
nunt in ore porci imo in ore diaboli. Cū
n. mal[us] ſit ſeruus diaboli ⁊ os ⁊ cetera mē-
bra ipſius diaboli ſunt praua. Quō o miſeri-
cordiā cōſequūtur illi de quibus tot iniu-
rie pauperum a deo poſtulāt vt ipſi dānen-
tur. Tales hoies ſunt oues diaboli cū dia-
bolus eos tūdeat ſingulis annis. veſtes q̄s
ipſi deponūt dando mēbris ſuis. Nec ſolū
periculoſa eſt rapina iſta ſed etiā ignomi-
nioſa. Ignominia. n. eſt a pauperibus ra-
pere. verbi gratia. Si facta eſſet vniuerſa-
lis donatio pauperibus alicuius ciuitatis
valde vilis ⁊ miſer reputaretur ille q̄ pau-
perib[us] elemoſinas eis datas auferret: iſ ēt
poſtea plus expēderet faciendo magna cō-
niuia. Sic valde viles ſunt q̄ de bonis ec-
cleſiaſticis que bona pauperum ſunt cōui-
uia ſupflua faciūt Tot enim paupibus ea
auferūt q̄ta inde habere potuerūt: Etiam
magna ignominia erit in die iudicij quan-
do paupes ↄquerent: vno dicēte iſte abſtu-
lit mihi vnū prādiū alio dicente iſte mihi
abſtulit denariū vnū vel aliud. ¶ Scđm
ē hoc qđ bona clericoꝝ freqūēter a paupi-
bus ſunt ablata ⁊ ſanguine xp̄i cōparata:
vn̄ incōgruū eſt de elemoſinis pauperum
ſupflua ↄuiuia diuitibus facere. Accidit. n.
interdū qđ in .xx. ſolidis quos ꝓdigus cleri-
cus expēdit in cōuiuio vno: multi paupes
poſuerūt qđ proprio ori ſubtraxerunt: ⁊ ta-
lis poſuit ibi nummū cui obolus nō remā-
ſit. Similiter incongruū eſt ea que ſangui-
ne xp̄i empta ſunt ſuperflue expendere. vn̄
ſuper illđ. Ie. ve. qui facit laquearia cedri-
na ⁊ pingit ea ſynopide. i. xp̄i ſanguine di-
cit glo. ¶ Tertium eſt qđ clerici forma de-
bent eſſe gregis ⁊ bonum exemplū alijs
dare ⁊ valde incongruum eſt quādo ſuis
ſuperfluis conuiuijs illos corrūpunt quos
ſanare debuerunt: ⁊ alios maculant quos
debuerunt mundare ⁊ ſanctificare: vnde
legitur de illis in epiſtola iude. hij ſunt in
epulis ſuis macule conuiuantes. non ſolū
ſunt macula ſ; etiā ſunt macule alios ma-
culātes ſuo malo exēplo. ⁊ materiā miſtrā-
do ſuis ſupfluis cōuiuis guloſitati ⁊ ebrie-

tatis & multis alijs peccatis. Quarto de
bet cohibere clericos a vitio iſto prodigali
tatis multitudo & magnitudo peccatorũ
que ſequũtur in eis ex vitio iſto: Ex prodi
galitate accidit in multis quod ipſi fiunt
raptores ſymoniaci. oppreſſores pauperũ
excoriatores ſubditorũ. Quintuʒ eſt hoc
quod hoc vitium multum impedit eos ab
officio ſuo. Nõ eniʒ poſſunt illi officio ſuo
intendere debitis aggrauati: & viſitatio eo
rum potius eſt ſubditorum: corruptio pro
pter nimias expenſas q̃ eorum correctio.
Sexto deberet cohibere diſpenſatores
bonorum eccleſiaſticorum a prodigalitate
conſideratio diſtricti iudicij. Si.n. ex illo
verbo. Eſuriui & non de. mihi man. illatu
rus eſt dominus in iuditio. ite ergo male
dicti in ignẽ eternũ. quid dicturus eſt pro
digis diſpenſatoribus qui non ſoluʒ ipſis
eſurientibus non dederunt manducare: ſʒ
etiaʒ ipſis eſurientibus abſtulerunt quod
debebant manducare.

### De peccato accidie.

Poſt peccatũ auaritie dicendum eſt
de peccato accidie: q2 pigritia inter
duʒ ex auaricia ſequitur. vnde Lu.
xij. Dicit diues ille cuius agri fructus vbe
res attulit. Anima mea multa habes bene
repoſita in annos plurimos requieſce &c.
Dicemus aũt hoc ordine de vitio iſto.
Primo ponem⁹ ea que poſſunt valere ad
deteſta. huius vitij. Secundo agemus de
diuerſis generibus peccatorũ que pertinẽt
ad hoc vitium. Tertio tangemus aliquid
de remedijs contra vitium iſtud. Ad dete
ſta. vero hui⁹ primo poſſunt valere diuer
ſa exempla. Et poſſum⁹ primo ſumere exẽ
plum ab hijs que non habent ſenſum nec
vitam nec rationem ſicut eſt a ſole. Secun
do ab eis qui vitam habent ſed non ſenſũ
vt ab hijs que ex terra naſcunt. vt ab her
bis arboribus & ſimilibus. Tertio ab hijs
que habent vitam & ſenſum ſed non ratio
nem vt a brutis aĩalibus. Quarto ab hijs
que habent rationem & gratiam vt a ſctis
viris. Et primo ſequemur de primo. Poſu
it deus preceptum ſoli vt ſingulis diebus
ab oriente veniat in occidentem: & ſingu
lis noctibus reuertatur in oriente: & nun
quã preterit iſtud preceptum. nõ pigrita
tur nec de die in diem nec eſtate nec hye
me implere illud preceptuʒ quantumcũq3
laboret in vno die nihilominus tamen ſum
mo mane ſurgit ſequenti die. & tamen nõ
expectat talem remunerationem laboris
ſui vel talem penam negligentie ſue qua
lem homo. Ad hoc videtur habuiſſe reſpe
ctum. Augu. cum dixit. Indecens eſt chri
ſtiano ſi radius ſolis in lecto inueniat euʒ
Poſſet enim dicere ſol ſi partem loquendi
haberet. amplius laboraui heri q̃ tu. & ta
men cum ego iã ſurrexerim tu adhuc dor
mis. Poſſumus etiam accipere exemplum
ad deteſtationem accidie ab eis que ex ter
ra naſcuntur. Videmus eniʒ herbas & ar
bores que tam minimum habent initium
creſcendo ad magnam quantitatem per
uenire. habent tamen tot aduerſantia ſibi
in hyemẽ & aliam aeris intemperiem ſin
gulis etiaʒ annis auſertur eis labor ſuus.
& florum & fructuum & frondium. & tamẽ
nihilominus oportunitate inuenta operã
di operantur. Qui videret nuditatẽ eoruʒ
in hyeme vix crederet quod tanta pulchri
tudine indui poſſent eſtate: niſi ideʒ alias
vidiſſet. Qui videret quam parua ſit ar
bor nucis in ſuo initio vix crederet qđ ad
tantam magnitudinem peruenire debe
ret: niſi alias ſimile vidiſſet. Nõ debet igi
tur pigritari homo nec diffidere & ſi defe
ctum bonorum in ſe videat vel ſi aliqua ſi
bi reſiſtant: Plus enim poteſt homo q̃ cre
dat. Tali exemplo vtitur dominus. Mat.
vi. dicens. Conſiderate lilia agri quomo
do creſcunt. Et ſubditur dico vobis quod
nec ſalomon in omni gloria ſua coopertus
eſt ſicut vnum ex iſtis. ¶ Tertio exemplo
vtitur ſalomon: Prouer. vi. dicens. vade
ad formicam o piger. & conſidera vias. e.
& diſce ſapientiam que cuʒ non habeat du
cem nec preceptorem: nec principem pa
rat eſtate cibum ſibi & congregat in meſſe
qđ comedat in hyeme. ¶ Et ſunt. v. atten
denda in hoc exemplo. ¶ Primo formice
paruitas quam ſalo. proponit quaſi magi
ſtram homini. Multum enim poteſt con
fundi homo quando videt ſe tam parue
ſcientie quod a tam paruo animali poteſt
doceri: vnde multum conari debet ad ad
diſcendum ſicut accidit in ſcolis quando
aliquis magnus a paruo puero docetur
ex quadam erubeſcentia deberet ardenti
us addiſcere: ad hoc poteſt referri quod di
it Seneca. Pudeat ab exiguis animali

bus non trahere mores. Erubeſcere poteſt homo ꝙ tam paruum animal melius morigeratum ſit q̄ ipſe. ¶ Secundo attendēdum eſt ꝙ dicit ſalo. conſidera vias eius ⁊ non viam: vias vocans diſcurſus quos faciunt pro querendo cibo: pluries enim vadunt in die ad querendum frumentum vnde ſatis poſſent erubeſcere qui ſemel in ſeptimana grauantur venire ad ſermonē ad querendum anime ſue cibum. ¶ Tertio attendendū eſt ꝙ formica in hoc opere non habet hominem ducem cuius exemplum ſequatur: nec preceptorē cuius verbo ad hoc doceatur: nec principem a quo puniatur eius negligentia: hō tamen omnia iſta habet. ¶ Quarto eſt attendendū hoc ꝙ ipſa purum granum eligit vt de eo paſcatur: vnde multum poſſent confundi in hoc illi qui ſpurcicias ⁊ immundicias alienorū peccatorum eligūt vt illis os ſuū paſcant iuxta illud. Prouer. xvi. Os ſtultorū paſcitur immunditia. ¶ Quinto attendendum eſt in hoc exemplo quod formica adeo ſe onerat frumento vt interdū videatur eſſe minor ſuo onere. In quo ſatis poſſunt confundi illi qui a ſermone redeunt vacui nec vnum verbum reportantes ſecum. ¶ Poteſt etiam valere ad dete. auaritie exemplum eorum qui amant mūdum. Si enim reſpiciamus quot ⁊ quantis laboribus quotidianis cruciatib⁹ ipſi merentur cruciatum eternum: ſatis poterim⁹ confundi quod adeo pigri ſumus laborare pro regno eterno: vnde Aug. O ſi poſſemus excitare homines ⁊ cum ipſis pariter excitari: vtinam tales eſſemus amatores vite pmanentis quales ſunt homines amatores vite fugientis: quis non vt viueret continuo perdere voluit vnde viueret: eligere vitam medicantem q̄ celerem mortem: cui dictum eſt nauiga ne moriaris ⁊ piger fuit ⁊ diſtulit: cui dictum eſt labora ne moriaris ⁊ piger fuit: leuia iubet dominus vt in eternum viuamus ⁊ obedire negligimus. Ad idē poteſt adduci quod dicitur in vitas patrum de quodam ſancto patre quod cum vidiſſet ornatum cuiuſdam mulieris flens inquit. Omnipotens deus mihi ignoſce q2 vni⁹ diei meretricis ornatus ſupauit totius vite mee induſtrie ornamenta: ⁊ abbas pamb. videns mulierem in alexandria ad quam de heremo deſcenderat fleuit: ⁊ interrogantibus cauſā ſui fletus ait. Due res me mouent: vna de illius perditione: alia q2 nō habeo tale ſtudium placendi deo: quale ſtudium habet iſta vt placeat hominibus. ¶ Ad dete. etiā accidie poſſent valere exempla bonorum ⁊ de multis pauca ponem⁹. Dauid. Pauper ego ſum ⁊ in laboribus a iuuentute mea: ⁊ de ſapiente muliere legitur in fine. Prouer. Quod panem occioſa non comedit. ⁊ apo. d. de ſe. Plus omnibus laboraui. De chriſto etiā legitur. Jo. iiij. Quod ipſe fatigatus ex itinere ſedit ſuper fontē. Et in multis alijs locis in euangelio legitur de labore ipſius. vnde Ber. Quamdiu vixero memor ero laborum quos chriſtus ſuſtinuit in predicando: fatigationum in diſcurrendo tentationum in ieiunando vigilare morando: lachrymare in compatiēdo. Recordabor etiam dolorum conuitiorum ſputorum colaphorum ſubſannationum exprobrationum ⁊ clauorum horūq; ſimilium. Alioquin requiretur a me ſanguis iuſti qui effuſus eſt ſuper terram legitur etiam quod beatus Arſenius primo palatinus poſtea heremita maximus querentibus a ſe in quo confideret. Reſpondit in eo quod homines fugi aliquam diu tacui fleui: ⁊ potiſſime in hoc gaudeo q̄d manibus laboraui: Et quedam vidua moriens recuſabat ſepeliri in camiſia ſibi data dicens ſepeliar ſi quidem in camiſia elaborata proprijs manibus ⁊ non alienis ⁊ de beata virgine legitur. Luc. i. Q̄d abijt in montana cum feſtinatione. ¶ Legitur etiam Geñ. xviij. Feſtinauit Abraham in taber. ad Sarram dixitq; ei: accelera tria ſata ſimule ⁊ fa ſubcinericios panes. Ipſe vero ad armentū cucurrit ⁊ tulit inde vitulum tenerum ⁊ optimū. deditq; puero qui feſtinauit ⁊c. de quo verbo loquens origines ait. Senex currit: ſara accelerat: puer feſtinat. nullus piger inuenitur in domo ſapientis. ¶ Ad dete. etiā. accidie poſſunt valere iſta verba ſacre ſcripture que ſuadent laborē ⁊ diſſuadent ocium ⁊ pigritiam. vnde Eccle. vlt. verba ſapientum quaſi ſtimuli ⁊ quaſi claui in altum defixi Stimulus valet contra tarditatem iumentorum ſic verba ſapientum contra pigritiam hominum: ⁊ Notandum ꝙ homo laborat quaſi contrarijs vitijs. Eſt enim len

tus ad bonū ⁊ preceps ad malū. ſed verba
ſapientū ſūt velut ſtimuli q̄ excitant' homi
nez ad bonū. Et ſūt velut claui in altū defi
xi. Q̄ retinent hominē ne ſe precipitet in
malū. De multis vero verbis q̄bus ſuade
tur nobis labor ⁊ diſſuadet' pigritia pauca
ponem⁹. Dicit Jero. ſup illud Ezech. xvi
Hec fuit iniq̄tas ſodome ſororis. t. ſupbia.
ſaturitas panis. ⁊ habūdantia ⁊ ociū ipſi
us ⁊ filiaꝝ. Sēp inq̄t aliq̄d agendū eſt ne
ager noſtri pectoris manu ceſſante maloꝝ
cogitationū ſentibus' occupet'. Eccle. vij.
Non oderis opera laborioſa ⁊ ruſticatio
nem a deo creatā: ruſticationem deus crea
uit qñ dixit Gene. iij. Jn ſudore vult⁹ tui
veſ. p. t. vel cū poſuit hoīez in paradiſo vo
luptatis vt operaret' vt legitur. Gene. ij. ⁊
Eccle. xiiij. Nō defraudaueris a die bono.
Et particula dei boni nō te pretereat. ⁊ ibi
dem. Ante obitū tuū operare iuſtitiā: q̄ñ
eſt apud inferos inuenire cibū. hoc mani
feſtū ē in diuite epulōe: q̄ apud inferos gut
taz aque inuenire nō potuit quaz digito la
zari q̄ leproſus fuerat petijt. Tūc nō erat
ipſe ita idignātis nature ſicut' in ſeculo iſto
fuerat: adhuc nō impetrauit ipſe illaz gut
tam aque. ⁊ tñ pluſq̄ mille anni trāſierunt
q̄d eaz petijt. legitur Eccle. ix. Quodcūq̄
pōt facere man⁹ tua inſtanter operare: q̄a
nec op⁹ nec ratio nec ſcia nec ſapia ē apd
inferos quo tu pperas. Apud inferos nō
ē opus ſ3 merces opis. nec rō q̄ nō pſūt
ibi Ar. argutie nec ſapia nec ſcia ſūt ibi ad
excuſationem vel defenſionē ſed poti⁹ ad
accuſationez. Seruus. n. ſciens voluntatē
dñi. ſ. ⁊ non fa. vapula multuz. Jtē Eccle.
ix Mane ſemina ſemē. t. ⁊ veſpere nō ceſ
ma. t. ⁊ Apoſt. ij. ad theſ. iij. Siq̄s nō vult
operari nō manducet. ⁊. ij. ad thi. iiij. Jn
oībus labora opus fac euāgeliſte. iō dedit
dñs membra diuerſa hoī vt ex oīb⁹ ei ſer
uiret. vnde qñq̄ hō ſeruire debet deo ore
cantādo: qñq̄ manu ſcribendo: ⁊ ſic de ce
teris mēbris. Jtē ad gal. vi. bonū faciētes
nō deficiamus. tpe. n. ſuo mete nō defi. q̄
dū temp⁹ hēmus operemur bonū ad oēs
⁊ Eccle. vi. Ne accederis in vinculis eius
⁊ loq̄tur de ſapia: vincula ſapie ſunt diui
na precepta q̄bus ligatus eſt hō q̄ ex mor
ſu pomi prohibiti q̄ſi venenati incidit in
ſpūalē inſaniā: cui⁹ inſanie hec ſunt ſigna
q̄d in mente q̄ſi aliena loq̄tur: fatua cogitā
do: q̄d gaudet inde vñ flendū eſſet. vnde i
Prouer. Stultitia ē gaudiuz ſtulto ⁊ Aug.
dicit ſuper Joannē. Riſui taliū riſus eē
freneticoꝝ. Signū ēt huius inſanie ē hoc
q̄d hoīes exq̄runt picula q̄bus ſe pimant.
vñ in Prouer. xxvij. Corruīq̄ exq̄rit mala
ſicut occultos laqueos vſure vel ſymonie
q̄bus ſe pimat. Jn ps. labores manu. ſ. q̄
mā. ⁊c. Tertio pōt valere ad dete. accidie
ſi oſtēdat' q̄tuz hoc peccatū deo diſpliceat
diabolo placeat. ⁊ homini noceat. Quan
tū deo diſpliceat pōt pmo oñdi ex illo ver
bo apoc. iij. vtinā frigidus eēs aut calid⁹: ſ
ſed q̄ tepidus es: ⁊ nec frigidus nec cali
dus incipiaz te euomere ex ore meo. Cali
dus ē q̄ feruens eſt ad bonū: frigidus ē q̄
ſimpliciter deſiſtit a bono. Tepidus vero
q̄ medio mō ſe habet. Et dicit interli. q̄d
maior ſpes ē de frigidis q̄ de tepidis cuius
rei hec eſt cā. Quod tepidi q̄daz fiduciaz
⁊ ſecuritatē accipiunt de hoc q̄d aliq̄d bo
ni agunt ⁊ iō ſe non corrigūt. Tepidus ve
ro de ore dei euomitur q̄ p predicatores i
q̄bus de⁹ loq̄tur de cōſortio ſanctoꝝ remo
uetur per excōicationem. vel tepidus euo
mitur qñ per deteriora precipitat': vel qñ
impenitēs morit' d hac tepiditate dicit. Je.
Tepiditas ſola eſt q̄ ſolet deo puocare vo
mitum. Q̄d accidia multū deo diſpliceat
pōt vero oñdi per h̄ q̄d legit' Luc. xv. Ubi
ſic legitur. Dico vobis q̄d ita gaudiuz erit
ſup. u. pec. pe. a. q̄ ſup. xcix iuſtis q̄ non in
digent penitentia. Q̄d exponit. Gre. de iu
ſtis illis q̄ deſidioſe ſe habēt ⁊ de peccato
re feruente ad penitentiā. vnde dñs feruē
tez peccatorē. xcix. Juſtis accidioſis prepo
nit: ſicut dux in prelio. Plus. n. militē dili
git q̄ poſt fugā reuerſus hoſtē fortiter pre
mit. q̄ euz q̄. nūq̄. fugit nec vnq̄ fortiter egit
plus amatur ager qui poſt ſpinas ⁊ tribu
los fructus vberes reddit q̄ ille qui ſpinas
⁊ tribulos nunq̄ tulit. ⁊ ſemp fertilis exti
tit. Ad iſtud oſtendendū adduci pōt quod
legitur. Luc. xiij. De ficulnea fructuz non
faciente. Succide illaz inq̄t domin⁹ vt q̄d
terram occupat. Et q̄d dicitur. Mat. xxv.
Tollite ab eo talentuz: ⁊ loq̄t' de ſeruo
pigro ⁊ ſubditur. Et inutilez ſeruum in illus
eijcite in tenebras exteriores. ⁊ Math. iij.
Oīs arbor q̄ nō fac. fru. bo. e. ⁊ in ig. mit.
¶ Q̄d aūt hoc peccatū multū placeat dia
bolo pmo pōt oñdi ex hoc q̄d legit'. Job.

ei. Circundāt eū ſalices torrētis. Per torrentē cui⁹ aque cito deficiūt itelligitur voluptas p̄ſens q̄ cito finietur in q̄ diuites huius ſeculi plātati ſunt: velut ſalices que ſūt arbores īfructuoſe: ⁊ huius ſalices circundant diabolū quaſi faciendo ei vmbram. In hoc vero qđ hoies q nihil faciūt salices vocātur: īſinuat̄ quāta ſit fatuitas eop q ſe meliores alijs iudicāt ⁊ honorabiliores: q₂ nihil faciūt. Similis. n. fatuitas eſt ac ſi aliqs diceret. ſalices amigdalinis arborib⁹ p̄ualere: eo ꝙ ſteriles ſint. Ad oſtēdendū etiā quantū hoc peccatum placeat diabolo poteſt adduci qđ legitur. iude. i. De Adonibezet qui amputauerat. lxx. Regibus manuū ac pedū ſūmitates. Adonibezet interp̄tatur dñs fulgurās q amputāt in illis q hn̄t regere alias ſūmitates manuū ac pedū dn̄i ꝑcurat vt tales ad opera vtilia ſūt quaſi īpotētes. Qui habet ſūmitates manuū ac pedū amputatas inutilis eſt quo ad vſus mēbrop iſtop ⁊ ſi in parte mēbra iſta habeat. Sic ergo multi ad vtilia opa īpotētes: ſed ad inutilia vel noxia potētes hn̄t. Ad idē oſtendendū valet quod legitur. Mat. xij. De immundo ſpū q inueniēs domū a qua exierat vacantē vadit ⁊ aſſumit. vij. alios ſpūs nequiores ſe ⁊ intrantes habitāt ibi. Et eiuſdē. viij. Legitur de demonibus q dixerūt dn̄o. Si eicis nos hic. mitte nos in gregē porcop. Porci ſūt qui nihil faciunt niſi quod voluptati corporis deſeruiūt q ſunt quaſi ꝓpriū hoſpitiu₃ demonu₃. In accidioſis h₃ diabolus q̄ſi hoſpitiū getis. Un̄ Job. xl. Dormit i ſacreto calami. Calam⁹ qui vacu⁹ ē ſignificat hominē vacantē ⁊ ocioſu₃ in quo diabolus quieſcit ⁊ dormit.

C Secundo de malis que facit accidia.

C s Equitur videre q̄liter noceat peccatū accidie homini. Noceat autē ei mala inferendo tam pene q̄ culpe: ⁊ plurima bona auferendo. Et primo oſtendemus quō hoiem repleat malis pene. Mala vero pene tria ſunt: paupertas: vilitas: ⁊ afflictio: ſiue dolor. Qđ peccatū paupertas accidie ſequatur manifeſtū poteſt eē ex hijs verbis ſcripture q̄ ſequūtur. Prouer. xx. Propter frig⁹ piger arare noluit: mēdicabit ergo i eſtate ⁊ nō dabitur ei. Itē Prouer. x. Egeſtatē opata eſt ſibi manus remiſſa. Manus aūt fortium diuitias parat. Et. xxviij. eiuſdē. Qui operatur terrā ſaturabitur panibus: q vero ſectatur ociū īplebitur egeſtate. Et. xxiij. Veſtietur pānis dormitatio. Et pmo. Uſq₃quo piger dormis: vſq₃quo de ſomno cōſurges. Parū inq̄ dormies modicū dormitabis: paululū cōſeres man⁹ vt quieſcas ⁊ veniet tibi quaſi curſor. egeſtas tuas ⁊ mendicitas quaſi vir armat⁹. Paup̄tas mō quaſi iermis eſt: ⁊ q̄ſi lente icedit. Idō multi fugiūt eā vel reſiſtunt ei. Sed in futuro erit quaſi armata vt nō poſſit ei reſiſtere hō: ⁊ veniet quaſi curſor: vt hō nō poſſit eā effugere: Et Prouer. xxi. Cogitationes robuſti ſunt in abundātia. Ois aūt piger ſemp in egeſtate ē. Et Eccle. x. In pigritijs humiliabit otignatio ⁊ in infirmitate manuū perſtillabit domus. Tigna vocantur ligna illa q̄ vulgariter dicuntur caprones: eo ꝙ ſe mutuo capiunt: vnde cōtignatio eſt tignorum coniunctio que fit in ſuperiori parte tecti: qua₃ piger eſt pigritia pmittit humiliari. hoc enim ꝓpriū eſt pigri nō ſubuenire periculis tēpore oportuno. Quod āt vilitas ſequetur peccatū accidie manifeſtū poteſt eſſe ex hijs verbis ſcripture que ſequūtur Eccle. xxij. In lapide luteo lapidabitur piger: ⁊ omnes loquūtur ſuper aſpernationem eius: de ſtercore bouū lapidand⁹ eſt piger: ⁊ omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Tunc piger lapide luteo lapidatur quando increpatione dura ⁊ cōuitijs plena increpatur. Omnis qui eum tangit manus excutit: q₂ oneroſus eſt. hominib⁹ ⁊ libenter homines ſe expediunt ab eo. Item Prouer. x. Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt. Qui aute₃ ſtertit in eſtate filius confuſionis. Meſſis in qua colligendus eſt cibus ſpiritualis eſt doctrina. Unde in Prouerbiop vigeſimoquarto. Doctrina replebunt̄ cellaria vniuerſa ſubſtantia precioſa atq₃ pulcherrima vel meſſis poteſt intelligi preſens vita ī qua merita colligenda ſunt. Quod aūt afflictio ſequatur peccatu₃ accidie poteſt oſtendi primo ex hoc quod accidioſus eſt quaſi tot⁹ famelicus. Eo enim quod vacat ⁊ vacuus eſt quaſi totus. Eſuriunt omnes ſenſus ei⁹ vt aures eſuriunt omnes rumores: viſus: vanitates: tactus ⁊ guſtus: voluptates carnales. Unde Prouerbiop. xxi. Deſideria occidunt pigrū. noluerūt enim quicq̄ ma-

tius eius operari. Tota die concupiſcit ⁊ deſiderat. Accidioſus laborat paraliſi ſpiritualí. vnde nõ eſt mirũ ſi affligat. ⁊ ẽ figuratus per paraliticum illũ de quo dicit Centurio. Mat. viij. Puer meus iacet in domo paraliticus. Qui torquetur laborando bene torquetur: q2 vtiliter torquatur. ſ3 qui torq̃tur geſcendo: male torquet: q2 inutiliter. Accidioſus ẽ i tedio vite: vnde habet quandã triſticiam que ad modu3 vermis corrodit cor eius. Unde Prouer. xxv. Sicut tynea veſtimento. ⁊ vermis ligno. ſic triſticia nocet cordi. Sene. Traditiõe bonor artiũ occupãdi ſum⁹ quotiens male habet inertia impatiens ſui.

¶ Quomodo accidia replet hominez malis culpe.

B Equitur videre quomodo accidia replet hoiem malis culpe: hoc aũt primo põt oſtendi ex illo verbo. Prouer. xxiiij. Per agrũ pigri hoīs tranſiui: ⁊ per vineã viri ſtulti: ⁊ ecce totum repleuerant vrtice: operuerant ſuperficiẽ ei⁹ ſpine ⁊ materia lapidũ deſtructa erat. Quod cu3 vidiſſet poſui i corde meo ⁊ exemplo didici diſciplinã. Sicut agri ſpinas proferunt: ⁊ tribulos ⁊ cetera inutilia niſi vtilib⁹ ſeminati fuerint: ſic homo ſpinas ⁊ tribulos vicior generat niſi vtilib⁹ occupationibus ſe repleuerit. vnde Ber. Neceſt maledictio ade: ⁊ in terra laboris noſtri: ⁊ in agro cordis vel corporis noſtri: vt noxia vel inutilia gratuito paſſim perueniant. vtilia vero vel neceſſaria cũ labore. Poteſt et idem oſtendi multis alijs exemplis. Corrumpitur enim aqua geta. Unde poeta. Et capiunt vitium ne moueant aque. Uinum etiam ſe feces generat: ⁊ niſi a fecib⁹ illis mutetur totum corrumpitur. Idez accidit in hoie. Uñ Je. viij. Dicit de Moab quod requieuit in fecibus ſuis: nec tranſfuſus eſt de vaſe in vas: ⁊ in tranſmigratiõe non abijt: idcirco permanſit guſtus eius i eo: ⁊ odor eius non eſt imutatus. Sapor corruptus: ⁊ odor paruus nõ recedit a vino ſi ſupra feces remanſerit. imo iterdum totaliter corrumpitur. Idem accidit de accidioſo q quaſi totus accidus vel acetoſus efficitur. Adeo enim corrumpit: vt bona ſibi diſpliceant que debebant ſibi placere: homo i preſenti vita ẽ ſimilis illi q ẽ i flumine ipetuoſo: q in vno loco ſtare nõ põt ⁊ niſi ad ſumma conetur ad yma labitur. Eo. n. quod homo ex nihilo eſt ad nihilu3 tendit ⁊ ad nihilũ culpe: ⁊ etiam ad mortem: vnde niſi conetur progredi: ⁊ pficere regreditur ⁊ deficit. Unde. B. In via vite non progredi eſt regredi cu3 nihil adhuc in eodem permaneat ſtatu. Homo ſimilis eſt caſtro pluriũ dominor: inter quos ille q remiſſus eſt totũ amittit: q2 alius paulati3 aufert ei ſuũ ius. Sic ſi ſpũs remiſſus fuerit caro que aduerſus eum cõcupiſcit quotidie aliqd acqrit ſuper ſpm̃. Unde. Prouer. xij. Manus fortium dominabit: q aũt remiſſa eſt tributis ſeruiet. Pannus candidiſſimus quaſi i perceptibiliter niger efficitur. vnde frequenter ablutione indiget. Manus etia3 corporis quaſi iſenſabiliter poſt ablutionem ſordide efficiunt. Unde frequẽter in die lauari oportet. Sic niſi homo frequẽter ſe lauet a ſordib⁹ illis replet. Negligentia igit ⁊ accidia hoiem replent malis culpe homo ad modum vine putatione idiget: ⁊ non ſemel tm̃: ſed frequẽter ſicut oſtẽdit beatus Ber. ſup illud cant. ij. Tẽpus putationis aduenit dicens. Quis ita ad vnguem omnia a ſe ſuperflua reſecauit: vt nihil ſe habere putet putatione dignum? Credite mihi ⁊ putata repullulant ⁊ effugata redeunt ⁊ reaccenduntur extincta: ⁊ ſopita denuo excitant. Paru ẽ ergo ſemel putaſſe. Sepe putandũ ẽ q̃nimo ſi fieri poſſit ſemper: q2 ſemper quod putari oporteat ſi nõ diſſimulas inuenis quantucũq3 in hoc corpore manens pfeceris: erras ſi vitia putas emortua ⁊ nõ magis cõpreſſa velis nolis inter fines tuos habitat Jebuſeus. Subiugari poteſt ſed nõ exterminari. Unde in tanto diſcrimine cõſiliu3 eſt obſeruare diligenter: ⁊ mox vt renaſcẽtium vitior capita apparebunt prompta ſeueritate ſuccidere.

¶ Quõ accidia auferat ei bona.

C Equitur videre quõ accidia auferat homini bona. Ad quod oſtẽdendum adduci poteſt quod legitur. Mat. xxv. De ſeruo pigro. Tollite ab eo talentum ⁊ date ei qui decem habet talenta. Omni enim habenti dabitur ⁊ abũdabit: ei qui non habet: etiam videtur habere auferetur ab eo. Et qui non hab3 ſtudium vel voluntatẽ operandi. ſepe aufert facultas. Juſto eni iudicio fit vt ille q nõ

vult bene operari cum poſſit poſtea non
poſſit cu3 velit: ⁊ Lu.xix. Dicitur ſimiliter
de ſeruo pigro. Auferte ab eo mnā: ⁊ ſub
ditur. Dico vobis quia omni habēti dabit
⁊ abundabit. Ab eo vero qui nō h3 ſiple
voluntate3 operandi ⁊ quod h3 auferetur
ab eo.i.facultas. ❡ Auferet etiā accidia ho
mini bona gratie ⁊ bōa glorie ⁊ bona na
ture. Bona glorie aufert quia illa permit-
tūtur ſolis ſtrenuis ⁊ vigilantibus vnde.
Lu.xij. Beati ſerui illi quos cū venerit do
minus inue: vigilātes Amē dico vobis qđ
pre.ſe. ⁊ fa.i.diſ.⁊ tranſi.mi.il.⁊ Mat.xi
Regnū celorum vim patitur ⁊ violēti ra-
piūt illđ ecōtrario. Accidioſi ⁊ pigri amit-
tunt illud. Sequitur verbu3 qđ dicit glo.
Grādis violentia eſt in terra naſci ⁊ celu3
capere ⁊ habere per virtutē qđ per naturā
nō poſſumus. Non eſt.n. veriſimile qđ ac
cidioſus talē violentiā celo faciat. Accidio
ſus enim adeo lēte incedit qđ in celo locū
ſuum amittit. Gre. Nemo in huius vite iti
nere torpeat ne in patria locū perdat. Idē.
Iuſtus vt celeſtia rapiat canet ne inanis
dies eat. ❡ Qđ aute3 accidia bona gratie
aufer.t poteſt oſtēdi ex hoc qđ gratia ſpi-
ritus ſancti ſicut ignis eſt qui nō poteſt eē
ocioſus deſinit eē ſi deſinit agere. Sic gra
tia xp̄i quōq3 amittitur q2 homo ex ea non
operatur vñ ſuper illud. Jo. Qui non dili
git me ſermo.m.nō ſeruat dicit. Gre. Nū-
quā eſt amor dei ocioſus. Operatur.n.ma
gna ſi eſt. Si aūt operari renuit amor non
eſt vnde. apoſto. Gratia dei in me vacua
nō fuit. Nec ſolis gratiā aufert hōi accidia
ſed etiam fructū quia gratia deberet ꝓce-
dere. Et ſic aufert totā vtilitatem huius vi
te qđ nō eſt paruū damnū. vñ. B. Quam
mult9 me priuares o amara mors vite ſiu
quam fructu. grauior mors. Nā vita ſine
fructu grauior mors ē. Deniq3 duplex ma
lum paratur ligno infructuoſo ſecuris ⁊
ignis. ❡ Aufert etiā accidia bona nature.
Naturale.n ingeniū ⁊ cetera bona nālia
deteriorat. Et ſi nullū aliđ dānū faceret ac
cidia homini niſi de amiſſione tp̄is nō pa
rū dānificaret hominē. Sed multi ſunt q
dānū iſtud nō reputāt: ideo agemus hoc
de hijs que deberēt mouere hoie3 ad tp̄is
ꝯſeruationē et ſunt.viij. que poſſunt vale
re ad hoc. v

❡ Quod octo ſunt q̄ valent ad tp̄is ꝯſer.

PRimo pñt valere ad hoc verba ſa
cre ſcripture. ❡ Quib9 monemur
ad tp̄is cōſeruationē: ſicut ē illud.
Eccle.iiij. Fili cōſerua tp̄s ⁊ declina a ma
lo: ⁊ illđ. Prouer.v. Fili ne des alienis ho S
norem.t.⁊ ānos tuos crudeli fatuus eſt q
re3 ita pretioſam ſicut eſt tp̄s dat hoſti ſuo
crudeli expēdendo illud in ſeruitiū demo
nu3. ❡ Scđo pñt valere ad hoc exempla
creaturarū que quodāmō videtur tp̄s cō-
ſeruare quantū pñt. Accepta.n. oportuni-
tate operandi operātur nec permittūt tp̄s
vacuū trāſire. vnde.iij. Eccle. Omnia tp̄s
habent. Tertio debet mouere hominē ad
tp̄is cōſeruationem ipſa natura tp̄is. Tp̄s
n. breue eſt ⁊ velociter tranſiens ⁊ poſtq̄
trāſijt recuperari nō pōt. Ad primū perti-
net qđ legitur in. Job.i. Breues dies hoīs
ſunt. Debemus intelligere breuitatē iſtam
reſpectu vite eterne cui debemus ꝑpēdere
tēpor iſto. De breuitate etiā tāgitur in ps.
Ubi dicitur. Mille āni an.o.t.t.c.d.q̄ pre. D
De hac etiā breuitate dicit. Sene. Si mul
tū etatis eſſet parce diſpendēdū erat vt ſuf
ficeret neceſſarijs. nūc que demētia ē ſup
uacua diſcere in tēporis egeſtate. De velo
citate vero legitur in. Job. Dies mei velo
cius tranſierūt ⁊. Sene. Infinita eſt velo
citas temporis punctu3 eſt qđ viuimus ⁊
puncto minus. Itē Job.ix. Dies mei velo
ciores curſore fuerūt. Et de irreuocatione
tp̄is dicit: Ber. Nō parū eſtimes tp̄s qđ in
factis vř̄i dictis expēdit ocioſis. Uolat.n.
irreuocabile verbū. volat tp̄s irrecupabi-
le. Nec aduertit iſipiēs qđ āittat. ❡ Quar
to poteſt valere ad hoc precioſitas tēporis
De qua. B. Nihil precioſius tēpore ſ3 heu
hodie nihil vilius reputatur. Oſtēditur ēt
ꝓcioſitas temporis tripliciter Primo per
hoc qđ poſſeſſio temporis valde rara eſt:
quātū ad hoc ꝙ vnicu3 tēpus ſemper eſt:
ſicut de fenice dicitur ꝙ ē fenix vnica ſem
per auis. vnde cum omne rarū pretioſum
ſit valde precioſu3 debet eſſe tempus. Se
cundo oſtēditur ex hoc qđ aliqs eſt locus
in quo plus amaretur vna hora temporis
ad agendam penitētiā q̄ tanta maſſa auri
quant9 eſt totus mundus locus ille infer-
nus eſt. Tertio oſtenditur ex hoc qđ i vna
hora temporis poteſt homo promereri di
miſſionem pene eterne ⁊ peccatorum ſuo
rum remiſſionem: ⁊ dei gratiam ⁊ eternā

glorii.¶ Quinto pōt valere ad hoc qđ ſi
ꝯſiderem⁹ nos debitores eē totꝰ tpis nſi.
nec debemus etiaȝ illud vni ſoli creditori
ſed pluribus. Fatuus enim eſt qui mul-
tis debitis obligatus eſt ſi ꝓdige expēdit.
Debita noſtra oſtendit nobis beatus Ber
nardus dicens. O ſi cognouiſſes q̄ multa
⁊ q̄ multis debeas: videres quoniam ni-
hil eſt quod facis. Primo chriſto debes
omnem vitam tuam: quia ipſe pro tua po
ſuit ſuam. Secundo exigunt preterita pec
cata mea: futurā vitam meam: vt faciam
fructus dignos penitentie ⁊ recogitē oēs
annos meos in amaritudine anime mee.
Quid ſi tertiū debitoreȝ oſtendā qui eam
vnde dicet ſibi: puto quod deſideres glo-
riam quā oculus non vidit. Nōne ad hoc
emenduȝ totuȝ te ⁊ quecūqȝ poteris dare
oportebit: ⁊ cum oīa compleueris nō ſūt
cōdigne paſſiones huius temporis ad fu
turaȝ gloriam que inuo. Quarto debito-
ri debes totū quod es a quo totū habes q
te fecit ⁊ benefecit ⁊ cuncta miniſtrat tibi.
Cui horum proponis reddere quod de-
bes. Sexto deberet mouere hoīem ad con
ſeruationeȝ temporis hoc quod oportebit
hoc diſtrictaȝ rationē de eo reddere coram
deo. Omne enim tempus impenſum tibi
requiretur qualiter ſit expenſuȝ. ſicut dicit
beatus Ber. Et ſicut capillus nō peribit d
ca. ita nec momentum peribit de tempore.
Unde in pſ. Cuȝ accepero tempus ego iu
ſticī iudicabo. ⁊ tre. i. vocauit aduerſū me
tempus vt contereret elec. M. Beneficiū tē-
poris multuȝ erit aduerſus homines: etiaȝ
aduerſus eos qui boni videnť eſſe. Ualde
eniȝ ingrati apparebūt illi quib⁹ dn̄s tan
tū beneficiū dabat ſingulis momētis quan
tum eſt tēporis beneficiū. qui tanto bene-
ficio non ceſſauerunt ab impugnatione
ipſius. ¶ Septimo debet hoīem mouere
ad idem: qđ hoc tēpus quodā ſpūali mo-
do eſt noſtra poſſeſſio. Unde Sene. Reli-
qua a nobis aliena ſunt: tēpus tm̄ noſtruȝ
eſt: tali modo tēpore noſtrū eſt: ꝙ nos ipſos
amittimus: qui medietatem ſui temporis
amiſit. quodāmodo dimidium ſe amiſit.
¶ Octauo debet nos mouere ad tēporis
cōſeruationē hoc ꝙ tēporis amiſſio. que-
dam mors eſt. Eſt enim amiſſio vite. Un̄
Sene. Quotidie morimur: quotidie dimi
nuitur aliqua pars vite. ⁊ tunc quoqȝ cuȝ
creſcis: vita decreſcit: quēamodū nō extre
mū ſtillicidiuȝ exaurit: ſed quicquid ante
defluit ſic vltima hora eē deſinimus nō ſo
lum mortem facit: ſed ſola conſumat. Illi
vero qui prodige tempus expendunt fre-
quenter accidit: vt citius tempore amittāt.
Unde viri impij non di. dies ſuos.

¶ Alia .vi. que valent ad deteſtationem
accidie. cap. iiij. A

Preter predicta ſunt. vi. alia q̄ poſ-
ſunt valere ad deteſtationem acci
die. ¶ Primū eſt hoc: q2 ipſa īqui
nat pulchriorē parteȝ eccleſie. ſ. viros cōtē-
platiuos. ⁊ eſt mirū: ꝙ illi ſunt magis ac-
cidioſi. qui minus eē debuerunt. Uiri eniȝ
contemplatiui: quoꝝ eēt non ſolum curre
re: ſed etiam volare. Aues eniȝ ſpirituales
ſunt admodum teſtudinis lētiſſime ince-
dunt. Un̄ iam non poteſt dici de illis. illud
Iſa. Qui ſūt iſti qui vt nubes volāt: ſed ve
lut mortui immobiles ſtant. Unde neceſſe
habet orare frequenter. Exē. dauid. vt in
via domini viuificentur: ⁊ vt pēne eis den
tur vt volare poſſint ⁊ requieſcant. ¶ Se
cundo poteſt valere ad deteſtationem acci
die: ꝙ ille qui hoc vitio laborat a diabolo
capitur ignominioſus ceteris peccatori-
bus capitur. ſola enim ignauia capit eum
⁊ qn̄qȝ ſolus timor. Unde. xviij. Prouer.
Pigrum deiecit timor ⁊ anime effemina
toꝝ eſurient. Multum poſſent erubeſcere
quos ſolus timor deicit de equo virtutum
cum timor non ſit niſi quadā pictura ter
ribiliū. Preterea cū timor ſit de malo fu-
turo ille queȝ timor deuicit. quodāmodo
deuicit ab hoſte q nōduȝ eſt ſed futurus.
qn̄qȝ etiā futur⁹ nō eſt. Unde Sen̄. Illud
tibi p̄cipio ne ſis miſer ante tēpus. Cum
q̄ velut iminētia expauiſti fortaſſis nunq̄
ventura ſint. ¶ Tertio pōt valere ad de-
teſtationē accidie hoc ꝙ accidioſus valde
ignominioſe detineť: captus. nō eſt enim
ligatus vinculis ferreis. imo nec ſtupeis: ſȝ
potius nullis. ſola eniȝ deſidia detineť: nec
habet aliquam carcerem qua claudatur:
vel cuſtodes qb⁹ cuſtodiať niſi ꝓut ſom-
niat. Un̄. xv. Prouer. Pigrū q̄ſi ſepes ſpi
naꝝ. videť hoi pigro ꝙ vie clauſe ſibi ſint
ſpinis: ⁊ ꝙ nullo mō poſſit fugere de ma
nib⁹ dioboli. videť ſibi ꝙ ſi ꝯuertatur ad

dñm ſtatiz debeat mori. vñ: Gñ.iiij. Dicit
cayz oïs q̄ iuenerit me occidet me dicit pi
ger ité.xxij. Prouer.leo eſt foris ⁊.xxvi.di
cit piger leo ē in via leena i itineribus. Mi
rū eſt q̄re ita timēt pigri ad dñm cōuerti
cū uidēt eos q ad dñz cōuertūtur diuti⁹ vi-
uere ⁊ pulchriores eſſe in medio pls.occi.
ſuz.iiij. Pōt facere ad deteſta.accidie hoc
qđ illud vitiū tūc ſolū: vel maxime hoies
īfeſtat: qm̄ ſunt in ſeruitio dei vñ partē dei
nititur ei auferre nec parū deteriorat eā m:
qñ.n.efficit: vt pſalteriū vnū in faſtidio ⁊
accidia dictū minus ſit gratum deo.q̄.ps.
vnus cū deuotiōe: ⁊ ilaritate dictus vnde.
Je. Malo vnū pſalmū cū ilaritate mentis
decātare: q̄ totū pſalteriū cū corporis faſti-
dio ⁊ accidia.v. Poteſt valere ad deteſta.
accidie hoc q̄ accidia eſt valde grauis īfir
mitas: tria faciunt ad grauitatē iſtā. Pri-
mū hoc q̄ illi q laborāt hac infirmitate ne
ſciūt ſe infirmos eſſe vñ ſe ſapiēs reputāt:
⁊ aliquos iudicāt. Jō dicit̄ Prouer.xxvi.
Sapiētior ſibi videt̄ piger: vij.iuris ſo.ſe.
Piculoſa vero ſolet eē infirmitas: que non
agnoſcet̄: q2 eius remediū nō q̄rit̄ vñ ve-
rū ſcio longius a ſalute abſiſtere mēbrū q̄
obſtupuerit.i.egrū ſe'ſe nō ſentiētez piculo
ſuo laborare. Secūdū facit ad grauitatez
hmōi īfirmitatis ei⁹ plixitas. Eſt eni acci-
dia velut febris laſſa: vñ de illa pōt intelli
gi: qđ dīc eccleſiaſtic⁹ lāgor plixior grauat
medicū. Tertiū facit ad grauitatē hmōi i
firmitatis hoc qđ reddit hominē īpotētē
ad opandū vñ ſignat̄ p.paliſi. Mar.rij.
⁊ Mat.ix.p ariditatē manus. Math.xij.
Ubi legit̄. ⁊ ecce hō habens ma a. ⁊c. Acci
dioſus hz manū dextrā aridā ſz nō fruſtrā:
q2 īpotēs ē ad dñi operandū. vñ zacha.xi.
Dicit̄ de malo paſtore brachiū eius aridi-
tate ſicabitur: ⁊ oculus ei⁹ dexter.tenebre
omēs obſcurabunt̄ tūc oculus eius dexter
obſcuratur quādo paſtor ad ſpūalia cecus
efficitur. Accidia eſt velut febris illa q̄ dici
tur ethica: que puenit ex cōſumptione na
turali humiditatis: ſic accidia ex defectu
humoris gratie. Sexto poteſt valere ad de
teſta.hui⁹ peccati.ſ.accidie hoc q̄ accidio-
ſus eſt iniquus in deuz: quia defraudat eū
lucro talēti: q̄ ei cōmiſſit iniquus eſt in p
ximum ⁊ quia eum ſcandalizat: ⁊ quia de
fraudat euz in hoc q̄ ipſe vult commede-
re ⁊ bibere: ſicut ipſe: ⁊ tūc tñ nō vult labo
rare: vt ipſe. In ſeipſū ēt iniqu⁹ ē: q2 hoſtes
ſuos: nutrit a qb⁹ pimatur vita eius.

¶ De vitijs pertinētibus ad accidiā. v.

Dicto d hijs q̄ faciūt ad dete. accidie
ↄſequēter dicēdū ē.de diuerſis ſpē-
ciebus vitior: q̄ ad accidiā ptinēt. vide
tur aūt iſta.xvi. Uitia ad accidiā ptinere
tepiditas: mollicies. ſomnolētia. ociositas
negligentia ignauia indeuotio triſtitia: te
diū: vite deſpatio. impfectio: ſiue i pſeverā
tia. remiſſio diſſolutio. Tepiditas ē paruus
amor boni: ⁊ vr̄ tepiditas prima radix eē
accidie: ⁊ ex hac videntur naſci cetera vi-
tia enumerata. facit āt tepiditas m̄lta ma
la in hoie. ¶ Primo deū puocat vt ē pri⁹
oñſuz: tūc tepidus a deo euomit̄: cū in de
teriora labi pmittat̄ vel impenitēs morit̄
¶ Secūdo fiduciā temptandi ⁊ accedēdi:
diabolo pſtat. de multis.n.vitijs temptat
diabolus hoiez tepidū de qbus nō audet
tēptare hoiez feruentē: vnde dicit auctori
tas ille feruenti muſce nō inſidēt ¶ Ter-
tio reddent hoiem q̄ſi impotentē: ⁊ ↄtra-
ctū: vt patet in illis q cum valde fortes ſint
ante nō poſſunt ſeptimā ptez facere peni-
tentie: q̄ facit vetula vna. q̄ accidit pp̄ter
tepiditatē q2 paruū habēt deſideriū agendi
penitētia vñ Ber. forſitan nō poſſum⁹ q2
nō multū volumus. Tepiditas ēt facit vt
hō petat: ⁊ non accipit. accidit.n. q̄ aliqs
xx. Annis nō accidit q̄ petit mortē: q2 te-
piditate petit: q̄ alius q̄ feruenter peteret
vna die impetraret. vñ Aug. Seruat tibi
deus qđ nō vult cito dare vt tu diſcas ma
gna magne deſiderare. et tepiditas ēt facit
vt hō ſemp pugnet nec nūq̄ vincat nec il-
lā ſublimē pmiſſionē vincentiū nūq̄ acci
piat: q̄ dicit in Apoc.ij. Uincēti dabo mā
abſcō. tepidus.n.a deo remiſſe agit q̄ nū-
q̄ puenit ad retributionē que etiam eſt cu-
ſtodia mandatoruz que tanta eſt qđ non
pōt dici ſicut dicit ps. in cuſtodiendis illis
re.mul. Tepidus ſimilis eſt auaro. hōi de
quo dr̄ vulgariter. q̄ tantū expendit q̄tū
largus: ⁊ tamē nō habet gratiaz nec mer
cedē: q2 p modico pdit multū. tepidū ſem
p ſeminat in vita pñti: ⁊ nūq̄ metit q2 ad
pacē animi nō puenit. Ber. ſi incipis: inci
pe pfecte. ⁊ pfectus: hoc ipſuz iā pfecte age
⁊ ſi pfectōis aliqd attigiſti temetipſum in
temetipſo metire.

¶ Sequitur de mollitie.

Equitur de mollitie: que eſt in pa
s tiētia rei dure de qua legitur. Pro
uer. xviij. Qui mollis eſt ⁊ diſſolu
tus i ope. ſ. frater eſt ſua opera diſſipantis
mollis eſt ille qcedit duris. i. tribulationi-
bus ſuccūbit vñ quādo in ope ꝙ inchoat
aliqd dure occurrit: ⁊ ipſe ab ope deſiſtit:
⁊ talis eſt frater ſua opera diſſipantis idē
n. ē ac ſi ea diſſiparet Mollities iſta eſt ve
lut q̄dda culcitra. in qua diabolus in homie
quieſcit hō etiā mollis eſt velut hō niueus
q ad ignē tribulationis quaſi liqueſcit ad
nihilū redigit ad q̄ miſeriā deuenturi ſint
q mollis ſunt: inſinuat. Deut. xxviij. Ubi
dicitur delicatus vite ⁊ luxurioſus valde i
uidebit fratri ſuo ⁊ vxori ſue. ⁊c. ⁊ paulo
poſt tenera mulier ⁊ delicata q̄ ſup terraz
ingredi nō valebat nec pedis veſtigiū figu
re ꝑpter mollitiē: ⁊ teneritudinē nimiā vi
debit viro ſuo q cubat in ſinu eius frater
filij: ⁊ filie carnibus: ſummū remediū ꝯtra
mollitiē iſtā eſt ignis ſpūs ſancti qui lutea
cōſolidat: valeret etiā ꝯtra iſtā mollitiē aſſue
tudo durorū vñ. Ber. Ruſticus duros ha-
bet neruos: fortes lacertos exercitatio fecit
eū ſane torpere ideo iulleſcit diſſolut⁹ po
teſt vocari q mollis eſt ⁊ qui nullo amore
ligatus eſt ad opus boni vel quaſi parali
ticus eſt paraliſis enī diſſolutionē ſonat.

¶ De ſomnolentia. vij

Equitur de pctō ſomnolentie: qd
s ad accidiā pertinet qr ſicut legitur
A in Prouer. xix. pigredo imittit ſo-
porē ꝙ pōt intelligi de ſopore ꝯtemplatio
nis: ⁊ de ſopore corpis ſoporē contempla.
pigredo imittit in illis q noie cōtēpla. pal
liant pigritiā ſuam nolētes aliqd operari:
cōtra quos poſſunt valere hec duo exēpla
q̄ ſubiungimus. ¶ Legit in vitis patrū: ꝙ
qdam peregrinus venit ad abbatē ſilua-
nū in mōte ſinai. ⁊ cū videret fratres labo
rātes dixit quare opamini cibū q pit. Ma
ria enī optimā partē elegit ⁊c. ꝙ cū ſenex
audiret fecit ei dari codicem vt legeret in-
cludens eū in cellā: cū ergo tranſiſſet hora
nona circūſpiciebat ſi veniret aliqs ad vo
candū eū ad cibū ⁊ venit ad ſenē: ⁊ inter-
rogauit vtrū fratres comediſſent cui Rñ-
dit ſenex tu hō ſpūalis es: ⁊ nō neceſſe hēs
hanc eſcam nos autem tanq̄ carnales co-
medimus: ⁊ ideo operamur: ⁊ cū audiſſet
cepit penitere cui abbas ergo neceſſaria ē
martha marie. ¶ Itē abbas. Jo. dicebat
fratri ſuo maiori vellem eſſe ſemper ſecur⁹
ſicut angeli ſecuri ſunt non operantes: ſed
ſemper deum ſine intermiſſione collaudā
tes: ⁊ proiecto pallio intrauit heremum ⁊
poſt ſeptimanam reuerſus, pulſauit ad ho
ſtium fratris ſui quē queſiuit: quis es tu.
⁊ ille ego ſum ioānes ⁊ frater dixit. Jo. an
gelus factus eſt: ⁊ vltra inter homines nō
eſt: ille aūt pulſabat dicens: quia ego ſum:
non aperuit ei: ſed dimiſit eum affligi. tan
dem aperuit ei dicens: ſi homo es: iterum
habes neceſſe operari vt viuas: ſi autē an
gelus: quid queris intrare cellā: ⁊ ille ſta
tim penitētiam agit:

¶ De ſomno corporis. v

E ſomno corporis ſatis planū eſt
d ꝙ pigredo imittit eū: multi ex pin
guedine conant ad dormiēdū cū
tñ dormire nō poſſint. ¶ De ſomno vero
corporis ad preſens tria oñdimus. ¶ Pri
mo oſtendemus: ea que ſunt rephenſibilia
cōtra ſomnum. ¶ Scdo ea q̄ habēt hoies
cohibere a nimietate ſomni. ¶ Tertio q̄
ſunt neceſſaria ad hoc vt aliquis dormiat
prout debet.

¶ Quinq̄ reprehenſibilia circa ſomnum
corporis.

Uinq̄ vero reprehenſibilia: ſunt B
q circa ſomnū. ¶ Primo nimietas
ſomni ad qd ptinet ill'. Prouer.
vi. Uſquequo piger dormis. ¶ Scdo rep
henſibilis eſt ꝯtra ſomnū brutalitatis: qñ
videlicet aliqs dormit ſicut porcus: vñ. B.
carnalis ſomn⁹ ⁊ brutalis eſt ſicut ⁊ lethe⁹
abhominandū ſeruo dei. ¶ Tertio rephē
ſibilis eſt triſtitia iſurgēdi a ſopno. vñ. Ec
cle. xxxij. Hora ſurgendi nō triſtet rephē
ſibilis eſt: pigritia in ſurgēdo a ſomno. vñ
Prouer. Sicut hoſtiū vertit in cardie ſuo
ita piger In lecto ſuo. ¶ Quinto rephen
ſibilis eſt cōtra ſomnū in oportunitas ſom
ni qñ aliqs dormit qñ nō eſſet dormiēdū
vt in tēpore orōnis: vñ petrus. eſtote pru-
dētes: ⁊ vi. in orō. vel cū aliqs dormit i ſer
mone vel lectione iuxta illud. Eccle. xxij.
Cū dormiente loqtur q narrat ſtulto ſapiē
tiā ſi ſtultus nō fuiſſet nō habuiſſet volun
tatē dormiēdi per duos dies tam ē tēpore
lectiōis ⁊ ſermonis dormitat tps i quo do r
miendū nō eſt. Tēpus ēt i quo dormiēdū
nō eſt tps matutinus eſt illud enī tempus

nõ eſt ſomno occupãdus: q2 valde vtile ẽ & ſtudio & orationi & diuine laudi & dei cõſolatio freqñtius illo tẽpore recipiť. ¶ Ad primũ ptinet q diciť in. ps. Mane aſtabo tibi & ad ſcõz ptinet qd legiť. Job. viij. Si diluculo cõſurrexeris ad deũ: & oipotẽtem fueris depcatus: ſtatĩ vigilabit ad te & pac. reddet habitaculũ tuũ: & xvi. Sap. oz pue nire ſolẽ ad bñdictionẽ tuaz & ad te. ſo. te. adorare primo paupi: q eis occurrũt conſueuerũt dare diuites: ſic deus libẽti⁹ exaudit eos: quos valde mãe orant eũ. Qd hora illa ſit idonea ad laudãdũ deũ: ptinet illud. Job. xxxviij. Cum me laudarent ſi aſ. ma. & vi. omẽs: filij dei. Aſtra matutina: ſunt viri cõtemplatiui q horis matutinis laudãt deũ. Ad hoc aũt q cõſolatio dei matutinalis horis precipue recipiať ptinere illud. Iſa. xxvi. Mane vigilabo ad te: & in. Exo. xvi. Filij iſrael colligebãt mãna hora matutina ad ſignificandũ q tũc diluculo ſpũs ſctũs colligẽd⁹ ẽ. Sicut corporũ amatores ſtabiliũt corpus in mane aliqd guſtãdo: ſic dulcedine ſpũs ſancti in mãe ſtabiliendũ eſt ſpecie. vñ ad he. xiiij. Optimũ ẽ gratia ſtabilire. cor. non. ¶ Tria ſunt que debẽt homines cohibere a nimietate ſomni primũ ẽ verbũ Auguſtini. indecens eſt chriſtiano ſi radius ſolis in lecto ſuo eũ inueniat. Secũdo ad hoc q ſomnus ſine neceſſitate eſt tẽporis amiſſio. Ber. Quantũ ad debitum ptinui pfectus nihil ita pit de vita nr̃a q̃ q ſomno deputatur ĩ veritate ſomnus eſt quaſi quedã ſpecies: vel imago mortis. Tertio debent cohibere ho. a nimietate ſomni. propter multiplex malum q legitur in ſcripturis ex ſomno occidiſſe & de hoc ſufficiat ponere. v. exempla. Primũ exemplũ eſt iudicum. iiij. De ſiſara. q cũ bibiſſet lac obdormiuit & interfectus ẽ a iahel. clauo in cerebro eius defixo ſecundo eſt de ſanſone iudic. decimoſexto. Quẽ dalida fecit obdormire ſuper genua ſua: & raſis. vij. Crinibus captus eſt: & obcecatus ¶ Tertiũ exemplũ eſt: in iudith. de oloſerne. q dormiẽs a muliere hebrea interfect⁹ eſt. ¶ Quartuz exẽplũ eſt. Mat. xxvi. Ubi legũtur apoſtoli ſomnolẽti chriſtũ amiſiſſe. ¶ Quintũ exẽplũ eſt actuũ. xx. de quodã adoleſcente nomie eutico: q eũ diſputãte paulo grani mergereť ſomno cecidit de ſuo cenaculo deorſuz & ſublatus ẽ mortu⁹

¶ Tria vero neceſſaria homini dormiẽti debite dormienti.

Tria vero neceſſaria ſunt homini ad hoc q debito modo dormiat. ¶ Primo neceſſariũ eſt ei vt vigilando laboret vnde eccleſiaſtes. v. Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parũ ſiue multũ comedat homo ocioſus affligitur nõ ſolũ vigilãdo: ſed etiam dormiendo. ¶ Secundo neceſſarium eſt: vt ſobrie cibo potuqz vtatur. ¶ Tertio vt ſenſus ſuos ſobrios. cuſtodiat vnde. Ber. Sobrium cibum ſobrium ſenſum: ſobrius ſequitur ſomnus.

¶ De ocioſitate. viij.

Sequitur de pctõ ocioſitatis cõtra quod peccatũ ¶ Primo oſtendemus: q ſit ſtultus qui ociũ diligit ¶ Secundo tangemus: q licet ocioſi: ſemper ſint reprehenſibiles precipue tamẽ tẽpore gratie reprehẽſibiles ſunt. ¶ Tertio tangemus ea que attẽdenda ſunt alicui i occupatione quã vult eligere q̃ vero ſtult⁹ ſit ille qui ocium diligit oſtenditur nobis. Prouer. xij. Ubi legitur. Qui operabiť terram ſuam ſatiabitur pa. qui autẽ ſectatur ocium ſtultiſſimus eſt ne ſolum ſtultus talis eſt: vel ſtultior ſed ſtultiſſimus. A

¶ Tres gradus ſtultitie.

Primus gradus ſtultitie eſt vitam ſuã negligere ei neceſſaria nõ querendo. ¶ Secũdus gradus eſt in defenſaz vitã ſuã hoſtibus expõere. ¶ Tertius gradus eſt hoſtes: q eã interimant paſcere hos tres gradus ſtultitie hz q ſectať otiũ vite eni future, que eterna eſt nõ pu t det hoſtibus ſuis ſe etiã exponit. ſ. vitijs: & demonibus vt iam oſtẽditur hoſtes enim ſuos nutrit q2 vitia ocio nutriũtur: & impinguãtur ſicut & anxeres: & etiam ſolent. equi ocio impinguari & poſſumus. xij. ſtultitias aſſignare: in homine ocioſo.

¶ Stultitias. xij. hominis ocioſi.

Prima ſtultitia eſt: q2 ipe facit locũ diabolo. contra illud apoſtoli. Nolite lo. da. di. vñ. Videť ſocietatem diaboli amare apud hominẽ occupatũ: ſi hz diabolus vbi poſſit eẽ: q2 res pfecte occupata nõ eſt: capax alterius rei. ideo dicit. Je. Semp aliqd boni opis facito: vt te diabolus inueniat occupatũ: ex hoc vero q aliqs in ſe diabolo locũ facit oi loco idignus eſt: pter q̃ in infernũ proprius locus ocioſi

eſt infernus ſicut ⁊ diaboli: ꝙ ſic pōt oſtē
di cōſtat ꝗ ocioſus in celo nō recipietur:
celū eni erit merces: tantū eorū q operarij
ſuerūt. vñ. xx. Math. voca oparios ⁊ re. il
lis mer. In padiſo terreſtri ēt nō recipief.
vñ. in Gñ. ij. Tulit dñs deus hominez: ⁊
po. eū. in para. voluptatis. ⁊c̄. etiā in pur
gatione nō recipitur. vñ. ps. In labore ho
minū nō ſunt. ⁊c̄. ho. nō fla. occioſi nō la
borāt cū hominibus nō fla. in purgatorio
ſed cū demōibus in inferno. Ocioſus etiā
indignus eſt eē in mūdo iſto. vñ: Luc. xiij
Dicitur de ficulnea ſterili: vt. Quid enim
terrā occu. relinqtur ergo ꝗ in ſolo infer
no ſint ocioſi. ¶ Secunda ſtultitia eſt: ꝗ
ocioſus in tali ſtatu ſe ponit: ꝗ etiā brutis
animalibus īferior eſt: quo ad hoc ꝙ bru
tis animalibus licitū ſit comedere. homi
ni vero ocioſo prohibet apoſtolus. ij. ad
teſa. iij. Dicēs ſi qs nō vult opari nō man
du. homo ocioſus eſt velut hō mortuus.
Senē. ociū ſine litteris mors eſt: ⁊ viui ho
minis ſepultura: ⁊ eccleſiaſtes. ix. Melior
eſt canis viuus leone mortuo leo mortu⁹
eſt aliqs ocioſus magnus cui nō preualet
canis viuus. i. aliqs vilis ſtrenue operās.
Immo etiā hō ocioſus ē pluſq̄ mortuus.
vñ in epiſtola iude dicitur de qbuſdam ꝙ
ſunt arbores autumnales infructuoſe bis
mortue arbor in autumno plantata: quā
do facit fructū facit ſero illū. Sic aliq dū
ſani ſunt ocioſi volūt eē: ſʒ ī autumno mor
tis: tūc primo volūt fructū penitentie face
re. Iōfrequēter accidit: ꝗ ſine fructu dece
dunt ⁊ tales hoies infructuoſi. quaſi bis
mortui ſunt: q2 non ſolū mortis tēporalis.
ſed etiā eterne ſunt debitores ſunt ī quo de
terioris cōditionis ſunt q̄ bruta animalia
illa autē ſolā tpralem mortē debēt. iij. ſtul
ticia ocioſi ē ꝗ ex negligētia excolendi ſe
fructū ſui ipſius āmittit. Si qs vineā habe
ret: in qua mille aſinatas vini poſſet colli
gere. Ualde reputaretur ſtultus: ⁊ īfelix ab
hominibus: ſi ex negligētia excolēdi eam
fructū illū amitteret fructus aūt quē aliqs
in ſe colligeret: ſi ſe diligēter excoleret: pre
ualeret vino vnius regnūq̄ fatuus ergo ē
q ex negligētia iſta fructū amittit: quantū
in ſe colligere poſſet. Multū deberet talis
cōfundi. Dicit Sene. Turpiſſima iactura
eſt que p negligētiā ſit turpiſſimā ideo vo
cat eā q2 eſt erubeſcētie plena. Nemo eſt
ita pauper q dē fructu oris ſui ditari non
poſſe ſi bene excoleret illud vnde. xij. Pro
uer. De fructu oris ſui vnuſquiſq3 replebi
tur bonis.

¶ De octo fructibus oris.

¶ Ex ore ſuo poſſet hō colligere. viij. gene
ra fructuū valde p̄cioſoꝝ nō ſolū p ānū: vl
per menſez: ſed etiā ſingulis diebus ſi qs
bñ excoleret os ſuū. Primus fruct⁹ eſt dei
laudatio. Scd's ē grāꝝ actio p̄cioſitas ho
rū fructuū ex hoc māifeſta ē: ꝙ celeſtes ar E
bores tales fru. ferūt: ibi. n. ſonat gratiarū
actio ⁊ vox laudis iuxta verbum ꝓphe.
¶ Terti⁹ fructus ē oro cui⁹ p̄cioſitas māi
feſta eſt: ex hoc ꝙ ab āgelis in celis deferf.
vñ. xij. Tobie. Dicit ei angelus qñ orabas
cū lachrimis: ⁊ ſepeli. mortuos: ego obtuli
orationē. t. dño. Nō eſt vile exeniū vel do
nū quod a tātis nūtijs deo p̄ſitatis. Ex vir
tute ēt orōnis māifeſta ē p̄cioſitas huius
fruct⁹ de qua virtute Dicit Gre. Magna
ē virtus orationis q̄ effuſa in terris: in celo
opatur. ¶ Quartus fructus eſt confeſſio:
cuius fructus p̄cioſitas patet p hoc qđ de⁹
vult fructū iſtū ſemp añ ſe here. Unde. ps.
Cōfeſſio ⁊ pulchritudo in cōſpe. eius. Cō
ſueuerūt diuites qñ diuerſi fructus portāt
añ eos illū retinere ante ſe quez pre ceteris
amāt. Ideo dñs ita amat cōfeſſionē: ꝗ cō
feſſio efficit: ⁊ cuſtodit pulchritudinē: p̄cio
ſitas hui⁹ fructus ex hoc patet: quod deo
nullus adeo diſplicet q nō placeat ei: ſi fru
ctū hūilitatis ꝯfeſſiōis ei offerat: vel etiā of
ferre ꝓponat. vñ ps. dixi cōfitebor ⁊c. ⁊ la
tro dū in cruce humilē deo cōfeſſionē obtu
lit a patibulo īferni ſe abſoluit: ⁊ eternū
regnū meruit. ¶ Quītus fru. eſt modeſtia
que in hoc attēditur. vt hō modū ponat ī
verbis ſuis quo ad quātitatē: ⁊ vt loquat
q̄ualia dʒ loq nō clamoſe. ſcilʒ vera ⁊ q̄ ad
dei ſunt gloriā ⁊ ꝓximi vtilitatē ⁊ vt loq
tur qualiter dʒ loq nōn clamoſe. Precioſi
tas h⁹ fruc. pʒ ex hoc qđ lr̄ in Prou. Qui
moderat ſermones ſuos: prudētiſſim⁹ eſt. F
¶ Sex. fru. eſt abſtinētia cui⁹ p̄cioſitas pʒ:
p hoc ꝙ tāte virtutis eſt. abſtinētia ꝙ vitā
hois ꝓlongat. Eccle. Qui abſtinēs ē adij
ciet vitā. ⁊c. Tal' virtutis dicunt fuiſſe fru
ctus arboris ſolis ⁊ lūe de qb⁹ legit in hy
ſtoria. Alexādri. Sacerdotes. n. ſol' ⁊ lune
fructib⁹ illis veſcētes referūtur vixiſſe. ccc. G
ānis abſq3 leſione Septim⁹ fructus ē fru

terna eruditio. Fructū iſtū ſpecialiter ferre voluit ipſum lignum vite. ſ. ipſe dei filius. Mate. i. Eamus in ciuitates: ⁊ vicos pximos: vt ibi pdicē: ad hoc eni veni. Octauꝰ fructus ē fidelis reclamatio quādo hō videt iniurias inferri deo vel proximo. Preciositas vero huiusfructus māifeſta eſt ex eius raritate. Pauci eni inueniūtur q iſtū fructū habeant. Unde Prouer. xx. Multi miſericordes vocātur. Uirū autem fidelez quis inueniet. Uidemus quottidie fratres noſtros a qbuſdam dillacerari ſcilicet a detractoribus: ⁊ nō eſt qui reclamet. Immo quod plus eſt videmus ipſum deū a luxoribus crucifigi: ⁊ nō eſt qui inde loquatur. Illi q ſolo verbo poſſent has cōtumelias dei ipedire non curāt de hoc loq. ¶ Quarta ſtulticia ocioſi eſt φ ipſe ſe expōit abſq; defenſiōe hoſtibus ſuis. Ocioſus eſt ſicut ſignū ad ſagittā. Poteſt eni; a demonibꝰ vndiq;: vndiq; ſagittarij: vñ pōt dici illð. Treno. iij. Tetendit arcū ſuū ⁊ poſuit me quaſi ſignū ad ſagittam. Occupatio velut quidā clipeus eſt contra ſagittas diaboli. Uñ Ouidius. Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus. Eſt etiā ocioſus velut caſtruz abſq; muro. Uñ Ezechie. xxxviij. Aſcēdaz ad terrā ſine muro. Uerbuz eſt diaboli veniā ad geſcentes habitāteſq; ſecure. Hō vero occupatus eſt velut caſtrū bene clauſuz. Uñ. Augu. Nemo facile capitura tpe qui bono vacat exercitio. Homo ocioſus non tantū expoſitus eſt vni hoſti: ſed pluribus. Uñ hētur in vitis patrū: quod dixerūt ſeniores. Operantē monachū demonē lino pulſari ocioſuz vero ab imūdis ſpiritibus deuaſtari. ¶ Quinta ſtulticia eſt quod cū ipe valde paup ſit ⁊ nihil lucretur tamen large expendit res valde ſpecioſas. ſ. tpus ſuū: ⁊ bona ſua naturalia. Uñ in hoc negocio nihil deterius ocio: quod nō ſolū noua nō acqrit: ſed etiā opata pſumit. ¶ Sexta ſtulticia ocioſi eſt qð ipſe facit ſe quaſi receptaculū omniū ſordiū vñ. Ber. Omniuz tēptationū ⁊ cogitationū malarū ⁊ inutiliū ſentina eſt otiū. In ſentina ſordes recipiuntur in nauibus marinis ſic cor ocioſi quaſi oēs ſordes recipit viciorū licet autez origo poſſit eē omniū peccatorū: tamē occaſio eſt ſpecialiter iſtorū peccatorū: ſcilicet luxurie: verboſitatis: nugarū: ⁊ curioſitatis: ⁊ ſupbie. De peccato luxurie habes exēplū in Dauid: qui dum occupatus fuiſſet bellis cōtinens fuit. Poſt vero: tēpore ocij adulterū cōmiſit vt legit. ij. Reg. vndecimo. Salomō etiā dū occupatus fuit circa tēplū ⁊ alia edificia nō ita infatuatus fuit amore mulierū vt poſtea quādo factus eſt ocioſus: poeta etiā dicit. Queritis egiſtus quare ſit factus adulter. In promptu cauſa ē ðſidioſus erat ⁊: Ezechi. decimoſexto. Hec fuit iniquitas ſodome ſororis tue. ſuꝑbia: ſaturitas: panis ⁊ habūdātia: ⁊ ociū De verboſitate: ⁊ curioſitate legitur prime ad. Thim. quinto. Adoleſcētes viduas deuita: ⁊ ſubdit Diſcurūt eni circuire domos nō ſolum autem ocioſe: ſed etiā verboſe: ⁊ curioſe loqntes que nō oportet. De nugis vero dicit beatus Ber. Ocioſitas eſt mater nugarū nouerca virtutum De ſupbia dicitur in Pſalmo. In laboribus hominū nō ſunt ⁊ cū ho. non fla. Ideo tenuit eos ſupbia. ¶ Septima ſtulticia ocioſi eſt: qð ipe ſecuz vult habere qui eū de malicia iſtruat vnde nō eſt mirū ſi ſapiēs ſit vt faciat mala. ¶ Otioſitas quaſi quedaz mgr̄a malicie eſt. Eccle. trigeſimotertio. Seruo mali volo tortura ⁊ compedes mitte eū in operationem ne vacet. Multā enim maliciaz docuit ocioſitas. ¶ Octaua ſtulticia ocioſi eſt qð cū ipſe ſit ſubmerſus in pſundo ſtulticie ſiue malicie nō vult tamen porrigere manū ad laborez licet aliter euadere non poſſit vñ Sene. A ſtulticia nemo emergit niſi manū porrigat ad laborē hō ocioſus q ñ vult occupare ſe vt a peccato poſſit exire tali ſtulticia laborat q̄ñ laboraret ille q cecidiſſet in aquā profundā ⁊ pigritaretur manū porrigere ad arborē ſibi pximā cū aliter nō poſſet a naufragio liberari. Occupatio bona lignū vite ē his q apphēderūt eā: ⁊ fruſtra laborat ocioſus ad exeūdū de peccatis niſi ſe occupet. ¶ Nona ſtulticia ocioſi ē qð ipe geſcit quādo laborādū eēt: ſcilicet in preſenti: ⁊ ideo laborabit: quādo eēt geſcendū. ſcilz in futuro: in quo ſimilis ē illi de quo dicit Iſai. quartodecimo Sedebo i mōte teſtamēti i lateribus aglonis Cui dicit btūs Ber. O ipudens ⁊ ipudēs milia milium miniſtrabant ⁊c. ⁊ tu ſedere preſumi. Mundus iſte locus laboris eſt. vnde Job quīto. Homo naſcitur ad labore ⁊ auis ad volandum. Unde. dictum eſt Ade quando erat eijciendus de paradiſo

ſo ⁊ ponendus in terra iſta. in ſudore vul-
tus tui veſceris pane tuo. ¶ Decima ſtul-
ticia ocioſi eſt: ꝙ ipſe vult deū quodāmo-
do preire dum ſolum vult quieſcere ⁊ nō
laborare. cūm dn̄s ſex diebus opatus ſit: ⁊
ſeptima requieuerit. Unde. Gen̄. ij. Cōple
uitq̄ de⁹ die ſeptimo opus ſuū qđ fecerat
⁊ requieuit ab omni opere quod patrarat.
¶ Undecima ſtulticia ocioſi eſt: ꝙ ipſe re
fugit qđ eſt iocunditas: ⁊ ſanctitas tā aīe
ꝗ corporis. ſ. moderatū laborē. ¶ Duode-
cima ſtulticia eſt: ꝙ ipſe illud diligit. vn̄
dei maledictionem icurrit: ⁊ vnde in vni
uerſitatē vitioꝝ incidit. Ad pmū pertinet
qđ legitur Mat. xxi. De ficulnea quā deus
maledixit. Ideo quod eēt ſine fructu. Ad
ſcđm pertinet illud verbū Ber. Summa
mentis malicia eſt ocium iners.

¶ Quam reprehenſibiles ſint ocioſi tem
K pore gratie.

Equitur videre quare poſt⁹ repre
s henſibiles ſint ꝗ tēpore gratie ſūt
ocioſi quā ꝗfuerūt ante. qđ patet
ex hoc ꝙ legitur. Mat: xx. Quid hic ſtatis
tota die ocioſi? Illos rephēdit pater fami
lias: quos ocioſos inuenit. xi. hora. ꝑ quos
ſignantur illi qui ſunt in tempore gratie.
Et poſſunt hic quattuor cauſe aſſignari.
¶ Prima cauſa eſt hoc quod dn̄s dedit
nobis formā iam laborandi ⁊ exemplum.
Unde ad Phi ij. Exinaniuit ſemetipſū for
mā ſerui ac. Magna ſuperbia eſſet ſi vel-
let quieſcere ſeruus ex quo laborat domi-
nus. Unde Mat. x. Non eſt diſcipulus ſu
per magiſtrum. neq̄ ſeruus ſuper domi-
num ſuum. ¶ Sc̄da cā eſt quod nos qui
tempore gratie ſum⁹ ſerui: empticij ſum⁹:
⁊ ideo magis ad laborem tenemur. vnde
Apoc. Empti eſtis precio magno. ¶ Ter
tia cauſa eſt: qꝛ melior merces nobis pro-
mittitur. Judeis enim promittebatur ter-
ra: nobis celum. Une Mat. iiij. Penitētiā
agite appro. enī re. celo. ¶ Quarta cauſa
eſt: qꝛ etſi ſpiritualibus ꝗ erant in veteri le
ge promittetur regnū celorum ſub figura
terre promiſſionis: tamen illa multū illis
differebatur. Non enim acceperunt merce
dem ſuam vſq̄ poſt paſſionem chriſti. ni-
mis erat longe via in paradiſum quando
oporebat ire per infernū: ſed i momento
vno lucratur aliquis paradiſū: vt cū poſt
verum baptiſmū decedit vel cū poſt tantā
contritionem que ſufficiat ad lotionē cul-
pe ⁊ pene. Unde Ber. in perſona Eccleſie
Labor meus vix eſt vni⁹ hore: etſi ampli⁹
pre amore non ſentio. Unde Luce. xiiij.
Miſit dn̄s ſeruū ſuum hora cene dicere
inuitatis vt venirēt. quia iam parata ſunt
omnia. Hora cene tēpus eſt gratie. in quo
omnia ſunt parata: quia nihil ampli⁹ ne-
ceſſe eſt ad hoc quod aliquis ad eternam
cenam introducatur niſi qđ man⁹ ſuas la
uauerit ideſt purgatus perfecte fuerit. L

¶ Quod tria ſunt attendenda circa occu
pationem.

Equitur videre quid attendendū
s ſit in occupatiōe quā quis eligit.
Tria autē attendenda ſunt circa
eam. ſ. quod occupet. Unde Jeronymus.
Semper aliquid boni facito: vt te dya-
bolus inueniat occupatum: ⁊ vt te tediū
remoueat iuxta illud verbū Sene. Occu
patione bonaꝝ artium ſumus occupandi
quotiēs male habet inertia impatiens ſui.
⁊ vt vtilitatem habeat. Pro vitando enī
ocio ocioſa ſectari ridiculum eſt. vt dicit
Ber. idem. Non tantūmodo agendū eſt
vt cum aliqua delectatione vel ſine grādi
nauſea dies tranſigatur: ſed vt etiam de
peracta dieta ad profectum mentis ſemꝑ
aliquid in cōſcientia reſideat aliquid tota
die theſaurum congregatur. Magis enī
attendendū eſt in occupatione quod oc-
cupet animū ꝗ quod occupet corpus. Itē
ſecundū Ber: Meliora ſunt exercitia ſpi-
ritualia ꝗ corporalia. Et inter corporalia
melius eſt quod ſimilius ſpiritualibus vt
ſcribere. Et notandū ꝙ quidā nolunt ope
rari: quia hoc ſibi dedecus reputant. Cre-
dunt enim honorabiliores burgenſes eſſe
illos qui nihil agunt niſi quod comedunt
⁊ bibunt: ⁊ aliis delitiis intendunt. Sed
eadē ratione poſſent porcos pferre equis:
⁊ ceteris animalibus que nihil agūt niſi
quod comedunt ⁊ bibunt. Et in veritate
tales homines per porcos ſignant. Mat.
viij. Ubi dicunt demones domino. Si ei-
cis nos hinc: mitte nos in gregē porcoꝝ.

¶ Decimoſeptimo de vitio dilatiōis. ix.

Equitur de vitio dilatiōis. quo vi
s tio multū laborat genus humanū M
Uñ Sen̄. Nemo. n. quicq̄ habꝫ in
preſenti. In futurū enī multa diſtulimus:
⁊ nocet hoc vitiū multū homini. vñ nocet

⁊ nocuit ſemp differre paratis. ¶ Itē qui nō eſt hodie cras min⁹ aptus erit. ¶ Due aūt ſunt ſpēs dilationis que multū nocēt. ſcilicet dilatio conuerſionis: ⁊ dilatio confeſſionis. De quibus modo pſequemur. De prima legitur. Eccle. v. Non tardes cōuerti ad dn̄m: ⁊ ne differas de die in diez. Subito eniz veniet: ⁊ ira illius: ⁊ in tēpore vindicte diſperdet te. Et eiuſdē. xvij. Ne demoreris in errore impiorūz. Et. xxi. Fili peccaſti. Non adijcias iteruz ſed priſtinis vt tibi dimittantur. Ad eandē dilationem poteſt referri illud. Iſa. xxviij. Erit eis verbum domini manda: remanda ⁊c. Verbum. n. dn̄i multis eſt occaſio huiuſmodi deriſionis. multi. n. qn̄ amonent d̄ ſua cōuerſione reſpōdent ad min⁹ facto ſic māda remāda ⁊c. Et hoc pcurat diabol⁹ vt dum differunt venire ad dn̄m. vadant ad infernuz ⁊ cadāt retrorſuz. i. īprouiſe moriantur ⁊ pterātur. i. irrecuperabiliter dānentur. Ad illaz dilationē ptinet illud verbuz Aug. Loquēs ad dn̄m. Non erat qd̄ tibi reſponderet dicenti mihi: ſurge q dormis niſi v̄ba ſomnolēta. modo. Ecce modo ſiue paululū. ſed illud modo nō habebat modū: ⁊ illud. Paululū ibat in longū Unde Aug. de eadē dilatione. Differebaz de die in diem viuere in te: ⁊ non differebam in memetipſo mori. ⁊ illud Senece. Quidā tūc viuere incipiūt cū deſinendū eſt. Quidā ante deſierūt quā inciperent: ⁊ illud ſopho. ij. Vox cantantis in feneſtra: ⁊ coru⁹ inſup liminari. Dominus ſtat ad hoſtiuz domus peccatoris ⁊ pulſat. Unde Apoc. iij. Ecce ego ſto ad hoſtiuz ⁊ pulſo.

B Si quis audierit vocē meā ⁊ aperuerit mihi ianuā introibo ad illuz. Duo vero ſunt que īpediunt ne dn̄s intret ad peccatorez. Primū eſt qd̄ peccator habet oculū ad leta ⁊ pſpera: cū potius deberet oculū habere ad triſtia. i. pericula que ſibi imminent. Unde Eccl. vij. Cor ſapientū vbi triſticia eſt: ⁊ cor ſtultoꝝ vbi leticia eſt. Et iſta cogitatio dicitur in p̄dicto verbo ſophonie. Vox cantantis in feneſtra ⁊ īpedit ne dn̄s ad peccatorē intret. exemplū habemus de hoc in ciuitate iſrael que oculuz habebat leta. vnde gaudebat cuz fleret dn̄s pro ea. Unde Luc. xix. Uidens ieſus ciuitatē fleuit ſuper eā dicens: q: ſi cognouiſſes ⁊ tu: quidez in hac die tua que ad pacem tibi.

¶ Scd̄m q̄ īpedit ne dn̄s itret ad peccatorē eſt pcraſtinatio. ⁊ iſta pcraſtinatio ē velut coruus inſup liminari dicēs dn̄o pulſanti ad hoſtium: cras cras. Prouenit iſta pcraſtinatio ex hoc q̄ peccator repromittit ſibi longā vitā. Un̄ Eccle. xxix. Repromiſſio negſſima multos pdit. Repromiſſio qua peccator ſibi pmittit longā vitaz. Non ſolū nequā eſt ſed etiā nequior. ⁊ nequiſſima: Nequaz eſt: ideo q: ſibi vſurpat peccator. hoc qd̄ pꝓuidēdi eſt de futuro tēpore diſponere. ne. vnde act. i. Non eſt veſtrum noſſe tēpora vel mo. que pa. ⁊c. Et Ber. dicit. Quid de futuro miſer taz temerarie pſumis. tanq̄ pater tēpora ⁊ momēta in via nō magis in ſua poſuerit poteſtate. Nequior nō eſt repromiſſio iſta. q: cuz tēpus infiniti valoris ſibi a deo datū fatue expenderit. Adhuc tamē preſumit qd̄ de⁹ multū tēporis ſibi ſit daturus. Tali fatuitate laborās qua laboraret ille qui theſauruz magnū ſibi a patre deditum ad negociandū fatue expēdiſſet ⁊ adhuc lōge expēdere vellet dicens. Bene poſſum expēdere q: pater me⁹ ſatis mihi adhuc dabit. Cui reſponderi poſſet. Uex eſt q: ita bene cuſtodiſti que tibi iam dedit. Tales deberēt aduertere. id quod dn̄s tēpore Noe reſcidit de tēpore penitentie homini promiſſio ſcd̄m ſtrabū. xx. annos eos qd̄ videbat q̄ hoies penitere nolebant. Si vero dominus tēpus pmiſſuz nolentib⁹ penitere abſtulit. Quid faciet de his quib⁹ nullū tempus pmiſit. Nequiſſima vero eſt pmiſſio iſta quia talis nō tantū tēpus ſibi datum perdit. imo etiā in contumelia ipſius largitoris expēdit: ⁊ futurū tēpus in cōtumeliā eiuſdē expēdere diſponit. Qua frōte ergo preſumit quod deus qui iſta nouit debeat ſibi longā vitā dare. ad hanc dilationē poteſt etiaz referri qd̄ legitur in Prouer. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ cras reuertere cum ſtatim poſſis dare.

¶ Octo promouētia ad accelerationem conuerſionis.

Octo vero ſunt q̄ debēt hoies mouere ad accelerandā cōuerſionem D

¶ Primū eſt mortis incertitudo. Un̄ Luce. xij. Et vos eſtote parati. q: qua ho. nō pu. fi. ho. ve. Et Mat. xxiiij. Ueniet ⁊ dn̄s ſerui illi⁹ in die qua nō ſperat. ⁊ in hora quā ignorat: ⁊ iter̄ Lu. xij. Dicit illi

qui dicebat aīe ſue. Anīa mea, multa bona
hꝫ repoſita ma. p. regeſce: comede. Stulte
hac nocte aīa. t. re. a te. q̄ aūt paraſti cuius
erūt. ꝛ Eccle. ix. Neſcit hō finē ſuū: ſꝫ ſicut
piſcis hamo. ꝛ ſicut aues ꝯprehēdunt la-
queo: ſic capiunt hoīes i tpe malo. ꝛ Señ.
Neſcis quo loco mors te expectat: idō tu eā
in oī loco expecta cuꝫ neſciat hō quo loco
mors debeat occurrere ei: eā magis debe-
at hō expectare. vñ in oī loco expectāda eſt
vel in nullo: ſed non nullo. ergo in oī loco
expectāda eſt. Uñ Sene. Juuenes morteꝫ
haberēt a tergo: ſenex ante oculos. ſꝫ illud
nō videat qđ eſt a tergo: nihilominꝰ tñ no
cere pōt. Et ēt amplꝰ quā qđ ante oculos
eſt: ſic mors iuuenibus timēda ē: vt ſenibꝰ
ſꝫ ipſi nō aduertāt: ꝛ hoc eſt vnde qđ mul
tū deberet hoīes mouere ad accelerationē
ꝯuerſionis qđ tot hoīes defuncti ſunt qui
beñ ꝓponebāt: nūqꝫ ſe facturos penitētiā
ꝛ p̄occupati nō fecerūt nec de cetero vnq̄
facient. Nimis temerariꝰ ꝛ fatuꝰ eſt hō: q
tanto diſcrimini ſe ſubicit qđ differt ꝯuer
ſionē ſuā. ℭ Scđo debēt homīes mouere
ad accelerationē ꝯuerſionis maximuꝫ bo
nuꝫ qđ ꝓuenit inde. de quo bono legitur.
Treñ. iiij. Bonū erit viro cum portauerit
iugum ab adoleſcentia ſua.

ℭ Quod octo bona accidūt ꝓpter accele-
rationem conuerſionis.

Octo vero ſunt bōa q̄ ſequūtur ex hac acceleratiōe. ℭ Primū boni
tas ꝛ ꝓfunditas: altiꝰ ꝛ ꝓfunditꝰ
īfigitur eo qđ īuenit ſubiectū magis tenerꝫ
vñ verſus. Quo ſemel eſt ībuta recēs ſer-
uabit odorē: teſta diu. ℭ Scđm eſt ꝙ hoī
iocundū eſt bene viuere. vñ ſapiēs. Opti-
ma forma viuēdi ē eligēda q̄ iocūda red-
det aſſuetudo. Ante aſſuetudinē moleſtiꝰ
eſt equs ambulare adeo qđ oporteat vincu
la in pedibꝰ eoꝝ ponere. Poſtq̄ vero con
ſueti fuerint facile eſt eis. Silr pueris in
p̄ncipio moleſtuꝫ ē addiſcere adeo vt ver
beribꝰ oporteat eos ad hoc cōpelli. poſtq̄
vero aſſueuerūt amori litteraꝝ. patriā ſuā
relinquūt: ꝛ mltas pauꝑtates ꝛ moleſtias
ſuſtinēt vt addiſcere poſſint: ſic bene viuere
qđ p̄mo hoīem moleſtat ꝑ aſſuetudinē fit
hoī iocundū. ℭ Tertiū bonū eſt qđ hō ſe-
cure viuit. Uñ Sene. Pulchꝝ ē ante mor
tē cōſumare vitā. deinde expectare ſecure
reliquā tēporis partē. De hac ſecuritate le

gitur. Prouer. xv. Secura mēs q̄ſi iuge
ꝯuiuiū. Quartū bonuꝫ eſt quod hō deo
diutiꝰ ſeruit ꝛ diutiꝰ bene viuit. Uñ Aug.
Quid differs i craſtinū lōga vita erit ipa
longa bona ſit. vtiqꝫ ſi lōga erit. in verita-
te quāto habiturꝰ ſit longiorē vitā. tāto am
plius deſiderare debet vt bona ſit. ſicut ali
qs quāto amplius hꝫ de vino: tantuꝫ am-
pliꝰ deſiderare dꝫ vt bonū habeat: ꝛ am-
pliꝰ diſplicet ſibi vt corrūpat. Quintuꝫ
bonū ē quod gratiꝰ ē ſeruitiū corā deo q ci
to ad eū cōuertunt. Illi. n. puro ꝛ optimo
vite ſue q̄ſi de flore: ꝛ vigore deo offerunt.
Qui aūt tarde volūt cōuerti q̄ſi feces deo
reſeruāt. Qui timere poſſunt ne de fecibꝰ
calicis ire dñi bibāt. Juxta illđ ps. Fex eiꝰ
nō eſt exinanita. bibent. o. pec. ter. Iſti de
vita ſua p̄mo offerūt: qđ pulcriꝰ ꝛ meliꝰ ē
i ea diabolo vel mūdo tanq̄ dño. Religās
vero deo volūt offerre illud. ſ. de quo mū-
dus nō curat. cū tñ ea optima ꝛ electa de-
berēt eē. vñ in Eccle. Fili ſi habes beneſac
tecū ꝛ dignas deo oblationes offer: ꝛ in li-
bro Numeroꝝ. Oīa q̄ offertis de decimis
ꝛ in donaria dñi ſeꝑabitis. Optima ꝛ ele
cta erūt de illo q ꝙ deterius eſt dño offert:
dicit dñs in Malachia. Maledictus qui
hꝫ in grege. m. ꝛ vetera facit: ꝛ imolat de-
bile dño. p̄cipue placet dño ſeruitiū iuue
nū. Uñ dñs in Mat. Sinite paruulos ve
nire ad me: ꝛ nolite ꝓhibere. ꝛ. xxi. Nunq̄
legiſtis: quia ex ore infantium ꝛ lactentiū
perfeciſti laudem. Sextū bonū ē quod
hō moritur certꝰ certitudine ſpei de ſalute
ſua. econtrario incertus moritur q in fine
penitet. Unde Aug. Si quis poſitꝰ in vlti
ma neceſſitate voluerit penitētiā accipere:
ꝛ acceperit: ꝛ cum hac vadit: fateor vobis
nō ei negamus quod petit: ſed nō p̄ſumi-
mꝰ qđ bñ vadit pniam dare poſſumꝰ. ſe-
curitatē vero nō nunqđ dico dānabit: ſed
nec dico liberabit. vis ergo a dubio libera
ri: age pniam dum ſanꝰ eſ: ſi ſic agis dico
tibi quod ſecurus: q: pniam egiſti eo tpe
quo peccare potuiſti. Si vis pniaꝫ qñ pec
care nō potes. peccata dimiſerūt te non tu
illa. Itē Aug. Due ſunt res: aut ignoſcitur:
aut nō agnoſcit. qđ hoꝝ tibi futuꝝ ſit ne-
ſcio tene certū ꝛ dimitte incertū. Septi-
mū bonū eſt quod ignis purgatorij euitat
licet ille qui tarde conuertitur ſaluetur: ſic
tñ ſaluꝰ erit quaſi per ignē. i. ad Cori. iij.

¶ Octauũ bonũ eſt ꝙ malus premiũ reci‑pit. habet enim deus vnde melius remu‑neret eos q ſibi diutius ſeruierũt: ⁊ lꝫ ſal‑uetur q tarde conuertitur ſi vere tñ ſicut il‑le qui cito cõuertit: tamen in domo patris celeſtis manſiones multe ſunt.

¶ De periculis dilationis.

Tertiũ quod deberet hoies moue‑re ad accelerationẽ ꝯuerſionis eſt magnũ periculũ male conſuetudi‑nis quod periculũ manifeſtari põt ex di‑uerſis teſtimonijs ſcripturaꝝ que ſubiũge‑mus. Legiť Job. xx. Oſſa eius iplebuntur vitijs adoleſcẽtie ei⁹: ⁊ cum eo in puluere dormient. Uitia adoleſcẽtie. Si hõ in his ꝑſeueret ſunt ſimilia gutte q̃ oſſa ſubintrat que vix curatur. vnde talia vicia nõ relin‑quent hoiem dum viuit. Uñ Prouer. xxij. Adoleſcens iuxta viam ſuaꝫ cum ſenuerit nõ recedet ab ea. vnde narrat hiſtoria gre‑coꝝ. Quod Alexander magn⁹ carere nõ potuit moribus ⁊ inceſſu leonidis peda‑gogi ſui ⁊ vicijs quibus paruus fuerat iſe‑ctus: ⁊ in Jere. xiij. Sumitate poteſt ethi‑ops pellem ſuaꝫ: aut pardus varietates ſu‑as: ⁊ vos poteritis bene facere duꝫ dedidi‑ceritis maluꝫ. A medicis etiaꝫ diciť quod ꝯſuetudo eſt altera natura. De natura aũt eſt dictũ: ſi naturam expellas furca tñ vſqꝫ recurret: ⁊ ſm Aug. Dum cõſuetudini nõ reſiſtiť. fit neceſſitas. Quantũ ſit periculũ male ꝯſuetudinis oſtẽdit nobis glo. ſuper Mat. xxvi. Ubi Petrus in pͥma negatiõe dicit. Neſcio qd dicis. Jn ſcda cũ iuramẽ‑to negat. Jn tertia teſtať ⁊ iurat quod nõ nouerit hoiem. perſeuerans in peccato di‑cit glo. ibi Augu. Dat incrementũ ſcelerũ ⁊ qui minima ſpernit cadit in maiora. Ad oſtendendũ etiã male cõſuetudinis valere poteſt quod legiť de Lazaro. Jo. xi. Laza‑rus enim figurã tenet eoꝝ q ſunt in pecca‑to cõſuetudinis. De qbus dicit Martha. Dñe iam fetet. Lapis etiã ei at ei ſuppoſi‑tus. ligatus etiã erat manus ⁊ pedes iſti‑tis ⁊ facies eius erat velata ſudario. Et iſta quattuor ſpecialiter reperiunť in hoie qui eſt in pctõ conſuetudinis. Natura .n. ipſi⁹ corrupta eſt a deo vt ei ſapiant que debue‑runt ei deſipere: ⁊ ei deſipiant que debue‑runt ei ſapere. vnde fetidi ſunt coram deo ⁊ angelis eius: ſicut corpora corrupta ho‑minibus fetent. vnde in ps. Corrupti ſunt ⁊ ab ho. f. ſunt in iniqtatibus. f. nimis tar‑de adhibetur ſal ⁊ mirra pnie hoit⁹ qui ſunt i pctis cõſuetĩ. ſicut carnes tarde ſale ꝯdiuntur q̃ iaꝫ ſcaturiunt vermibus. Nõ etiã qui eſt in peccato cõſuetudinis habet velut magnũ lapidẽ ſupra ſeipſum malaꝫ conſuetudinẽ. vnde ſuper Jo. xi. dicit glo. Quod dñs fremuit lachrimatus ẽ clama‑uit. qñia difficile ſurgit quem moles male conſuetudinis premit. homo q in peccato male cõſuetudinis ẽ. ſimilis ẽ illi qui i pu‑teum cecidit ſuper cui⁹ os eſt magnus la‑pis poſitus. vnde in ps. Nõ me demergat tempeſtas aque neqꝫ abſor. me. pfun. neqꝫ vrge. ſuper me. p. o. ſ. Tempeſtas aque ho‑minem demergit in cõſenſu pecati morta‑lis. Profundũ abſorbet cũ peccato pecca‑tũ additur. Puteus vrget os ſuũ qñ hõ in ſeruitute male conſuetudinis redigitur. Manus vero ⁊ pedes hꝫ talis ligatas in‑ſtitis ꝑpter magnã difficultatem ad bene operandũ que eo eſt. Unde Aug. Ligat⁹ eram non ferro alieno ſed mea ferrea vo‑luntate faciem etiam habet velatam ſuda‑rio: quia ex hoc quod diu in tenebris pec‑catorum fuit ſpecialem viſum amiſit ho‑mo peccatis aſſuetus ẽ velut equus effre‑nis: qui eſt in curſu nec de facili poteſt re‑tineri vnde Jere. viij. Nullus eſt qui peni‑tentiam agat ſuper peccato ſuo dicens. Quid feci ſed omnes conuerſi ſunt ad cur‑ſum ſuum quaſi equus impetu vadẽs ad prelĩũ in quãto picũlo ſit talis hõ oſtẽditur in ps. Fiant vie illoꝝ tenebre ⁊ lubrice: ⁊ angelus do. p. e. Mirum ẽ ſi nõ cadit qui per viam tenebroſaꝫ: ⁊ precipitem: ⁊ lubri‑caꝫ incedit: ⁊ iceſſanter impelliť: a forti tẽ‑ptatione cũ ipſe ſit debilis. vnde põt dici il‑lud. Dñe vim patior Et videtur trahi ab ipſa cõſuetudine ad interitũ. vñ. Prouer. xxiiij. Et qui trahũtur ad interituꝫ libera‑re ne ceſſes. Peccatuꝫ cõſuetudinis ẽ vt fu‑niculus: immo vt filum ſtupeum reſpectu ſtatus in quo ẽ poſiť cõſuetudinem. vnde Jſa. v. Ue qui trahitis iniqtatem in fu. vãitatis: ⁊ qſi funiculũ plauſtri pctm̃ pec‑catum cõſuetudinis ẽ velut funiculus pla‑uſtri ꝙ. x. boues. i. x. predicatores vix rũpe‑re poſſunt. vnde dicit glo. ſuper illum locuꝫ. Merito iniqtatis i funiculis vanitatis tra‑hitur: qꝛ peccata: peccatis cõuertũtur ⁊ in‑ania ſunt vt fila araneaꝝ. Sed ſi extre vo

lumus tāq̄ vinculis ſolidiſſimis tenemur. Peccatū et ꝯſuetudinis eſt veluti languor inueteratus qui difficile curatur. vnde Eccle.x. Langor prolixior grauat medicū. breuem langorem precidit medicus. Itē in Eccle.xviij. Ante langorē adhibe medicinā. ⁊ Sene. Minꝰ negocij haberet medicus: ſi ad recens vitium adhiberetur ſequeretur cecū ⁊ rudes rectā mōſtrantes. nemo difficulter ad naturā reducitur niſi q ab illa diceſſerit: ⁊ Mat.ix. legitur. Qd diſcipuli non potuerunt expellere malignum ſpiritū a quodam in quo fuerat ab infantia. Et Baſilius magnꝰ: dicit qd ſicut non pōt quis dediſcere maternā linguā. ſic nec vix longa peccati ꝯſuetudinē tāta ē vis cōſuetudinis: vt quod hō ꝯſueuit facere vigilās nūq̄ faciat dormiens: ⁊ quod conſueuit facere viuens interdum faciat moriens. vnde refertur de quodā medico cui debebantur.xiij.lib. ad tres annos ſoluēde: qd cū laboraret in extremis: ⁊ admoneret vt ꝯfiteretur. ⁊ eucharistiā ſumere nihil aliud poterant ab eo extrahere niſi.xiij.lib. ad tres ānos: ⁊ ſic loquēs expirauit. ¶ Quarto debet monere hoīes ad accelerationem ꝯuerſionis ħ quod ꝯuerſio dilata difficilior eſt. Accelerata vero facilior. vnde Beda ſuper Lucam. Dyabolus quanto diutius poſſidet tanto difficilius dimittit. Et iterū. Quāto citius: tanto facilius diaboli dominiū euitatur. ſicut optimus modus occidendi ſerpentē materialem eſt per contritionem capitis. ſic optimus modus vincēdi ſerpentē infernalem ē per ꝯtritionē capitis ipſius. Tunc caput eius ꝯteritur cum in principio ꝯflictus ipſe deuincitur. vnde dñs dicit ad ſerpentē de muliere ipſa conteret caput tuum. Et Iero. Lubricus ē antiquus ſerpens: ⁊ niſi in capite teneatur ſtatī illabitur. ⁊ Eccle.xxv. Nō ē caput nequius ſup caput colubri. Et Cant.ij. Iubet dñs capi vulpeculas: ⁊.i. Re.xvij. Legitur Dauid ꝑcuſſiſſe Goliā in frōte: ⁊ ſic eū īterfeciſſe. in frōte dyabolum percutit qui in principio vite ſue eum deuincit. ſed velut in calcaneo eum percutere qui in fine vite ſue vult eum vincere. Pharao aūt populū iudeoꝝ in morte primogenitorū dimiſit: vt legitur Exo.xij. Per alias plagas non dimiſit eū: nec diabolus populū xp̄ianū perfecte dimittet donec eccleſia ſtudeat correctioni ꝑuulorū: ⁊ laboret ad interficiendum peccata dum recentia ſunt.

¶ Duodecim rationes q̄ conuerſio dilata ſit difficilior.

Uodecim ꝓo ſunt q̄ faciunt ad hec
d quod conuerſio dilata difficilior ſit.

¶ Primū ē induratio puerilis.n. etas tenera ē ⁊ ſuſcepti impreſſionis. ſenilis vero dura ē vnde Eccle.xxx. Curua ceruicē filii tui in iuuentute: ⁊ tonde latera eius dū infans eſt ne forte induret: ⁊ nō credat tibi virgula dū tenera ē. ſi curua ē pōt ad rectitudinem reduci. trabs vero poſtq̄ deſiccata ē ⁊ curua ē impoſſibilis ad rectitudines reduci. Sic ꝑuuli corrigi poſſēt ſi diligentia debita adhiberetur. de ſenibꝰ ꝓo in malicia ſua induratis non multū ſperādū ē. Ber. Ois malus aius priuſq̄ indureſcat malicia eius molliri pōt: ſed poſtq̄ indurauerit deſpādū ē.i. nō multū ſꝑandū ¶ Scd'o facit ad difficultatē ꝯuerſionis ħ qd ꝯtrariū grē dei iā occupauit hoīem. idō grā dei difficiliꝰ in eo recipit. ſicut materia q̄ hȝ aquā difficiliꝰ ſuſcipit ignem. q̄r ignis inuenit ibi qd ſibi repugnat. ſicut manifeſtū ē de cādela madefcā. de facili capit caſtrū in quo nullus repugnat: ⁊ de facili veſtis rectam formam ſuſcipit q̄ nūdū prauā ſuſcepit. In paruulis nūdū vicia ſūt vel ſi ſūt ꝑua ſūt. Idō de facili pñt extirpari. vbi idō dicit in ꝓs Btūs q tenebit ⁊ allidet ꝑuulos ſuos ad pe. ¶ Tertio facit ad hāc difficultatē ħ qd ille q diu multa diſſiulit diſſipauit in ſe bona nature virtutes.n. naturales quas habebat in puericia amiſit.ſ. virginitatē innocentiā humilitatē: ꝑꝑ quas virtutes dicit dñs. Mate.ix. Sinite ꝑuulos venire ad me: ⁊ nolite ꝓhibere. taliū eſt regnū celoꝝ.ſ. illoꝝ q habent ꝑ gratiā ea q habēt paruuli per naturā. Facilius ē aliquē ditari q habet diuicias huius ſeculi: ⁊ q multa bona dimiſſa a parētibus hȝ quam illum q bona paterna iā cōſumpſit. ſic paruulus q bona nature habꝫ facilius ditari pōt diuitijs ſpūalibus quā ille q peccando bona nature cōſumpſit. ¶ Quarto facit ad difficultatē hāc qd ille qui differt ꝯuerti hȝ vas minꝰ ydoneū cui dñs minus libenter infundit balſamū gratie ſue. veriſimile eſt quod vas cordis quod diutius immundiciam peccati continuit: ad gratiā ſuſcipiendā minus ydone

um ſit:nullus libēter infundit balſamū va ſi quod diu cōtinuit lutum.¶ Quinto facit ad difficultatez iſtam hoc quod q̄to aliquis diutius in peccato manet tanto amplius oneratur a peccatis:quia peccatum qđ per penitentiam nō diluitur ſuo pōdere ad aliud trahit.vñ onus culpe ꝛ pene creſcit in peccatore:ꝛ iō minus pōt ſurgere a pctō precipue cū ipſe ſemper debilior fiat:ꝛ hoc eſt vnde multum apparet quaʒ ſtulti ſint illi qui differunt conuerti Jlle.n. qui non poteſt leuare onus peccatorum: quādo minus eſt quō leuabit illud quādo maius erit.vñ legit̄ i vitas patrū qđ btūs Arſenius qui hitabat in heremo licie talez vidit viſionem: venit ad eum vox dicens. Egredere ꝛ oſtendam tibi opa hoium.Et egreſſus vidit ethiopem nigrum cū ſecuri cedentem ligna: ꝛ facientem grandē ſarcinam ꝛ temptabat leuare ea ꝛ pre magnitudine nō poterat:ꝛ iterum cedebat alia ligna ꝛ addebat ſarcine. Expoſuit ergo ei hāc viſionē:q cedebat ligna: ꝛ adhuc ſemper ſarcinaʒ addebat hō eſt qui oneratus multis pctis ſemp addit alia pctā cū oporteret ea deponere: ꝛ demere.Tali ſatuitate laborat q differt agere pniaʒ vſqʒ ad ſenectutē. Quia laboraret ille q hēret quattuor iumenta ꝛ onera eis ſufficiētia: ꝛ iponeret iiij.iumētorū debiliori ex illis:ſic hoies debiles ſenio qđ ē debiliſſima ps vite hois totū onꝰ penitētie volūt ipōere.¶ Sexto facit ad cōuerſiōis difficultatē:hoc qđ quanto aliqs diutiꝰ in pctō morat̄: tāto ampliꝰ a deo elongat̄. Nō veriſimile ē qđ ille qui nō ceſſat ſe elongare a deo p.xl.annos poſſit de facili in.viij.diebꝰ.vel.xv.i qbꝰ durat īfirmitas ad deū redire.lʒ h̄ poſſit accidere ꝛ iterdū accidit quādo vero ſpūs ſcti placuerit afflare alicui:ſʒ q2 raro accidit:ideo ſcriptū ē.Qui ſe elōgant a te pibūt: ꝛ Jſa. Jnuocate eū dum ꝓpe ē.Solet dici quod tm̄ eſt a ſctō Dyoniſio vſqʒ ad vrbeʒ pariſienſeʒ: q̄tuʒ eſt ab vrbe pariſienſi vſqʒ ad ſcm̄ Dyoniſiū. Sic q lōgo tpe a deo ſe elōgauit nō niſi lōgo tpe ad deū redit:niſi dominꝰ valde magnā grāʒ ei facere voluerit. ¶ Septio facit ad difficultatē ꝯuerſiōis h̄ qđ hō circa mortē mlta hʒ i pedimēta.ſ.infirmitatē ꝛ ſollicitudinē de diſpoſitōe domꝰ ſue q̄ nō pmittūt hoieʒ cogitare de aīa ſua.vnde Jero.Dum infirmitate opprime ris.nihil aliud potes cogitare quā qđ ſentis. Aug. Mors vrget:peccata terrēt: vxor ꝛ filij quos amauit.ad ſe vocant.¶ Octauo difficile ꝯuertit̄ talis.qa iuſtū ē vt adeo ꝯtempnatur moriēs ille qui eū cōtempſit viuens vnde Jſa.xxxiij.Ue qui ſpernis nōne ꝛ ipſe ſperneris.ꝛ Jo.criſoſtomꝰ. Hac animaduerſiōe percutitur impius ut moriens obliuiſcatur ſui qui dū viueret oblitus eſt dei.¶ Nono q2 nemo niſi difficile conuertitur qui differt conuerti vſqʒ ad morteʒ:quia tunc dyabolus magis impugnat hominem ſciens: q2 ſi tunc homineʒ āmiſerit tūc de cetero eum non recuperabit.vnde Gene.iij.dr̄ ſerpenti.tu inſidiaberis calcaneo eiꝰ. Jn calcaneo qui eſt extrema pars hominis:intelligitur finis vite:cui dyabolus maxie inſidiatur. Tūc.n. ſummū ſtudiū ꝛ laborē apponit vt hominem dimicet. Jnterdum.xiiij. annis ante mortem prouidet dyabolus. vñ homineʒ dimicat in mortem.Facit enī homīnē aliquid iniuſte acquirere quod in morte nō vult reſtituere.vnde magna eſt fatuitas eorum qui ita preſumunt quod in morte cōuertantur.ꝛ quod dyabolus tunc dimicat quādo ipſe melius eſt properatus ad prelium: Similes videntur eſſe illi qui ludēs ad ſchacos ꝛ paruʒ de ludo ſciens cogitaret apud ſe.ego permittam mei familiam auferri.Deinde ꝛ in fine mactabo illū cuʒ quo ludo in angulo.cum tamen ſciret illū cum quo luderet periſſimum eſſe luſorē velut imperitus luſor eſt peccator qui ſemper interpretationibus ſuccumbit:q familiam virtutum amiſit:velut periſſimꝰ luſor eſt dyabolus qui ab initio mundi exercitatus eſt in ludo temptationū: qua preſumptione ergo cōfidit peccator qđ in angulo debeat euʒ mactare.i.in fine vite ſue vincere. Precipue cū ſine deo nihil poſſit facere ꝛ dei auxilio a deo indignū ſe fecit vt non ſolum nō ſit dignus adhuc adiuuari ſed irrideri.vnde Prouerb.i.Uocaui ꝛ renuiſtis ꝛ ſubiungitur.ego in interitu.vri ¶ Decimo facit ad h̄ qđ ille cū difficultate reuertatur qui conſueuit peccare propter amaritudinē quā inuenit cū attentat bene operari. Ex diuturna.n.infirmitate i qua fuit amaritudineʒ inuenit vbi debuit inuenire dulcedinem.vnde Aug. Palato egro pena eſt panis qui eſt ſuauis ſano ꝛ n

Oculis egris odioſa ē lux que ſanis ē amabilis. Inuēta .n. amaritudine in bono opere quod atemptat ſtatim dimittit peccatoꝛ illud ad moduȝ ſymie que guſtata exteriori amaritudine nucis: tam cito eam proicit: ⁊ ideo ad dulcedinem nuclei nō peruenit. Sic peccatoꝛ ad dulcedinē pꝛemij vel ſpiritualiū cōſolationum non peruenit: qꝛ dimittit bene operari quando inuenit aliquam difficultateȝ in bono opere. Amaritudo illa ſignata ē per amaritudinem illarum aquaꝝ quas inuenerūt filij iſrael de egypto reuertentes vt legit̄ Exo. xv. Que dulcoꝛate fuerunt cū lignum miſiſſent in eas: in quo ligno ſignificata eſt memoꝛia dominice crucis q̄ valet ad dulcoꝛandum penitentibus: amaritudinem quā ſuſtinēt iuxta illud Gregoꝛij. Si paſſio domini ad memoꝛiam reuocetur. Nihil adeo durum quod non equo animo tolleretur pꝛopter difficultatem quā habet aliquis in bono opere poſt peccatum. Dictū eſt Eue poſtq̄ pecauerit Geneſi. iij. In doloꝛe paries.

¶ Undecimo facit ad difficultatem ꝯuerſi. triſticia quā inuenit peccatoꝛ quādo cogitat ſe ſepare a vita in qua diu fuit. ⁊ hec ē cauſa quare ipſa memoꝛia moꝛtis amara eſt diuitibus: qꝛ non poſſunt ſuſtinere etiā quod cogitent ſe ſeparia diuitijs quas amauerant. vnde Eccle. xli. O moꝛs quaȝ amara eſt. m. t. homini iniuſto ⁊ pacē habenti in ſubſtātijs ſuis. ¶ Duodecimo facit ad difficultatē ꝯuerſi. quidam magnꝰ timoꝛ qui eſt in peccatoꝛe: ⁊ eſt in experiētia vite bone. qꝛ omnis peccatoꝛ ad modū Caym caput tremulum habet trepidans vbi timenduȝ non eſt. Credit enim quod moꝛi debeat ſi ſeruiat deo, iuxta illud Pꝛouer. xxij. Dicit piger leo eſt foꝛis in medio plateaꝝ occidendus ſum.

¶ Quod tunc eſt iniquus ille qui differt conuerti. Pꝛimo in deum. ſecundo in angelum. tertio in ſemetipſum.

Quinto debet mouere hominem ad accelerationē conuerſi. hoc quod ille qui differt conuerti iniquus ē in deum. in angelum: in ſemetipſum: in pꝛoximum: ⁊ etiā in inferiores creaturas. In deū. vi. modis inique agit. ¶ Pꝛimo qꝛ q̄ſi apponit fel in eſchā eius iuxta illud pſ. Dederunt in eſcham. m. fel. velut eſcha domini bonum opus eſt. qꝛ in eo dn̄s delectatur iuxta illud Cant. ij. Qui paſcis inter lilia. i. inter munda opera. Ecce ergo domini fel apponit qui bonis operibus que agit amaritudinem peccati admiſcet. Ualde ꝑuerſus eſſet coquꝰ alicuius pꝛincipis ſi in eſcha domini ſui apponeret abſcinthum. ¶ Secundo inique agit in deū: quia illud defert ante oculos eiꝰ quod maxime deo diſplicet. ſ. peccatū quod peccatū maxime deo diſplicet: vt oſtenſum eſt in pꝛincipio tractatus. ¶ Tertio inique agit in deum quia contemnit eū ſe miſericoꝛditer vocātem: ⁊ eterno regno volentem pacem eius emere cum ipſe moꝛtem eternam meruerit. vnde Iſa. xxx. Audient aures ter. ver. poſt ter. monētis. ſ. domini. Et. ij. Ad ro. An diuicias bonitatis dei ⁊ pacientie: ⁊ lōganimitatis ꝯtemnis. Et Gregorius. Debemus ſaltem dei miſericoꝛdiā erubeſcere ſi noluimus eius iuſticiā foꝛmidare. Qui tāto ampliori īpꝛobitate ꝯtemnitur q̄to contēptꝰ vocare nō dedignatur. ¶ Quarto iniq; agit in deū q eū expectat vt pius pater q̄ quātū in ſe ē affligit tarditate ſua ad qd poſſumus referre illud Thobie. ix. Scis qm̄ dies cōputat pater meus: ⁊ ſi tardauero vna die pluſ cōtriſtabitur aia eius verba ſunt minoꝛis Thobie ad angelum ¶ Quintum iniq; agit in deū: qꝛ deteriorem partē vite ſue deo reſeruat meliorē ꝑtem diabolo imolans. ¶ Sexto iniq; agit in deum qꝛ ex miſericoꝛdia dei iram ꝯgregat ⁊ ex h vnde debuit ſumere occaſioneȝ deo ſeruiendi ſumit occaſioneȝ impugnādi. Ex eo .n. q ſperat quod deus eū miſericoꝛditer expectat ꝓponit diutius eū offendere. vnde apl's. ij. ad Ro. Ignoꝛas qm̄ b. dei ad pe. te adducit ſer ſ. diuiciam tu. ⁊ coꝛ impenitēs theſaurizas tibi iram in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei. Talis de bonitate dn̄i maliciā colligit. ¶ In angelum etiam peccat tripliciter. ¶ Pꝛimo qꝛ quantū in ſe eſt euȝ affligit in expoſitione gaudij de ꝯuerſione ipſius: vt dicitur Pꝛouer. xiij. Spes .n. que differtur affligit animā. de gaudio vero legitur. Luc. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſuper vno peccatoꝛe penitantiam agente. ¶ Secundo quia fruſtratur angelus fructu laboꝛis ſui cum peccatoꝛ cui deputatus eſt ad cuſtodiam ad eius admonitionem ſe non coꝛrigit. ¶ Tertio vero quia angelo ſibi de-

ꝛ hoibus suis nō gaudebat de eoꝝ recupe
ratione: quō ergo nō gaudebit dñs de cō
uersiōe peccatoꝝ? Ad idē valet si ostēdat
magnitudo odij quod hȝ deus cōtra pec
catum. de quo dictum est in principio ex
hoc patet ꝙ peccati destructio plus placet
q̄ ipsi peccatori.

¶ Alia bimembris diuisio pcti accidie.

Reter istā diuisionē peccatoꝝ cu
p ius mēbra iaȝ ꝓsecuti sum9: multe
sunt alie diuisiones ptinentes ad
peccatū accidie quas ꝑtermittem9 nisi qđ
de vna breuiter tāgemus. Notandū ergo
qđ accidia pōt diuidi in accidiā seculariū
ꝛ accidiā claustraliū. De accidia seculariū
nihil dicemus: sed contra accidiā claustra
lium. xij. mala que in claustralibus solent
inueniri ex peccato accidie.

¶ De accidia claustraliū: ꝛ. xij. malis q̄ ex
ea proueniunt. cap. xxij.

Rimū est qđ cū die ac nocte habe
p ant cibū regiuȝ: q de ore ꝓcedit. A
scilicet verbū dei. tñ ex pigritia te
nendi illū famelici remanēt nec reficiūtur
de cibo illo inter aromata die ꝛ nocte ver
santur: ꝛ tamen ex pigritia applicandi ol
factum odore eo non confortantur. Sa
cra scriptura apotheca est spiritus sancti.
Unde Eccle. xxiiij. De sapientia. Sicut ci
namo. ꝛ bal. aro. o. de. ¶ Scdm est qđ cū
ipsi sint de nocte ꝛ de die in colloquio cū
deo permittunt multos dies trāsire quod
non aperiunt oculos cordis vt videant qđ
loquetur cum eis vel quid loquatur vt di
cit Grego. Cum oramus ipsi cum deo lo
quimur. cum vero legimus loqtur nobis
deus. Magna ergo pigritia est: nō attēdere
cū quo loqmur qñ cū deo loqmur. Preci
pue cū ipse moneat nos ad h' dicēs. vaca
te ꝛ videte qm. e. s. deus. ¶ Tertiuȝ est qđ
cū ipsi non proficiunt in his que religio
nis sunt. imo quāto diuti9 in religione sūt
tanto magis dissoluti: quod valde verecū
dū est. Sicut in scolis diu esse ꝛ in sciētiis
non proficere. Tales religiosos non iuuat
assuetudo vt faciant melius ea q̄ religiōis
sūt: sed poti9 nocet. Quāto enīȝ orant diu
tius: tanto orant indeuoti9. ¶ Quartū est

qđ q̃to diutius dño ſeruiunt tanto minus certi ſunt qđ habeāt gratiā ipſius. ꝛ in veritate ſatis dolere poteſt qui reliq̃t mundū vt deo ſeruiret: ꝛ diu ſeruiuit: ꝛ nullā cum eo familiaritatē habet: ſed pauca vel nulla ſigna qđ ſeruitiū eius ei placeat habet. Interdū ēt accidit qđ dominus minus bonos cōſolatur tanq̃ infirmos: ꝛ tanq̃ eos q̄ in proprijs expenſis nō ſufficiūt ei ſeruire. Meliores vero incōſolatos relinquit tanq̃ fortiores: ꝛ tanq̃ eos qui proprijs expēſis ſibi ſeruire ſufficiūt. Unde Lu. xv. Ait maior filius patri. Ecce tot annis ſeruio tibi. ¶ Quintū eſt qđ q̃tū diutius in camino paupertatis exiſtunt: tāto meliores ꝛ delicatiores ſunt. Camin⁹ vaſa lutea ꝯſolidat ſic paupertas clauſtrales illos qui molles ꝛ delicati erāt in ſeculo cōſolidare debet: ſꝫ multi cū deberent cōſolidari potius diſſoluūtur. Quod tribulationes paupertas ꝛ huiuſmōi excoquent: ꝛ cōſolident pōt haberi ex vit ꝰ patrum vbi legitur q᷑ cruda tegula ſi ponatur in tegmine diſſoluitur. Cocta vero non. Ita ꝛ homo hēns carnalē ſapiētiaꝫ qui nō eſt tēptationū igne decoctus. Itē Iſa. xlviij. Ecce excoxi te: ſꝫ nō quaſi argentū. Elegi te in camino paup̄tatis. Quaſi argentū excoq̄tur quidē eo qđ excoq̄tur feces aſſumit: non deponit in camino paup̄tatis dñs ſuos vel eligit vel aſſumptos alibi reponit. ¶ Sextū eſt q᷑ q̃to diutius ſoli iuſticie approximāt tāto feruētiores exiſtunt: ꝛ ſatis admirandū eſt. vñ hoc acciderit. Quanto. n. primiores ſiunt tāto videtur q᷑ feruētiores eſſe dberēt. Sꝫ timēdum eſt ne nubes alicuius pctī interpoſita hoc impediat: vel ne per aliquē errorem fiet vt cū ꝓgredi deberent regrediātur. Et cū deberent appropinquare terre ꝓmiſſionis ab ea elongantur ſicut accidit filijs iſrael. qui. xxxviij. annis in deſerto errauerūt qui cū credebant appropinquare terre promiſſionis ab ea elongabātur. vñ Ber. In via dei non progredi regredi eſt. ¶ Septimū eſt qđ q̃to diutius exiſtunt in loco impinguationis ꝛ ſaginationis ſpiritualis: tanto magis macilenti inueniunt. Locus in quo anime repleri deberēt pinguedine ꝛ adipe ſpirituali eſt pax ꝛ tranq̃litas clauſtri. Sed accidioſi q̃to magis ibi ſunt: tanto magis inueniuntur macilenti. Quod bene oſtendit ignis tribulationis quem ſuſtinere non poſſunt quin ſtatiꝫ ꝓ iram exurantur. ¶ Octauum eſt qđ i ſtatu in quo non ſolum currere: ſed etiam volare deberent viri contemplatiui cum ſint aues ſpirituales pigri ꝛ tardi efficiuntur. Etiam illi qui ſtrenui erāt in ſeculo interdū deſidioſi efficiuntur in clauſtro. ¶ Nonum eſt quod in loco vbi eſt maior cōflictus ſecuri ꝛ ſomnolenti efficiunt. In maiori cōflictu belli ſpiritualis ſunt clauſtrales q̄ alij. Plus. n. dyabolus gaudet qñq꜄ cū clauſtralē aliquē ad hoc deducit vt mulierē mala intentione tāgat q̄ gaudeat de adulterio alicuius hominis ſecularis ſicut oſtenſum eſt prius in tractatu de luxuria. vnde clauſtrales non deberēt eſſe ſecuri: ſꝫ cū timore ꝛ ſollicitudine ſuam opari ſalutem. ¶ Decimum eſt quod ipſi volūt eſſe ocioſi vbi minime locus eſt ocij. lꝫ aliq̇s tolleret qñq꜄ arbores ſteriles in terra ſua deſerta: tamen in terra beneculta ſicut in orto non tollerat eas vllo modo: ſꝫ ꝯſtat qđ clauſtrūꝫ eſt velut quidā hortus cōcluſus: iuxta illud Cant. ¶ Hortus ꝯcluſus ſoror mea: ſponſa mea. vñ i clauſtro minus tollerabiles ſunt hoīes ocioſi: q̇ ſunt q̄ſi arbores ſteriles q̄ in alijs locis. ¶ Decimū eſt quod iſti ꝑcraſtināteſ ꝛ differētes ſiūt vbi deberēt eē oīno parati. Si fatua ē ꝑcraſtinatio ſiue dilatio ſenū in hiis q̄ ptinent ad ſalutē eoꝝ q̃to magis in clauſtralibus quiſ iaꝫ ſunt mortui iudicāda eſt fatua procraſtinatio ꝓprie correctionis vel meliorationis eorū. ¶ Duodecima eſt quod ibi p̄cipue triſtes ſunt vbi p̄cipue vel ſolū leti eē deberent in diuino ſeruicio p̄cipue eſt locus gaudij in vita iſta: quia ibi p̄cipue facit homo vtilitatem ſuam.

¶ De remedijs contra accidiam. xxiij

Sequitur de remedijs ꝯtra accidiā de q̄bus ſufficiat ponere viij. licꝫ ſint multo plura. ¶ Primū eſt diuerſitas occupationū hoc remediū habetur in vitas patrū. vbi legitur quod btūs Antonius temptatus ſpiritu accidie ꝛ reſidēs in heremo dicebat. Domine ſaluari deſidero: ſed vane cogitationes non permittunt me quid faciā in tribulatione: vel quomō debeam ſaluari dignanter oſtēde. Et aſpiciens vidit quedam aſtantem torquenteꝫ funiculū qui ſibi ſimilis erat deide ex opere ſurgentem ꝛ orantem: ꝛ iterum ſedentē

⁊ plectas facientē de palmis: ⁊ rurſus ſur
gentem ad orationem. Erat autem ille an
gelus domini: ⁊ dixit ei. Et tu ita faciens
antoni ſaluaberis. Secundum eſt conſi
deratio pene future. Hoc habemus in pri
mo. Jere. ibi. Quid tu vides Jere. Et dixit
virgā vigilantem ego video. Uirga enigi
lans a ſomno accidie vel pigricie: eſt cōſi
deratio pene future. Tertium eſt conſi
deratio premij eterni. vñ Augu. Labor te
terret: vide mercedem. Et Gene. xv. Fact⁹
eſt ſermo domini ad Abraam per viſionē
dicens. Noli timere Abraham. Ego prote
ctor tuus: ⁊ merces tua magna nimis. Si
terret pigrū labor attrahat eū merces. hꝫ ⁊
tertiū hēmus ſimiliter in vitas patrū: vbi
dicitur quod quidam iterrogauit abbatēꝫ
Achillem dicens. Cur ſedens in cella mea
patior accidiam. cui ſenex ait: q2 nundūꝫ
vidiſti requiem quam ſperamus neqꝫ tor
menta que timemus. Si enim ea inſpice
ret diligenter etiam ſi vermibus plena cel
la tua vſqꝫ ad collum etiam in ipſis ꝑma
nens ſine accidia iacens. Quartum eſt
ſocietas bonoꝝ: hoc remedium poſſum⁹
habere ex illo verbo. Exo. xvij. Ubi dicit
quod pugnāte Joſue cōtra Amalech ora
bat Moyſes leuans manus ad dominūꝫ.
Cui⁹ manus erāt graues: ſꝫ Ur. ⁊ Aaron
ſuſtentabāt manus eius ex vtraqꝫ parte: p
quos ſignantur duo genera hoīuꝫ quoꝝ
ſocietas amanda eſt per Ur. qui interpre.
lumen ſignantur illi qui monſtrant lumē
doctrine. per Aarō qui iterpretatur mōs
fortis ſignantur illi quoruꝫ interuentu ve
nit homini auxilium. iuxta illud. Leuaui
oculos meos in montem ⁊c. Illis qui ma
nus habent graues ex accidia neceſſariū
eſt vt habeāt tales in ſocietate ſua qui eos
exēplo ſuo ⁊ doctrina illuminent ⁊ oratio
nibus iuuent. Quintuꝫ ē exemplū illi⁹
q piger non fuit ſed exultauit vt gigas ad
currendam viam. Hoc remediuꝫ hēmus
Mat. xxvi. vbi dñs ait diſcipulis. Nō po.
u. ho. vigi. mecū. Cū dño vigilare ē exem
plo cū ſomno accidie cauet Hoc remedio
vtitur apl̄s ad Heb. xij. dicens. Recogita
te e. q ta. ſuſti. a duer. ſemetip. a pec. cōtra
dic. vt nō faci. a. u. defici. Sextū ē conſi
deratio ꝑiculoꝝ in qbus ſumus in preſen
ti quod dñs inſinuat Mat. xxvi. vbi dicit.
Uigilate ⁊ orate ne intre. in temp. Tria
genera ꝑiculoꝝ ſpāliter ꝯſueuerūt hoſtes
excitare a ſomno. ꝑiculū aque: ignis: ⁊ la
tronū. Que ꝑicula ſpāliter ſepe nobis im
minēt. Non. n. ē dies in quo fluctus mala
rum cogitationū ſuꝑ caput cordis noſtri
nō aſcēdant. Nō ē ēt dies i quo ignis pra
uorū deſiderioꝝ in domo ꝯſcientie nō ſuc
cendatur. Latrones ēt ſemper aſſunt: etiā
illi q deberēt eē ſeruientes nři depredātur
nos vnde Jere. Oculus meus depredat⁹ ē
a. m. ¶ Septimū ē qđ docet nos dñs. Le
ui. vi. Ubi dicitur. Ignis in altari mō ſēꝑ
ardebit quē nutriet ſac. ſub. b. m. l. per di.
De⁹ vult qđ ſꝑ i altari cordis ardeat ignis
feruoris: Hūc vero ignē dꝫ mittere ſacer
dos in ſuis ſubditis vł qlibet in ſemetipo
ſubijciendo ligna per ſingulos dies reco
lendo beneficia dei qbus debemus reſpon
dere vel mala noſtra recordando ꝓ qbus
deo ſacrificare debemus. Precipue debe
rent in nobis amorē iſtū attēdere bñficia
q nobis xp̄s exhibuit i carne mortali aſſū
pta. vnde Ber. Quid nō ſuaue cum recor
datus fueris in fantiliū neceſſitatē xp̄i. la
boꝝ in p̄dicādo ⁊ ceteroꝝ. Quis amplius
gemet dicens. nimium laboramus. nimiū
vigilamus. cū nec milleſime parti debito
rum reſpondere valeamus. ¶ Octauum
⁊ ſummū remediū eſt dei gratia. Hoc re
medium nobis inſinuat. Ber. ſuꝑ Can. in
trahen. me dicens in ꝑſona ipſoꝝ qui pi
gri. ſunt. Opus hēmus trahi: q2 refrigera
uit paupeꝝ ignis amoris. t. Nec valemus
a facie frigoris hui⁹ currerē ſicut heri ⁊ nu
dius tertius. Curremus poſt te cum reddi
deris leticiā ſalutaris tui. Cū redierit me
lior temperies gratie. vnde cuꝫ aliquis ſen
tiet ſe accidioſuꝫ inſtare debet orationi. vt
orando impetret gratiam que eam ab eo
expellat. Et notandum quod omnia que
dicta ſunt ad deteſta. accidie poſſunt eē re
media contra accidiam. ideo de remedijs
accidie hic finem facimus.

¶ De idiſcreto feruore. xxiiij.

Icut cū vitio auaritie tractauimus
S de vitio ꝓdigalitatis eo qđ auari
cia ⁊ prodigalitas vicia ſunt oppo
ſita: ſic cum accidia tractabimus: de indi
ſcreto feruore. Accidia. n. ⁊ indiſcretus fer
uor quodāmodo vꝫ eē vitia oppoſita. ad
cuius deteſta. poſſunt valere primo teſtio
nia ſcripturaꝝ ſicut illud ad Ro. xij. Nos

biſſe ſit obſequm noſtrũ. ¶ Tria ſũt q̃ eriguntur vt homo cũ diſcretione ⁊ ratiõabiliter deo ſeruiat. Primũ ẽ nobilitas pſone cui ſeruitur: vnde honor regis iudiciũ diligit. ſ. iudiciũ diſcretiõis. Scdꝫ ẽ humana natura. homo. n. ratiõabilis creatura ẽ: ⁊ iõ rõabiliter oparí dꝫ plus. n. dꝫ niti ſapie quã fortitudini. Beluinũ. n. ẽ virib⁹ decreture ſicut dicit phs. Tertio requirit hoc ipſe hoſtis cõtra quem pugnã habemus Dyabolus enim cõtra hoiem potius pugnat aſtutia ⁊ ſapiẽtia q̃ virib⁹ qui deo ⁊ nos ſapientia contra eum pugnare oportet non viribus. vires enim nõ ſufficerent reſiſtere ſapientie: qꝛ melior eſt ſap. q̃ vires: ⁊ vir prudens q̃ fortis ſap. vi. Ad ſignificandũ ꝙ nõ placeant deo opera ſine diſcretione facta nõ offerebatur in lege animal cecum: ideo ⁊ in omni ſacrificio offerebatur ſal. Sale cõdiuntur cibi vt hominibus bene ſapiant. Per hoc ſignificatur diſcretio que facit opera grata deo. Ad idem Prouer. iiij. Palpebre. t. p̃. g. t. i. cõſiderato opera tua. Et illud apl'i prime. Ad Thim. v. Noli adhuc aquã bibere ſed vino modico vtere. Glo. Prudẽter ſibi vult ſeruiri. non vt nimietate debiles fiãt. Et poſt. Medicorũ ſuffragia requirant. Temperandum. n. vt ſi fieri põt ceptum obſequium gradatim proueheatur potius q̃ in conſideratione minuatur Ad idem. i. Pe. iiij. Chariſſimi nolite peregrinari in feruore qui ad tẽptatiõẽ vobis ſunt. ⁊ Eccle. vij. Noli eſſe iuſtus multũ ibi dicit interl'. Quod ſummũ ius ſumma iniuſtitia ẽ. Sunt aliq̃ qui in nullo volũt condeſcẽdere carni: quoꝝ iuſticia magna eſt iniuſticia. Ad idẽ valere põt illud phi arbitror prio in vita vtilis eſſe negt nimis. ¶ Secundo valere poteſt ad deteſtationẽ indiſcreti feruoris ſi oſtendam⁹ mala q̃ ex eo cõſequũtur: ⁊ oſtẽdit briũs Ber. Quattuor mala que ex indiſcretiõis vitio pueniũt ieiunia ⁊ vigilias: vel alia huius ⁊ ſic agit h vt deficiẽte ipũ vl' corpe lãguẽte ſpũalia ipediũtur. abſtulit corpori. ſcilꝫ boni operis effectu. ſpiritui affcm̃ pximo exemplum. deo honorez ſacrilegus ẽ ⁊ oium hoĩ in deũ reus. Sacrilegus talis dĩ qui violat templũ dei. ſ. corpus ſuũ. Salomon ẽt oſtendit ꝙ malũ ſequitur ex indiſcreto feruore Prouer. xix. Dicens qui feſtinus eſt pedibus offendit ille ex feſtinatiõe offẽdit qui ex indiſcreto feruore infirmitates corporis ſeu anime incurrit ⁊ lꝫ ex feſtinatione poſſit ſequi caſus in quocũqꝫ ambulante tamẽ precipue in eo qui per ſcalã vadit. Preterea talis caſu ſuo multũ deſcendit. vnde cum cõuerſio viri religioſi ſit quaſi aſcenſus per ſcalam cuꝫ diſcretione dꝫ aſcendere. Si. n. per infirmitatẽ corruat ipſe deſcendit vſqꝫ ad initiũ ſcale. Oportet eni eũ comedere carnes ⁊ talia facere que faciebat i ſeculo. vnde dicit. Ber: Nemo repente fit ſummus aſcendẽdo non volãdo apprehenditur ſummitas ſcale. De indiſcreta ẽt feſtinatione lr̃. Prouer. xiij. quod ſubſtãtia feſtinata minuetur. Et eiuſdẽ. xx. Hereditas ad q̃ feſtinatur in principio in fine benedic. ca. Et lꝫ iſta feſtinatio i oib⁹ timenda ſunt: precipue tñ nouitijs. Ille q̃ equuꝫ ſuum fatigat nimis in mane nõ vl' velle facere in die bonam dietam. Seq̃tur etiã ex idiſcreto feruore pctm̃ ſupbie ⁊ vane glorie. vnde quidam corpus nõ frangendũ ſed regendũ. Sicut ergo moderata ⁊ ſancta: ⁊ ſimplicia i omni humilitate ſe iunia: que ita corpus attenuent vt animaꝫ eleuent: ne res humilitatis gignant ſuperbiaꝫ: ⁊ vitia de virtute naſcanť: que ſentiſ ſpes ſalutis: ſi ipſa anime remedia venena ſint. De ſupbia etiam taliuꝫ dicit Bernar. Que maior ſuperbia q̃ vt vnus homo toti cõgregationi iudiciuꝫ preferat tanq̃ ipſe ſolus habeat ſpũm dei? De vana etiam gloria dicit hoc ad fratres ſuos. Nõ legiſtis i regula noſtra quod ſi quid ſine voluntate ⁊ cõſenſu patris ſpiritualis fit: vane glorie iputabitur nõ mercedi? ⁊ Mat. vi. Exterminatur fa. ſ. vt appa. ho. ieiu. Sequitur etiam ex indiſcreto feruore ſcandaluꝫ aliorum maxime in cõgregatione. Ber. de talibus. Hi ſunt vnitatis diuiſores inimici pacis. Caſus etiam vnus taliũ multos exterret ⁊ tepeſcere facit a deſiderio proficiendi. Et cuius exemplum debuit alios attrahere facit eos formidare auſteritatem religiõis vt impleatur illud ps. Poſuiſti firmamẽtũ eius formidinem videtur ẽt ſequi ex feruore indiſcreto quedã ydolatria. vnde. Ber. Scelus eſt ydolatrie nõ acqeſcere: ⁊ quaſi pctm̃ pctm̃ ariolandi nolle obedire. Et ſubdit. Erat nũc q̃ ſe faciũt religioſiores alijs qui non ſunt ſicut ceteri hominũ. Ecce pa

gani: ⁊ ydolatre ſunt. i. Reg. xv. Dicit. Sa
muel ꝙ peccatū ariolandi eſt repugnare:
⁊ quaſi ſcelus ydolatrie nolle acquieſcere.
¶ Sequitur etiā ex diſcreto feruore quan-
doqȝ rapina. Judiciū. n. quod dȝ eſſe apō
patreȝ ſpūalem vſurpant ſibi tales pſone:
⁊ illud cui renūciauerant iterum ſua aucto
ritate aſſumūt. vnde Ber. Qui noſtri curā
ſemel nobis cōmiſiſtis: quid rurſus de vo
bis vos intromittitis. Et breuiter dicam.
Non habet callidus hoſtis machinamen
tum efficatius ad tollendam de corde dile
ctionem q̄ efficere poſſit vt in ea incaute ⁊
non cū ratione ambuletur ſicut dicit Ber.
¶ Tertio poſſunt valere ad deteſta. hu9
vicij ſtultitie que oſtēduntur in his eē qui
laborant hoc vitio que ſunt. xij.

Duodecim ſtulticie indiſcreti feruoris.

P Rima eſt quod ipſa cōtra ordinē
eccleſie crucem lumen preferunt
vel potius ſine lumine ferunt. Or
dinatum eſt in eccleſia quod lumen cruci
preferatur. ad ſignificandum quod lumē
ſcientie cruci penitentie preferendum eſt.
vnde in fine Prouer. Legitur de ſapiēte
muliere quod ipſa operata eſt conſilio ma
nuum ſuarum Manus ſunt qui non ſolū
habent egrotationem ſed etiam operatio
nem bonā quorū conſilio precipue acge
ſcendum eſt. Et hoc vero quod tales crucē
penitentie ſine lumine conſilij faciūt. Ac-
cidit frequenter quod ipſe innocenteȝ cru
cifigunt qui latronem crucifigere debue-
rant. ſ. nouum hominem. quem debuerūt
crucifigere veterem. Homo vetus intelli-
gitur ex peccatis compoſitus velut ex tene
bris. vnde ad Coloſ. iij. Mortificate mē-
bra veſtra que ſunt ſuper terrā for. ⁊c. Hō
vero nouus intelligitur cōpoſitus ex vir-
tutibus velut ex mēbris Nouus ergo ho-
mo tunc crucifigitur quādo pp nimiaȝ ab
ſtinentiam virtutes operari non poſſunt.
¶ Secunda ſtultitia eſt ꝙ ipſi accipiūt ar
ma nimis ponderoſa. que pōdere ſuo eos
deijciūt: ⁊ que debuerūt eos ab hoſte prote
gere potius eos capiūt hoſtes attendētes
qd̄ fecit Dauid. i. Re. xvij. Quando arma
Saul nimis ponderoſa depoſuit: qbus de
poſitis goliam deuic̄. Sic aliquid vince-
rent dyabolum cū mediocritate ieiuniorū
⁊ vigiliarū qui cū nimietate per iram vel
per ī pacientiam deuincūtur. ¶ Tertia eſt
quod cū ipſi habeāt equū valde impetuo
ſum non curāt tamē ei frenū imponere: ſȝ
ſolū calcaribus ſunt cōtēti cū tū cōſtet fre-
num non minus eſſe neceſſarium equo q̄
calcaria: nō minus periculoſum eſt alicui
inter hoſtes eſſe ſine freno, q̄ ſine calcarib9
B. Bone voluntati non ſemper credenduȝ
eſt ſed frenanda eſt: ſed regēda eſt maxie
in incipiente: ⁊ Ja. iij. Frena in equorum
ora mittimus ad cōſentiendum nobis ⁊c.
¶ Quarta eſt qd̄ cum infirmitas que eſt
ex calida cauſa periculoſior ſit q̄ que ē ex
frigida ipſi tamen ſanos omnino ſe putāt
licet ex cauſa calida īfirmētur. Accidia eni
velut īfirmitas ex frigida cāeſt. vnde ⁊ te
piditas vocatur. Indiſcretus vero feruor
eſt velut infirmitas ex calida cauſa. ⁊ ideo
periculoſior eſſe videtur. ¶ Quinta eſt qd̄
cū ipſi habeant dominū ditiſſimū ⁊ libe-
raliſſimum credūt placere ei: ſi ſeruientes
ipſius adeo ſe fame affligunt qd̄ impoten
tes fiant ad ſeruiendum ei cū ſciant tamē
hoc non placere hominibus pauꝑibus at
qȝ auaris etiā de iumentis ſuis. Nullus. n.
vult qd̄ iumentū ſuuȝ tātū ieiunet qd̄ ſerui
re nō poſſit. ¶ Sexta ē qd̄ cū magis ꝑicu
loſum ſit nauē ducere nimis oneratā q̄ va
cuā ipſi tamē nō curant cauere naui ſue a
periculo nimij oneris. Homo ī mūdo iſto
eſt velut nauis in medio mari: vnde ſcā eſt
q̄ſi nauis inſtitoris. hoc dr̄ de ſapiēte mu-
liere in fine Prouer. Imminet aūt huic na
ui duplex periculū. ſ. ſubmerſiōis ex nimio
onere: ⁊ verſationis per fluctus temptatio
nū ex vacuitate: ſed tales periculo ſubmer
ſionis non curant ſubuenire. ¶ Septia ē
quod ipſi iudicāt cibum eſſe ſubtrahendū
filijs dei qui digni eſſent cibari auro ⁊ po
tari balſamo. iuxta illud verbum Ber. Da
mihi abbatē Thymotheū: ⁊ ego eū ſi vis
cibo auro: ⁊ poto balſamo. Ad cumulū h9
ſtultitie facit hoc quod ipſi vidēt tot filios
dyaboli q omni bono ſunt indigni: ita lar
ge bona domini ſui expendere. ¶ Octaua
eſt quod cum ipſi multū velint deo ſeruir
ita tamen nolunt ei ſeruire ꝙ non poſſint
ei diu ſeruire. Sap. Quid ſtultius q̄ quod
libenter facias curare vt diu facere nō poſ
ſis. ¶ Nona eſt quod cum equis ſubtra-
hunt auenam volunt facere maiorē dietā
male ꝓportōnātes ea tria que aſino debē-
tur cibaria. virgam ⁊ onus duplicāt ciba

ria autem dimidiant. De his Eccle.xxviij. Cibaria ꝓga ⁊ onus aſino ⁊c. ¶ Decima quod ipſi ſe perfectos nō eſtimāt niſi magiſtrum ſuum xp̄m excedant cum ſcriptū ſit Lu.vi. Perfectus omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. Conſtat fideli cuilibet xp̄m perfectiſſimum fuiſſe. ⁊ tamē comedebat ⁊ bibebat mediocriter. ¶ Undecima eſt qđ ipſi credūt ſe ſc̄tos eſſe non poſſe niſi prius fuerint homicide. Si ille qui aufert vitā alicui q victurus eſſet per annū homicida iudicaretur: quanto magis ille qui nimijs ieiunijs ⁊ afflictionib⁹ efficit. vi.xij. annis citius moriatur q̄ eſſet moriturus. ¶ Duodecima ſtulticia eſt ꝙ cū ipſi alijs boni ſint ⁊ caueāt a nocumento oium: tū ſibi ipſis mali ſunt: ⁊ immiſericordes ſed qui
F ſibi neq̄ cui bonus eſt?

¶ De malis q̄ faciunt delicata cibaria.

Ciendū eſt qđ in cibis q ſumunt valde timenda eſt delectabilitas. q̄r frequenter nimis ſumit de cibis delectabilibus: ⁊ cum nimio ardore. Preterea conſolatio in cibis delectabilibus quando prohibet hoiem a diuina cōſolatione. q̄r ſm̄ Ber. Delicata eſt diuine conſolatio que non datur a dimittentibus alienam: ſed ſi quis in cibis quos ſumit ī quantitate: ⁊ in ardore caueat: ⁊ creatori de creatura eius q̄ ſumit gratias agat. nō ſolum abſq̧ peccato. ſed etiam meritorie pōt ſumere de cibis illis quantū neceſſe ē ad ſuſtentationem corporis. Deus enim creauit cibos ad percipiendū cum gratiarum actione fidelibus. Ad Thimo.q̄rto. Et vt breuiter dicam ſic debemus habere corpus ſicut egrum comedentem cui multum volenti inutilia ſunt neganda. vtilia etiā nolenti gerenda. Et nodandū quod ſicut apud viros religioſos precipue oportet nouitios cauere ab indiſcreto feruore: ſic oportet patres ſp̄uales quandoq̧ condeſcendere fratribus. Unde legit de btō Antonio. qđ qdā venator vidit eū gaudere cū fratribus ſuis ⁊ diſplicuit ei q btūs Antonius volens oſtēdere qđ qñq̧ oportet condeſcendere fratribus ait. pone ſagittam in arcu: ⁊ trahe: ⁊ poſuit ſagittari⁹ ⁊ fecit ſic. Et rurſum dixit trahe: ⁊ traxit: ⁊ rurſum trahe ſagittarius. Si ſuper mēſuram traxero frangetur arcus. reſpondit beatus Antonius. Ita eſt in opere dei. Si ſupra menſuram tendimus fratres deficiunt. Expedit ergo aliquando relaxare rigorē. Simile eſt de cordis cythare: que ſi parū tendant rauce ſonāt. ſi nimiū rumpunt. ſi moderare dulcē ſonū reddūt. Impet⁹ animi obice īuento tumeſcit. Ideo aliquid liberalitatis ꝯcedēdū ē fratrib⁹: interdū ne ſicut accidit in dolijs ferratis circuli in eis rumpant ⁊ fundus exiliat. Caſtanea non iciſa in igne poſita crepat aut exilit. dicit etiā ꝙ terremot⁹ ſit ex multiplicib⁹ vaporib⁹ īcluſis ī viſcerib⁹ terre meatū non hn̄tib⁹. Ideo nō oportet ab hoib⁹ hoies nimis coartari. imo aliqs loc⁹ relinquēdus eſt gratie dei ⁊ libertati arbitrij.

¶ De vitio Supbie Ire ⁊ Inuidie. ca.x.

Dicto de vitio gule ⁊ luxurie auaritie ⁊ accidie. Di A
cendū eſt de trib⁹ ſequētib⁹ vitijs. ſ. de vitio ſupbie: ire: ⁊ inuidie. Cuius ordinis ratio ſic poteſt manifeſtari. Sicut virtus ſm̄ Aug. Eſt amor ordinat⁹: ſic vitiū eſt amor iordinatus. Amor vero duabus de cauſis pōt eſſe iordinatus. Eſt eniz iordinatus ſi ſit amor mali. Et licet etiā ſit amor boni eſt tū iordinat⁹ ſi ſit nimi⁹ vel nimis paru⁹: ⁊ hoc ſm̄ duas ſpēs bonoꝝ. Quedā eniz bona ſunt parua. ſ. tēporalia ſeu corporalia. quedā vero magna vt ſunt bona gratie: ⁊ bona glorie. Bona ꝓo gratie intelligimus ipſam gratiā ⁊ opera meritoria. Amor ergo boni magni inordinatus eſt ſi ſit paruus: ⁊ talis amor videt eē
radix in vitio accidie. Accidia enim videt B
eſſe amor paruus magni boni. Unde ⁊ tepiditas vocatur. Amor vero parui boni ⁊ inordinatus eſt ſi ſit minus: ⁊ iſte amor videtur eſſe radix in pctō gule: ⁊ luxurie. et auaritie: ⁊ diuerſificatur amor iſte: q̄r bōa parua amari poſſunt quo ad dominium ſeu poſſeſſionē vel quo ad illū delectabilē: Primo mō amat ea auar⁹. Scđo modo guloſus vel luxurioſus vitiū ergo gule: ⁊ luxurie in hoc differūt: q̄r vitium gule eſt iordinatus amor delectationis q̄ eſt ſcđm guſtuz. vitiū vero luxurie eſt amor p̄cipue illius delectationis que eſt ſecundū tactuz. Amor vero q eſt iordinatus eo ꝙ ē amor mali videtur poſſe diſtingui: in amorē p-

pꝛꝫ̄ mali: ⁊ alieni mali: ſed qꝛ nullus pro-
pꝛium malū amat inquantū tale: ſꝫ quan
doqꝫ ideo quia extimat illud eſſe bonum
corpori. Ideo tantū amor alieni mali radix
eſt in tribus vitijs que ſequūtur. Et diuer
ſificatur per hoc quod peccatū ſuperbie ē
amor proprij boni cū alieno malo. Amat
enim ſuperbus ſui exaltationē ⁊ proximi
deiectionem. In peccato vero ire ⁊ inuidie
eſt amor alieni mali pure. ¶ Sed in hoc
videntur differre illa duo vitia: qꝛ in pec-
cato ire amor alieni mali ortum videt̄ ha
bere a malo alterius. Ille enim qui iraſcit̄
alicui. ideo vult ei malū: qꝛ malum ab eo
recepit. Ira enim eſt appetitus vindicte.
In peccato vero inuidie amor alieni mali
ortum habet a propria malicia. i. a ſupbia.
Inuidus enim ideo vult malū alterius ne
ille ſibi parificetur. vnde peccatū inuidie
cōmunicat in malicia cum peccato ire: ſed
finē recipit a peccato ſuperbie. His habi-
tis de facili pōt videri ratio quare de ſup-
bia ira ⁊ inuidia poſterius tractetur: quia
hec tria vitia amorē noſtrū iordinatū red
dunt ad ꝓximos. iiij. vero p̄cedentia in or
dinatū reddunt ad noſipſos. Inordinatio
vero alicuius in ſe prior ē q̄ inordinatio
ipſius ad alium. Preterea prius eſt quod
animale. deinde qꝫ ſpūale. vnde cū q̄ttuor
p̄ma vitia humana ſint. ⁊ ideo quodāmo
do carnalia in ordine doctrine priora ſūt.
Tria vero que ſequunt̄ que diabolica ſūt:
ſpūalia poſteriora ſunt: ⁊ inter iſta tria pri
us eſt vitiū ſuperbie: qꝛ eſt occaſio aliorū
⁊ qꝛ precedentibus magis aſſimilat̄. vnde
de ipſo p̄mo dicem⁹ ⁊ hoc ordine. Primo
ponem⁹ ea q̄ valēt ad deteſtationē ſuper-
bie. Scd̄o ponem⁹ diuerſas diuiſiones ad
hoc vitiū ꝑtinentes ⁊ de membris eaꝝ ꝓſe
quamur. Tertio tangemus aliquid de re
medijs contra ſuperbiam.

¶ Quomodo vitium ſuperbie ſe habeat
ad bona. ad mala. ad diabolū. ad ꝓximū.
ad deū. ad ꝓpriū ſubiectum. ca. ij.

D deteſtationē hui⁹ vitij. Prima
a oſtendem⁹ quō ipm̄ ſe habeat ad
bona. quō ad cetera mala: quō ad
diabolū: quō ad ꝓximū: quō ad deū: quō
ad ꝓpriū ſubiectū. ¶ Notandū qđ vitiū
ſuperbie qđ bona ſi iā ſunt in aliquo ex-
pellit: ſi nō ſunt etiā itrare nō permittit: ſi
qua remanent ei falſificat vel ingnat. Ad
p̄mū pertinet illud Aug. Alta ſiccantur ⁊
yma replētur. Et illud Ber. Supbia ſiue
iā exiſtēs: ſiue ſi ſemꝑ cā erit ſubtracte gra
tie. ⁊ nunq̄d q̄ humilibus dat grām humi
li aufert datā: ergo argumentū ſuperbie ē
ſubtractio gratie. Et illud Gre. Sicut hu-
militas oīa vitia eneruat: oēſqꝫ ꝟtutes col
ligit ⁊ roborat: ſic ſupbia oēs virtutes de-
ſtruit ⁊ eneruat. ¶ Ad 2m pertinet illud.
Tumori ſuſa repellit: ſicut humilitas non
ſolum gratia eſt: ſed ēt vas aliaꝝ gratiaꝝ:
ſic ſuperbia nō ſolūmodo eſt malū. ſꝫ etiā
īpedimentū bonoꝝ. Unde q̄dam ſapiens
ait. Alexandro cum agnoſceret eū ſupbū:
deus preſto eſt largiri ſapiam: ſed non ha-
bes vbi eam recipias. ¶ Quod aūt ſup-
bia bona falſificet. pꝫ per hoc qđ ea q̄ ſūt
de genere bonoꝝ ſi ex ſuperbia procedant
vt ſi fiant ꝓpter vanā gloriā nō ſunt meri
toria imo demeritoria. Et videt̄ hō diues
eſſe cuꝫ nihil habet. Unde Ber. Magna
virtus humilitas ſine cuius obtentu nō ſo
la virtus non ſit: ſed etiā in ſuperbiā erum
pit. ¶ Quod ēt ſuperbia bona ingnet: pꝫ
per illud poete. Ingnat egregios: adiun-
cta ſuperbia mores. Unde q̄dam. Si tibi
gratia: ſi ſapientia formaqꝫ detur. Ingnat
oīa ſola ſupbia ſi cōmittetur. Supbia eſt
velut quedā veſtis maculata qua ſupbi ſe
⁊ ſuos iduunt. Uñ Eccle. xiij. Qui cōmu-
nicauerit ſuperbo iduet ſuperbiā. Et val-
de mirū eſt de ſuperbo qui ſuper oīa amat
honorē quō vult iduere veſtem maculatā:
que q̄cq̄d in ea eſt maculat. ¶ Preterea
cū ipſe veſtem iſtā pallio humilitatis ope
riat: iuxta illud Grego. Glorioſa res ē hu-
militas qua ſe palliare appetit ſupbia ne
vileſcat: mirū eſt quomodo ſuperbus ve-
ſtem ſuperbie ex toto non deponit ⁊ veſtē
humilitatis non aſſumit.

¶ Quomodo vitium ſuperbie ſe habeat
ad alia vitia. ca. iij.

Equitur videre quō vitiū ſupbie
a ſe habeat ad alia vitia. Notandū A
ergo qꝫ vitiū ſuperbie quaſi rex ē
vitioꝝ. Unde maximū peccatū vocatur in
ps. vbi dicitur. Emundabor a delicto ma-
ximo. i. a ſuperbia dicit glo. Et coronā di-
citur habere ſed maledictā: de qua legitur
Iſa. xxviij. Ue corone ſupbie ⁊c. Et admo
dū regis quādo hoc vitiū venit ad aliquē
nō venit ſolū: ſed adducit magnā ſocieta-

tem vitiorum. Unde Eccl.x. Initium omnis
peccati ſuperbia. Qui tenuerit il. adimple
bitur maledictis .i. vitijs. Unde dicit iterũ.
De ſuperbia naſcuntur hereſes. ſciſmata.
detractiones. Inuidia verboſitas. iactan
tia. contentiones: ⁊ huiuſmodi. Uñ Ber.
Initio ois peccati: ⁊ cauſa totius pditio
nis eſt ſuperbia. Preterea. Quiſqs es qui
ſalutẽ tuã operari ſtudes. aduerſus hãc ſu
per caput tuũ cornu crucis habere memẽ
to: vt non eleueris in ſuperbia. Hoc etiam
vitiũ ad modũ regis magnas expenſas re
quirit. ita qꝺ ſupbie hoibus nõ ſufficiunt
epiſcopatꝰ: archiepiſcopatꝰ vel regna. vñ
in Eccle.xxi. Domus q̃ nimis locuplex eſt
adnihilabitur. Et cũ ſuperbia maiores ex
penſas requirat: q̃ cetera vitia tñ minꝰ vti
litas habet ex vitijs que pertinent ad con
cupiſcentiã carnis vel ad ꝯcupiſcentiã ocu
lorum cum ſequitur aliqua vtilitas ſaltẽ cor
poris. ſuperbia aũt nocet aie: corpori vero
non prodeſt. Unde ſapia.v. Dicunt dãna
ti in iferno. Quid profuit nobis ſuperbia:
aut diui. aut iac. quid cum no. Uitiuz etiã
ſuperbie poſtq̃ dominiũ habet i aliquo nõ
amittit illud de facili ſicut reges nõ amit
tunt quod poſſident q: potenter illud de
fendunt. Unde Eccle.iij. Synagoge ſup
borum non erit ſanitas. Si in tanto timore
⁊ anguſtia ſunt infirmi cũ infirmitas corꝑ
incurabilis eſſe dicatur: in quanto timo
re deberent eſſe qui vitio ſuperbie laborãt
cum ſpiritus.ſ. dicat eis quod vitiuz illud
non ſanetur. Uitiũ etiã ſuperbie caput eſt
antiqui ſerpentis. cuius capitis cõtritionẽ
maxime eſſet inſiſtendum. Uñ dictum eſt
Gene.iij. Serpenti de muliere que tenet
figuram eccleſie. Ipſa conteret ca.t. Ser
pens modica percuſſione capitis extingui
tur. Si autẽ capiti pareatur: fruſtra cetera
membra ipſius percutiunt. Amputata eni
cauda nihilominꝰ viuit. ſic fruſtra alia vi
tia amputare ſe nititur qui ſupbiam i ſe re
linquit. Unde Jero. Lubricus ẽ antiquꝰ ſer
pens: ⁊ niſi capite teneatur totꝰ ſtatiz illa
bitur. Et eccle.xxi. Quaſi a facie colubri fu
ge peccatũ. In colubro caput pcipue fugi
mus: ſic ſuperbia pcipue fugienda ẽ que
caput eſt vitiorum. de hoc capite poteſt itelli
gi illud Eccle.xxv. Non eſt caput nequius
ſuper caput colubri. Contritio hoc capite
cetera vitia facile extirpantur. Uñ Johan.
criſo. Tolle hoc vitiuz vt non velint hoies
apparere hoibus ⁊ ſine labore oia vitia re
ſecantur. vitium ſuperbie eſt pmogenitus
Pharaonis in cuius morte filij iſrael libe
rantur. Golias in fronte percuſſus a Da
uid cecidit in faciẽ ſuã ⁊ preualuit Dauid
aduerſus eum vt legitur. i. Re.xvij. Sic g
ſuperbiã que caput eſt diaboli in ſe viril
ter pcuſſit aduerſus diabolũ pualebit. Su
perbus etiã eſt turris Babel. De quo legiẽ
Gene.xi. Cuius culmẽ attingit celuz: quia
hoc vitiũ celeſtes viros ⁊ ſpiales ipugnat
iuxta illud Gre. Supbia natiõe celeſtis ce
leſtes appetit mẽtes. Cetera vitia quẽ ſunt
cũ ſuperbia ſe hñt ſicut domꝰ iuxta turriz
que nõ de facili expugnanẽ q: turris deſẽ
dit ea. Sic vitia que ſunt cũ ſuperbia non
de facili expugnantur: q: ſuperbia ea deſẽ
dit ſicut patet in vſurarijs ⁊ raptoribus g
ab vſuris ⁊ rapinis ceſſare nolũt quia ſi
ab eis ceſſarent inter vicinos ſuos honorũ
fice viuere nõ poſſent: vt ipſi dicunt valde
manifeſtũ eſt quod ſuperbia peccatũ rapi
ne ⁊ vſure cõſeruat in eis. Ideo neceſſe eſt
vt predicator conetur diruere turriz ſuper
bie in talibus perſonis qua dirupta nulla
pars caſtrorum huius ſe teneret. Supbia pri
mo aiaz aggredit: ⁊ vltima ceſſat ab eius
impugnatione. Uñ ſuper illd. Si mei nõ
fuerint dominati. Dicit glo. Uitiuz ſupbie
eſt vltimũ redeuntibus ad deũ: ⁊ pmũ re
cedentibus a deo. Alijs vitijs in fugã con
uerſis ſola ſuperbia in campo remanens
nõ ceſſat ab impugnatione hoīs dū ipſe
viuit. vnde qdam cũ bene pugnaris cum
tanta ſubacta putaris. que magis infeſtat
vincẽda ſupbia reſtat. Superbia fuit pri
mũ peccatũ iuxta illud Eccle.x. Initiũ ois
peccati ſuperbia. Et etiã nõ videẽ eẽ aliqꝺ
peccatũ abſqꝫ ſuperbia: q: omne peccatuz
eſt aut ex cõmiſſione aut ex tranſgreſſione
⁊ in vtroqꝫ nõ videẽ eẽ abſqꝫ inobediẽtia
que prouenit ex ſuperbia: q: inobedientia
non videtur eſſe abſqꝫ ſuperbia: vnde nul
lum peccatum videtur eſſe ſine ſuperbia.
Et vt breuiter dicamꝰ ſupbia videtur cau
ſa omnis peccati. Unde glo. Super ſi mei
non fuerint dominati. Superbia vitium
⁊ cauſa omnis peccati: qua qui caret ve
re eſt immaculatus.

¶ Quomodo ſuperbia ſe habet ad diabo
lum. cap.iiij.

S Equitur videre quō ſe habeat ſu-
perbia ad diabolū. Notandum
ergo eſt ꝙ ſuperbia ſignū eſt quo
diabolus ſuos diſtinguit ab alijs. vñ legit
in Job. de ipſo ꝙ ipſe eſt rex ſuper omnes
filios ſuperbie. Et Gre. Euidentiſſimū ſi-
gnū reproboꝝ eſt ſuperbia: humilitas ele
ctoꝝ. Cum ergo quoddā ſignū ſuperbie
quiſqȝ habeat vnde cognoſcitur. ſub quo
militet: rege inuenitur. Unde vnuſquiſqȝ
quendam titulum portat operis: quo faci-
le oſtendat ſub cuiꝰ ſeruiat poteſtate recto
ris. vnde i magno dolore: ⁊ tremore debet
eſſe qui ſe cognoſcit eē ſuperbum. ¶ Sup
bia ēt eſt valde quedā ymago diaboli. Uñ
hō ſuperbus expreſſe ſimilis eſt diabolo:
iuxta illud Gre. A poteſtate angelo ſimi-
lis efficitur. Duȝ homo hoībus ſimilis eē
dedignatur. ¶ Diabolus etiā in hoīe ſup-
be requieſcit. quo ad vmbrā. Supbia eniȝ
velut mons eſt: ſoli iuſticie oppoſitus. Lu
cem gratie repellens. vnde vmbram facit
diabolo. de qua vmbra legitur Job xl. ſub
vmbra dormit. Superbus etiam eſt muni
tio diaboli. fere inexpugnabilis: eo ꝙ i alti
tudinē montis ſuperbie ſitus ſit.

¶ Quomodo ſe habeat ſuperbus ad
proximum. cap̄. v.

S Equitur videre quō ſe habeat ſu
perbia ad proximū. ¶ Notandū
ergo eſt ꝙ ſuperbus Coanguſtat
ꝓximū. dum ſe dilatat ⁊ dū ſe ei preponit
quaſi quoddā onus ei imponit: de dilatio
ne ſupbi legitur Mat. xxiij. Dilatant phi
lateria ſua ⁊ magnificant fimbrias ſuas.
⁊ Prouerb. xxviij. Qui ſe iactat ⁊ dilatat
iurgia ꝯcitat. De onere vero ſupbi dicit ſa
piēs. Qui ſe ſupra modū extollit. ꝓmit ac
deprimet. Supra modū ille ſe extollit: q ſe
extollit ſupra debitā menſurā. De tali dicit
vulgariter. iſte hō ſedet mihi ſuper colum
meū. Supbus ēt ꝓrimū corde cōtemnit ⁊
verbis moleſtat: ⁊ factis. Ad ꝓmuȝ ptinet
illud Eccl. xiij. Sicut abominatio ē ſupbo
humilitas: ſic execratio eſt diuiti pauper.
verbis aūt moleſtat ſupbus ꝓximū mira-
biliter: ⁊ ſe iactādo. ⁊ cū eo litigando ⁊ cō
tumelias ei dicendo. ¶ Ad ꝓmū pertinet
illud Amos. vi. Nunqd in fortitudine eni
aſſump̄. no cor. Et illud Eccle. Sicut eru-
ctauit fetentiū precordia: ſic ⁊ cor ſupboꝝ.
Ad litteraȝ ſtomachꝰ ventoſitate inflatus
eructuare ſolet. ſic hōmō ſupbia inflatus
ventoſa verba emittit. ¶ Ad ſm pertinet
illud Prouer. xiij. Inter ſuperbos ſūt iur
gia. ¶ Ad tertiū ptinet illud Prouerb. xi.
Ubi fuit ſuperbia ibi ⁊ contumelia: factis
ſimiliter moleſtat ꝓximum mirabiliter: ſe
corporaliter affligēdo: ⁊ ſuis eum expoliā
do. ¶ Ad ꝓmū pertinet illd Prouer. xxij.
Arma ⁊ gladij in via ſupba: iuſtos autē
aie ſue longe recedit ab eis. Et illud Eccle.
xxvij. Effuſio ſanguinis in rixa ſupboruȝ.
¶ Ad ſm ptinet illud Prouer. Meliꝰ ēſt
humiliari cū mitibus q̄ diuidere ſpolia cū
ſuperbis: nec ſoluȝ ſupbi moleſtant proxi-
mos. immo etiā ſup eccl'aſtico vt ab alijs
moleſtent. Uñ illud. Quicqd delirant re-
ges plectunt achiui. Et illud ps. Dū ſup-
bit impius incenditur pauper.

¶ Deſcriptio ſapientis: quomodo ſe ha-
beat ſuperbus ad proximum.

Q Uomodo ſupbi ſe habeāt ad ꝓ-
ximū ſatis oſtendit ps dicēs. Su-
perbi inique agebant vſqȝqȝ: ⁊
iteꝝ. Cōfundantur ſupi: qꝛ iniuſte in. ſe. in
me. Sapiēs ēt deſcribit quō ſe habeat ſup
bus dicēs. Ois ſupbꝰ eſt itollerabilis habi
tu ſupfluꝰ: iceſſu pōpoſus: erecta ceruix fa
cies torua. truces oculi. de loco ſupiore de-
certat: melioribus ſe preferri affectat ſen-
tentias ſuas ⁊ facta: ⁊ verba iactat: reuerē
tiā in obſequio nō ſeruat: nec ſolū malum
tpale iſert ſupbus ꝓximo ſed ēt ſpirituale.
Corrūpit. n. cū ſuo malo exēplo. vñ ſuper
bꝰ dicit ſedere in cathedra peſtilētie: ⁊ ſup
bia vocat̄ peſtilētia ſuper ps. Ubi ſic dicit
glo. Peſtilētia ē morbꝰ late peruagās. oēs
aūt pene iuoluēs. Et ſubdit. Hic ē amor
domīnādi quo vix caret aliqs. Fornicato
res: ⁊ vſurarij: ⁊ alij peccatores occultant
pctā ſua quantū poſſunt: ſed ſuperbꝰ pec-
catū ſuū publice cōmittit: nec de ipſo eru-
beſcit: ⁊ ideo pctm̄ ſuperbie a deo mūduȝ
corrūpit vt iā nō reputet̄ ſupbia. neqȝ pec-
catū fuiſſet reputatū. ornatꝰ ille veſtituȝ q
in ꝓmitiua eccleſia pro magno pctō habi-
tus fuiſſet hodie non reputatur peccatuȝ.

¶ Quō ſe habeat ſupbus ad deū. ca. vi.

S Equit̄ videre quō ſe hȝ ſupbꝰ ad
deū: Notandū ergo ꝙ ſupbia deo pri
mā ꝯtumeliā intulit: q̄ ei illata eſt i
ꝓmo angelo. vñ Tho. iiij. Supbiā nunq̄
in tuo ſenſu: aut in tuo verbo dñari pmitt-

tis. Ab ipſa.n.inicium ſumpſit oīs perdi
tio. Nulla etiā deo ꝯtumelia infertur qui ſu
perbia aſſit. qꝛ nullū peccatū cōmittitur ſi
ne ſuperbia ſicut oſtenſum eſt. Superbia
deū impugnat omni loco omni tēpore ⁊
in omni perſona fornicatio aūt nunq̄ aut
raro in ſacro loco cōmittitur ſed ſuperbia
potius ꝯmittitur in ſacro loco quā in alio
tunc.n.magis ſuperbe indute incedūt mu
lieres qn̄ ad eccleſiā vadūt. Multa etiam
ſunt peccata a quibus cauetur in ſolēnita
tibus: ſed ſupbia triplíciter maxime exerce
tur. Multe etiā ſunt perſone que fornicari
dedignarētur que tn̄ peccatū ſuperbie reci
piūt. Superbia.n.latitat ſub cinere ⁊ cili
cio: iuxta verbū beati. Grego. Inter cetera
vicia deo auferūt pauperes ⁊ ignobiles ſꝫ
ſuperbia aufert ei nobiles diuites ⁊ poten
B tes. vnde Saul ⁊ Jona. in mōtibꝰ gelboe
interfecti ſunt: vt lr.ij.Re. In pn.¶ Item
alia quecūq̄ iniqtas in malis opibus ex-
ercentur vt fiant: ſuperbia vero etiā bonis
opibus inſidiatur vt peant. ſicut dicit btūs
Augu. Unde opa de genere bonoꝝ que in
partē deo deberēt cedere nō tm̄ ſibi vſur
pare ſupbia imo etiam opus bona intētio
ne inchoatū qd̄ iam eſt in manu domini
nititur ei auferre ⁊ qñq̄ diuidit illud opꝰ
cū domino. vt ſuperbia habet illius opis fi
nē cuius dominus hūit principiū. ¶ Itē
ſuperbus inde ſumet occaſionem deū im-
pugnandi. vnde debuit occaſionē debuit
ſumere ei ſeruiēdi. Jō.n. ſuperbie ꝯtēnit
deum: qꝛ deus de bonis ſuis plus cōtulit il
li quā quibuſdam alijs: ⁊ qꝛ deus fecit eū
glorioſum. vult eū facere inglorioſū. Su
perbus deū odit inq̄tū deus dn̄s eſt. Nulli
n. vult ſubeſſe ⁊ ita ei ſi vult ſibi deū ꝑeſſe
nec dn̄ꝫ eſſe. de hoc odio hr̄ in ꝑs. Supbia
eoꝝ qui te.o. aſcēde ſemp. Altiſſimo ſemp
equalis eē cupit dū affectat preeſſe: ⁊ nulli
ſubeſſe altiſſimꝰ.n. eſt q oībus ꝑeſt: ⁊ nul
li ſubeſt. vn̄ nō ſolū primus ſupbꝰ equalis
voluit eē altiſſimo: ſꝫ ēt q̄cūq̄ ſupbꝰ nec ſo
lū equalis eē ſꝫ ēt ſupior vult eē vn̄. G. loq̄ns
de illo verbo ad Theſſ.ij. Qui extollit ⁊
aduerſatur ſup oē q colitur horret inquit
hūanꝰ intellectꝰ verbū: vtinā horreat ſimili
ter cogitatū malignū pariter ⁊ affectū Di
co.n. vob q nō ille tm̄: ſꝫ oīs ſupbꝰ extollit
ſupra deū. Uult.n. deus fieri volūtatē ſuā.
Uult ēt ſupbus ⁊ ſuā. Jā vr̄ equalitas ſed

inde male cōgruā ꝑportionē. Deꝰ enī illā vult
q̄ nature cōſciētiā approbat: ſuā vult fieri
volūtatē. Supbus vero cū ratione: ⁊ ꝯtra
rōnē. Supbꝰ ēt apoſtatat deo. vn̄ Eccle.x.
Initiū ſupbie hoīs ē apoſtatare a dō Ueri
ſimile ē q finis ſupbie ſit valde malus ſi
eius principiū ita malū ē. Incipit enīꝫ ab
apoſtaſia. Supbꝰ.n. tūc apoſtatat qn̄ illiꝰ
rei in qua ſolū hꝫ adminiſtrationē ſibi vſur-
pat dn̄ium: bona ſue fidei cōmiſſa ꝑditio
ſe ſua faciēs: ⁊ qui debuit eſſe ſeruus fide-
lis vult eſſe dn̄s. vnde deū negat: inq̄tum
deeſt. Itē ſupbus illud: q deus ſpāliter vo
luit habere nō timet ſibi aſſumere. ſ. gloriā
Unde. Ber. Fornicator ſemetipſum deho-
neſtat. Iniurioſus ꝓximū moleſtat. Ela-
tus q̄tum in ſe eſt deum ihonorat gloriam
meam ait deus alteri nō dabo: ⁊ ſuperbus
ego mihi eam: ⁊ ſi non dederis vſurpabo
ſicut humilitas ſpūaliter deū dicitur hono
rare. Eccle.iij. Ubi ſic legitur Magna po
tentia dei ſolū ab humilibus honoratur.
Sicut ſuperbia ſpāli modo deum inhono
rat ⁊ humilis ſolā potentiam dei magnā
reputat: ⁊ ei bona ſua attribuit ⁊ eam glo
rificat Superbus vero ſuā potentiam ma
gnam reputat: ⁊ bona ſua ei attribuit: ⁊
laudat ea: ⁊ ſi nō exterius ſaltem interius.
vnde. Grego. dicit deo laudes ſuas tacitus
clamat vnde dicitur manum ſuū oſculari
xxxi. Job. vbi ſic legitur. Si oſculatus ſuꝫ
manū meā. ore meo que eſt iniquitas ma
xima: ⁊ negatō circa deum altiſſimū: ⁊ di
cit ibi Glo. Manum ſuam ore ſuo oſcula-
tur qui laudat q facit que ē iniquitas ma
xima: quia auctoris ſui gratiam negare cō
uincitur: quiſquis ſibi tribuit q operatur.
Superbus ſeipſum ſepius glorificat de bo
nis que a deo recepit: vel que deus per eū
operatur: q̄ deum. vnde ſeipſum quodam
modo deificat dum ſeipſum prefert deo ⁊
eſt ydolatria ſuiipſius: ⁊ ydolū ſeipſum co
lēs. Itē ſicut dicit. Grego. Cum oīa vicia
fugiāt adeo ſola ſuperbia ſe deo apponit
Unde Job. xv. Legitur de ſupbo: tetēdit
aduerſus deum manū ſuā ⁊ cōtra oīpoten
tē. rō. eſt. Cucurrit aduerſus eū erecto col
lo: ⁊ pingui ceruice armatus eſt. Ubi dicit
Glo. cōtra deū manū tendere eſt in opera
tione praua deſpectis eius iudicijs: ꝑſeue-
rare cōtra deū roboratur: q ꝓſperari i ma-
la ſua operatiōe permittitur. Erecto collo

aduerſus deum currit deū que creatori di
ſplicent cum audacia perpetrāt. Pinguis ceruix eſt opulēta ſupbia affluētibus reb⁹ Sicut amplius diſplicet alicui principi: ⁊ maiorē cōtumeliā reputat: quando hoſtis ipſius q̄ minoris potentie ⁊ nobilitatis eſt depredatur caſtrū in quo ipſe eſt preſens q̄ ſi depredētur alia caſtra vel ſi rapiātur q̄ ipſi principi appropriata ſunt ſi proprius equum: vel proprias veſtes. ſic cōtumelia quā infert ſupbia deo: magis diſplicet deo q̄ cōtumelia: quā īfert ei cupiditas vel aliḋ vitiū: alia enim vitia deum fugiūt: vertentes ſe ad aliquā creaturā: vt cupiditas ad aurū ⁊ argentū: luxuria precipue ad delectationes que ſunt ſecūdū tactū: ſʒ ſupbia vult ſibi vſurpare: q̄ dei eſt ſcilicet dominari: ⁊ preeſſe hominibus. Sicut nō eſt muris p̄eſſe: vel dominari alijs murib⁹. Sic nō eſt hominis preeſſe vel dominari alijs hominib⁹: Vn̄ Seneca. Si videas murē velle dominari ceteris muribus nunquid riſum teneas? Superbus peccat directe in deum: ⁊ hoc multipliciter deus enīʒ ad creaturas comparatur. Ut principium: ⁊ vt finis eſt enīʒ alpha ⁊ o. Ut legitur, Apocali. primo. Etiaʒ eſt deus Unde dicit Dauid. Qui aſcēdit ſup occaſuʒ de⁹ nomē illi ⁊c. Qui hʒ ptātē ſup morte: q. i. pōt reſtaurare que pereunt ille vere dn̄s eſt: vn̄ ſepe dicit i veteri lege ego dn̄s: hoc eſt nom̄ m. Eſt ēt largitor oīum bonorum. Superb⁹ peccat in deuʒ inquātum deus ē pricipiuʒ deum opera quoꝝ deus principiū ſibi ē attribuit nō attendens illud verbū: quod eſt in. Joh̄. Ego principiū qui loquor vobis hoc mō peccauerūt ī deuʒ phi qui dixerūt liguā noſtrā magnifica. Labia. nr̄a. a no. ſunt peccant ēt ſupbi in deū inquātū ipē ē finis duʒ opa ſua faciunt vt videantur ab hominibus: vt lr̄ Mate. vi. Jn deū vero i quātum ipſe ē dn̄s peccant dum in ſe cū i rebus ſuis volūt habere dn̄iū vbi debent hēre diſpenſationem ſoluʒ. Sic peccabāt illi qui dicebāt. Quis nr̄ de⁹ ē. Jn deū vo inquantū ipſe ē largitor peccant dū donis dei deſi impugnant. Accipientes inde uiā ſuperbiendi ⁊ deū cōtēnendi. vnde debuerunt aſſumere materiā ſeruiēdi humiliter ⁊ deuote ei peccant etiā in deum inquātuʒ ipſe largitor eſt dn̄ dāt ad volūtatem ſuaʒ q̄ꝰ diſpenſare debuerūt ſcḋʒ volūtatē dei.

Quō ſe habeat deus ad ſuperbū. vij.

Viſo qualiter ſe habeat ſupbus ad deum vidēdū ē quō ſe hēat deus ad ſuperbū. Notādū ergo q̄ꝺ de⁹ A
ſuperbū vilipendit ⁊ deteſtatur odit ⁊ abhominatur. Ad primū pertinet illud. Grego. Quāto corā hoibus glorioſior: tanto coram deo ⁊ angelis eris vilior. Signū vero huius ꝯtēptus eſt hoc quod deus ſuperbuʒ deponit: ⁊ pauperes. ⁊ viles loco eius exultat. vn̄ btā vir. Depoſuit po. de. ſe ⁊ exal. h. ⁊ Eccle. x. Sedes ducū ſupborūʒ euertit ⁊ ſedere fecit mites pro eis. Preterea deus vilibus impugnat ſuperbos ad eorū ignominiam. vnde Augu. Potuiſſet deus vrſis ⁊ leonibus domuiſſe populum ſuberbū ſed ranas ⁊ muſcas imiſit vt rebus viliſſimis domaretur humana ſupbia vilibus etiā curat eos. Qn̄qʒ. n. permittit deus ſuperbos cadere in aliquod turpe peccatū. vt turpitudine illius peccati curetur ſuperbia. vn̄ Gre. Qui ſe de virtutib⁹ exultat ad humilitatem per vitiū redit qui ab iceptis virtutibus extollitur nō gladio ſed medicamento vulnus facimus facit ille de vulnere medicamentū: vt qui de virtute pcutitur: vitio curetur. Ad quod poſſumus referre q̄ legitur Joel. ij. Aſcendet fetor eius ⁊ aſcēdet putredo eius quia ſupbe egit. Permittit. n. deus aliquē diffamari, ſuper aliquo peccato vt ſuperbia eius humilietur. Quod aūt ſuperbum deus deteſtetur hētur. Amos. vi. vbi ſic legitur Jurauit deus dn̄s in aiam ſuam dicit dn̄s deus exercituum. Deteſta. ego ſupbiaʒ Jacob ⁊ Prouer. viij. Arrogantiam: ⁊ ſuperbiam: ⁊ viam prauam: ⁊ os bilingue deteſtor. De odio vero quod habet deus ad ſuperbum hētur Prouer. vi. vbi ſic legitur. Sex ſunt que odit dominus: ⁊ ſeptimū deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes. i. ſuperbiam oculorū. ⁊ Eccle. x. Odibilis corā deo ⁊ hominibus eſt ſuperbia Merito aūt ſuperbia odibilis eſt deo: ⁊ hominibus qꝛ ⁊ deo ⁊ homini eſt iniurioſa. Deo quia vſurpat ſibi quod eius eſt. ſ. dn̄ari. Domini vero quia vult eniʒ ſibi ſubicere quem natura ei equauit vicium ſuperbie a deo eſt odibile etiā quod a ſuis odio hētur. Un⁹ enim ſuperbus odit aliū ſuperbum ⁊ eius ſuperbiam cum tamen duo ſuperbi velut duo fratres ſint in hoc vitio eiuſdē patris

filij: ſcilicet diaboli. vnde in ſuperbo videtur fallere quod legit. Eccle. xiij. Omnis homo ſimili ſui ſociabitur: et illi quod iſ eiuſdem. xxvij. Volatilia ad ſui ſimilia cōueniūt. vnus. n. ſuperbus nō amat ſocietatem alterius. Humilem vero fere oēs diligūt tanq̄ rem ſuā: quia omnibus ſe ſubdit et quia dum ſe ſub alijs humiliauit quodammodo eos exaltat. Superbus vero, in quot ſe ſuper alios exaltat quodammodo alios deprimit: et ideo itollerabilis ē eis vñ ph'. habet mens noſtra ſublime quoddā et erectuz: et impatiēns ſuperioris Senec. Natura contumax eſt animus humanus et in cōtrariuz atq; arduum nitens.

¶ De ſignis ſpecialis odij q̄ habet deus ad ſuperbum.

m Ulta autem ſigna ſunt huius ſpecialis odij quod habet deus ad vitium ſuperbie. ¶ Primū ſignum eſt hoc qd etiā ipreſenti adnihilat ſupbos vñ Eccle. xx. Perdidit deus memoriā ſupborū: et ibidē radicēs gentium ſupbarū arefecit et i pſalmo. Uidi impiū ſup exal. et el ſicut ce. li. et trā. et ec. ſi ſuiē. lo. e. Signū etiā huius odij eſt hoc qd deus auxiliū ſuū ab his ſubtrahit. vnde vitiū ſupbie ſpecialiter dicitur auferre deuz homini: qa deus nō iuuat ſupbuz ideo dicit magiſter hu. de ſancto victore. Superbia aufert mihi deum. Inuidia primum: ira me ipſum Ecōtrario humilitas hz deū paratum ſibi ferre auxiliū cuius cā eſt hoc qd humilitas totā gloriam deo attribuit: et ideo p conſequēs totū pondus laboris et premij meuz ponit eiuſdē enim eſt gloria et pugna. vñ dicit Dauid Dominus virtutū ipſe eſt rex glorie: humilis habet deū vt regem glorie: quia gloriaz ei reddit. Ideo deus ſe habet ad eū vt dñs virtutū: q2 per eū virtutē operatur. Superbus vero ſeipſum regē glorie cōſtituit: ideo deuz renuit eſſe dominū virtutū: nec ſolū deus auxiliū ſuū ſuperbo ſubtrahit. immo etiam ei reſiſtit: vnde Ja. v. Deus ſupbis reſiſtit: hūilibus aūt dat gratiaz. Sicut natura nihil vacuū patitur qn repleat illud. Sic gratia nō patitur vacuū humilitatis quin repleat illud. Si ſupbus ſibi relinqueretur: vt nec a deo iuuaretur: nec ſibi reſiſteretur ipſe nō poſſet aſcēdere in celū. Quanto minus cū deus ei reſiſtat Nullus tamē miretur ſi deus ſuperbū permittit aſcendere ad aliquam dignitatem. Tollitur enīz in altū vt caſu grauior ruat. Signū etiā huius odij eſt qd vterq; aduētus domini ꝯtra ſuperbiā eſt ſpecialiter Primo enim aduētu venit ipſe vt medic' leuiter ſanās ſuperbiaz exēplo humilitatis ſue: vnde Augu. Propter magnū peccatū ſuperbie, deus humilis venit. Iſte ingens morbus animarū omnipotentē medicuz de celo deduxit vſq; ad formam ſerui humiliauit cōtumelijs egit ligno ſuſpēdit: vt ſalute tante medicine curaretur hic tumor Jam tandez erubeſcat homo ſupbus eſſe propter quez factus eſt hūili deus. Secundus etiam aduētus erit cōtra ſuperbiā non ſanandā: ſed puniendaz. vnde Iſa. ij. Dies domini exercituum ſuper omnez ſuperbum et excelſum et ſuper omnē arrogātem: et humiliabitur. Signū etiā huius odij eſt hoc q̄ deus tot ꝯminationes facit ſuperbis: vnde Mich. i. Calcabit domin' ſup excelſa terre. Et Iſa. xxviij. Ve corone ſuperbie. Et iterum in eodez. Pedibus cōculcabitur corona ſuperbie. et Jere. l. Ecce ego ad te ſuperbe dicit dñs exer. quia ve. di. ter. ten. viſi. t. cadet ſuperbus et corruet: et nō. e. q. ſuſ. e. Itē in eodem. Ecce ego ad te mons peſtifer qui corrūpis vniuerſam terram extēdā manum meam ſuper te. Et Abdie. i. Si exaltatus fueris vt aquila: et inter ſydera poſueris niduz. i. ide. extra te dicit dominus: et Job. xx. Si aſcēderit in celum ſuperbia: eius, et ca. e. te. mi. q̄ſi ſterquilinū in fi. perdetur. Et Amos vi. Jurauit dominus in ſuberbia iacob ſi oblitus fuero vſq; ad finem opera eius. Signū etiaz huius ſpecialis odij eſt qd dominus minus miſericorditer ſuperbos puniet: q̄ alios peccatores: vnde i. pe. Retribuet ha. fac. ſuperbiam. Et Sap. vi. Exiguo conceditur miſericordia: potētes aūt po. tor. pa. Et ibidē. Fortiorib' fortior iſtat cruciatio.

Signū etiā ſpiritualis odij eſt hoc q̄ ſuperbos qui iferiores ſuos opprimūt faciet dominus opprimi a ſuis ſuperioribus: vnde Eccle. xi. Multi potentes oppreſſi ſunt valde et glorioſi ſunt traditi in man' altiorꝝ

¶ Duodecim exēpla ſacre ſcripture qbus oſtenditur: q̄ deus multū odit ſuperbū.

Poſitis his que pertinent ad deteſtationẽ ſuperbie cõſequens eſt vt diuiſiones ad idem vitium pertinentes ponamus & pſequamur. Et notãdum quod ſuperbia pmo diuiditur in ſuperbiam interiorem & exteriorẽ. Interior vero in ſuperbiam intellectus: & ſuperbiã affectus. Superbia vero intellectus quattuor ſpecies continet. Prima ſpecies ẽ qñ aliquis credit habere bona ſua a ſe. Scda ſpecies eſt quando aliquis credit ſe habere bona ſua a deo ſ3 pro meritis ſuis. Tertia ſpecies eſt quando aliquis credit habere bonum quod non habet. Quarta ſpecies eſt qñ aliquis in opinione ſua prefert ſe alijs. Et notantur hec quattuor ſpecies in hoc verſu. Ex ſe pro meritis falſo plus omnibus inflãt. Prima ſpecie laborabãt phi qui dicebant labia noſtra a nobis ſũt. Iſta ſpecies ſuperbie innuitur nobis. Iob xi. vbi ſic legitur. Uir van⁹ in ſuperbiã erigit & quaſi pullum onagri ſe liberũ natuz putat. Superbus nihil credit ſe tenere ab aliquo. Uidetur tamen ꝙ nullus hãc ſpeciem ſuperbie habeat. Nullus enim ẽ qui non credit bona ſua habere a deo. Unde Ber. ſuper illud cant. Oleũ effuſum no. &c. Quis taz inſanus erit vt aliunde q̃ a deo aliquid preſumat. Nemo ſane deo vt phariſeus gratias agat. Et ſubdit. O phariſee putas te habere aliquid quod non accepiſti. Nihil inquit: & ideo gratias refero largitori. Etiaz infidelis non eſſe in hoc errore quod credat bona ſua habere a ſe. Unde Ber. in lib. de diligendo deo. Inexcuſabilis eſt infidelis ſi non diligit deuz toto corde: tota anima: tota virtute nempe clamat intus ei innata iuſticia: q2 ex toto ſe illum diligere debet cui totuz ſe debere nõ ignorat. Ad quod dici poteſt. Ideo dicitur ſuperbo quod ipſe credit bona ſua habere a ſe q2 facit ac ſi crederet. Simili modo loquendi dicitur de altero quod non credit xpm eſſe filium dei viui. cuz non terretur eius cõminationibus: nec allicitur eius pmiſſionibus. Unde Ber. Putas ne filiuz dei reputet ieſum: quiſquis ille eſt homo q illius non terretur cõminationibus nec attrahitur pmiſſionib⁹ nec pceptis obtẽperat nec conſilijs acquieſcit.

℄ Sex que facit ſuperbus quaſi crederet bona ſua a ſe habere & non a deo.

Sex vero ſunt quantũ ad hoc que dicitur ſuperbus facere: quaſi crederet bona ſua a habere a ſe non a deo. Primo quantũ ad hoc quod de bonis ſuis gloriatur in corde. Unde apoſto. Quid habes quod non accepiſti? Et ſi accepiſti: quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Scdo quantũ ad hoc quod de bonis ſuis ſe iactat. Ad quod pertinet illd Iob.xxxi. Si oſculatus ſum manũ meã &c. Etiam in manu intelligitur operatio. In oſculo vero quod eſt contactus oris intelligitur laudatio ppriе operationis. Ore enim pprio ſpiritualiter tangitur res que laudatur. vñ oſculum manus eſt laudatio pprie operationis. Tertio q2 de bonis ſuis deo grãs non agunt Unde homo igratus dicitur non cognoſcere beneficiũ acceptum eo qđ facit ac ſi non cognoſceret pro eo gratias non agit. Et eſt vitiuz iſtud valde nociuũ homini. Obſtruit enim ei fontẽ diuine miſericordie. Unde Ber. Ingratitudo ẽ ventus vrens ſiccans ſibi fontem pietatis rorem miſericordie fluenta gratie. Et Greg. Non eſt dignus dandis qui non agit gratias de datis. Quarto facit ſuperbus ac ſi non haberet bona ſua a deo in hoc quod non habentes bona ſimilia cõtemnit. vñ Ber. Loquens phariſeo. Fruſtra inflaris aduerſus publicanũ: qui ideo non habet vt tu q2 non accepit vt tu. Et ſubdit. Gratias agendo pbas te nihil tibi tribuere ceteros aſpernãdo pdis quod icordes & cecꝫ de locutus ſis. Non enim iudicares publicanũ contẽnendũ pre te. ſi nõ pre illo honorandũ te cenſeres. Quinto quantuz ad hoc qđ ſibi vult viuere & non deo. veriſſima recognitio dominij eſt redditio cenſus vel ſeruitij. Unde cum ſuperbus deo ſeruire renuit ipſe bona ſua ab eo non recognoſcit niſi recognitione verborũ que eſt ridiculoſa & deo contumelioſa. Ridiculoſum enim eſt aliquem dominuz ſola folia verborum in homine habere centu-

melloſum eſt etiā dño quod aliquis eum dominū fateat̄ qui ei ſeruire dedignatur. ¶ Sexto facit ſuperbꝰ quaſi nō crederet habere bona ſua a deo: quādo de bonis illis deo nō tribuit: quādo ipſe hoc requireret per pauperes: ſed potius obiurgat querentes dicēs: vos queritis quaſi nobis cōmēdaſſetis: non attendens quod deus bona ei illa dederit qui per pauperēs requiret. Gre. Gratuitū putas qđ impendis proximo. velis nolis debitor es. Aug. Dicit tibi xp̄s. Da mihi ex eo qđ dedi tibi. De meo quero ꝛ mihi nō donas. Superbia autē iſta valde nociua eſt homini cū bona ſua a deo nō recognoſcit. Omnino. n aliter ſuperbus viueret ſi bona ſua a deo recognoſceret quā viuat: ꝛ ad hoc quo ad multa. ¶ Primo quantū ad hoc quod ſi hoſtē ſuū ſe fortiorē videret ad dñm ſuū pro ſuccurſu oratiōnē quaſi quēdam nunciū mitteret: ꝛ de implorando ſuccurſu vehementer cōſideret. Sciens illud apoſtoli. Fidelis eſt deus qui nō patiet̄ vos. tēp. ſupra id qđ nō poteſtis ꝛc. ¶ Item ſi videret quod caſtrū corporis ſui defendere non poſſet dño ſuo redderet: vt ipſemet defenderet illud ſicut qdam qui temptaret̄ de peccato fornicationis vehemēter: ꝛ reſiſtere ampliꝰ nō poſſet proſternens ſe ante crucifixū dixit. Dñe terrā corporis quā a te teneo amplius defendere nō poſſum: ego reddo eā tibi defende eam: ꝛ ſtatim ceſſauit temptatio. ¶ Itē ſi bōa ſua a deo ſuo recognoſceret ipſe de iniurijs ſibi illatis ſe nō vindicaret: ſed expectaret qđ dñs ſuus iuſticiā ſibi exhiberet: iuxta illđ Prouer. xx. Ne dicas reddā malū pro malo expecta dñm ꝛ liberabit te a labore: videlicet vindicādi ꝛ debito gehēne quo te obligas in vindicando. ¶ Item ſi deū oīm bonoꝝ ſuoꝝ dñm crederet ipſe tantū eius iudiciū formidaret. Non eſt timenda ſnīa a non ſuo iudice lata. Sic nec iudicia hoīum ſunt timenda. Vñ. i. ad Cori. iiij. Mihi pro minimo eſt vt a vobis iudicer. Deinde ſubditur. Qui aūt me iudicat dñs eſt. ¶ Item qui a deo vere ſua bona recognoſceret deo tanq̄ dño nō hoībꝰ placere ſtuderet. Apoſtolus. Si hoībus placerē ſeruus xp̄i non eſſem figurā illoꝝ qui bona ſua attribuūt tenent qui illi volebant Johannē vocare noīe patris ſuis. Figurā vero illoꝝ qui bona ſua deo tribuunt tenet Helyſabeth que ait. Nequaq̄ ſed vocabit̄ Johānes. Lu. i. Et merito Johannes. i. Gratia vocatur q natus de ſterili ſm naturam. Sic bonum opus gratie debet attribui cum anima ex ſe ſterilis ſit ex deo vero habeat quod bona opera agat iuxta illud ps. Qui habitare facit ſteri. in do. ma. fil. le.

¶ Contra confidentiā meriti ſui qua qs credit ſe pro meritis ſuis habere a deo que non habet. cap. xv.

Equitur de illa ſpē ſuperbie qua quis credit habere pro meritis ſuis bona que a deo habet. Ad cuiꝰ vitij deteſta. ¶ Primo facit quod hoc vitium contrariū eſt gratie dei: ꝛ quodāmodo euacuat eam. Si enī dantur hominibus bona pro meritis eoꝝ q̄ gratia iā erit: ſicut ſi paterfamilias ſoluat operario quod ipſe meruit in hoc ei nullā gratiam facit. ¶ Scđo hoc quod liberaliſſimū largitorē reputat venditorē dum ea q̄ dñs ei dat credit ſe emere pro meritis. in quo deo magnā cōtumeliā facit. Tertio facit ad deteſta. huius vitij. hoc quod vitium iſtud omino obſtruit hoī fontē miſericordie. Si enī illi qui laborant hoc vitio petant ſibi aliquid dari a dño merito dicit ei dñs. Ite ad vendentes ꝛ emite. vos Sicut dñt virgines prudētes fatuis. Mat. xxv. Quarto facit ad deteſta. huius peccati magna fatuitas que cōmittat̄ hoc vitiū. Multiplici vero ratione poteſt oſtendi fatuus qui hoc vitio laborat. Primo quia quantūcunq̄ conetur homo: ipſe tamen non ſufficit ſoluendo quod ei dꝫ. Vñ. B. i libro de diligendo deo. Si totū me debeo pro me facto quid addā pro me refacto ꝛ refecto hoc modo. Nec enim tam facile refectus quā factus. Siquidē nō ſolū de me ſed etiā de vnoquoq̄ quod factum eſt ſcriptū eſt: dixit ꝛ facta ſunt: ac vero in reficiēdo de factor ꝛ dixit multa: ꝛ geſſit mira: ꝛ pertulit dura: nec tm̄ dura: ſed etiam indigna: in pmo opere me dedit: in ſecundo ſe. Et vbi ſe dedit me mihi reddidit. Datus ergo ꝛ redditꝰ me pro me debeo ꝛ bis me debeo. quid deo retribuā pro ſe: nā ꝛ etiam ſi me milies rependere poſſem. Quid ſū ego ad dñm? Quanta ergo fatuitas ē qđ hō credat pro meritis ſuis bona ſua habere. cū hō nō ſufficiat ſoluere deo qđ debet.

Solutio enim debiti recipientem nō obli
gat ſed debitorem abſoluit. Secundo po
teſt oſtēdi fatuus qui bona ſua credit pro
meritis habere: quia bene operando facit
ipſe propriam vtilitatem: ⁊ non vtilitatem
dei. Deus enim bonorū noſtrorū nō eget.
vnde. Luce. xvij. Cū feceritis omnia que
pcep. ſ. vo. dicite ſerui inutiles ſumus: qđ
debuimus facere fecimus. In quo verbo
innuuntur nobis due dicte rōnes. ſ. qđ bñ
operando ſoluimus quod debemus ⁊ quod
deo inutiles ſumus vel ad minus reputa-
re debemus. vñ timere debemus quaſi ſer
ui inutiles illā ſententiam dñi. Math. xxv
Inutilem ſeruum eicite in tenebras exter.
Quid debet homini ex hoc quod ꝓpriā
vtilitatem facit: Tertio pōt oſtēdi fatuus
ꝑ hoc quod ipſe nihil dat deo niſi prius de
us reddiderit hoc illi: vnde dominus. xli.
Job. Quis dedit mihi vt reddā ei. Et dicē
dum ad dñm. Que de manu tua ſuſcepi-
mus dedimus tibi. Itē. Iſa. xxvi. Oīa opa
veſtra in nobis opatus es dñe. Et Augu.
Dñe ſup erogas tibi vt debes: ⁊ qs hʒ qc-
quā niſi tuū. Reddis debita nulli debens:
donas debita nihil pdēs. Et. B. Non ſunt
talia merita vt ꝓpterea vita eterna ex iu
re debeatur: vt deus eis iniuriā faceret niſi eā
donaret. Nā vt taceā qđ merita ſint dona
⁊ ita hō magis ꝓpter ipſa debitor eſt deo
q̄ deus homini: quid ſunt omnia merita
ad tantā gloriā. Quarto qꝛ bona opera no
ſtra ex ſe ſunt velut moneta abſq; argento.
A gratia enim dei valor eſt in operibus ſi
ne ea ſunt opera velut falſa moneta qua-
ſi nihil poteſt emi a deo qui falſitatem no
ſtrā agnoſcit. Quinto fatuus ē talis: quia
que in oculis noſtris videntur merita freq̄n
ter in oculis dei ſunt detrimenta vñ. Job
iiij. Ecce qui ſeruiuerūt ei nō ſūt ſtabiles:
⁊ in āgelis ſuis re. pecca. Quāto magis eq
habitāt do. Lu. ⁊c. Et. Iſa. lxiiij. Facti ſu-
mus vt immūdus oēs nos q̄ſi pānus mē-
ſtruate vnius enim. Gre. Sepe iuſticia ve
ſtra ad examē iuſticie diuine deducta iniu
ſticia eſt ⁊ ſordet in cōſpectu iudicis quod
fulget in extimatione operātis. Nullus er-
go ꝯfidat de meritis ſuis. Non indoctū va
let ad meritū ſcire quod nō ſufficiant me-
rita. Ber. Exagera quantum vis merita ⁊
extolle ſordes. Melior eſt miſericordia do
mini ſuper vitas. Idem meum eſt meritū
miſeratio dñi. Idē vapulem ſane non ma
le operans: ſi forte in merita verbera com
putantur forte miſerebitur flagellato qui
in me non inuenit meritum quod remūe
ret. Idē Nemo ſe ſeducat quia ſi bene co
gitare voluit inueniet proculdubio: quia
nec cum. x. milibus poſſit occurere ei qui
cum. xx. milibus venit ad ſe vt eſt ſumptū
de. Luce. xiiij. Idem. ſ. ſpiritus illos quos
repleuerit ⁊ ſpiritu feruere: ⁊ in veritate
agnoſcere facit q̄ ſola miſericordia ē que
homines preuenit ⁊ perducit. Et ſubdit.
Multum ſibi de miſericordia hac vndiq;
attraxerat propheta domini cum diceret
miſericordia eius preueniet ⁊. m. t. ſubſeq-
tur me. ⁊ miſericordia. t. magna eſt ſuper
me. ⁊ miſericordia ter. ante oculos me. ⁊
qui corripit me in miſericordia ⁊ nu. deus
meus miſericordia mea.

¶ De ſpecie illa ſuperbie qua quis credit habere q̄ non habet. xvi B

Sequitur de tertia ſpē ſupbie perti
nente ad intellectum que eſt quan
do aliquis credit ſe habere bonū
quod nō habet. Ad cuius vitij deteſta. pri
mo pōt valere cōmendatio eius contrarij
B. Magna ⁊ raro virtus profecto ē miſe-
rabilem te apparere ⁊ contemptibilem re
putare. Ego hoc ceteris virtutibus mirabi-
lius iudicio. Sic econtrario dici poteſt qđ
valde magnum vitium eſt te miſerabilem
apparere: ⁊ laudabilem reputare: hoc cete
ris vitijs miſerabilius iudicandū eſt. Se
cundo poteſt valere ad deteſta. huius vitij
maledictio que fit laborantibus hoc vitio
Iſa. v. Ubi ſic legitur. ve qui ſapiētes eſtis
in o. v. et coram vobiſmetipſis prudētes.
Tertio facit ad deteſta. huius vitij hoc qđ
hoc vitium adeo impedit hominem a gra
tia dei. Prouer. xxvi. Uidiſti hominē ſibi
ſapientem videri magis ſpem habebit illo
inſipiens. Poteſt autem aſſignari triplici
ter ratio quare hoc vitium impedimentū
ſit gratie dei. Prima eſt quod ipſe qui
hoc vitio laborat gratiā dei nō petit cum
credat ſe eā habere: ⁊ quia non petit ideo
non accipit. Seneca. Ideo mutari nolu-
mus: quia nos vos optimos credimus.
¶ Secūda eſt hec: q̄ dominus non liben
ter daret laboranti hoc vitio gratiā ſuam.
Scit enim qđ ille de eius collatione ei gra
tus nō eſſet cū ipſe credat eā iam ſe habe-

re ⁊ ſic quaſi dn̄s perderet gratiam ſuam ſi eā ei daret. B. Nunqd non perit qd̄ dat ingrato? Tertia ratio eſt: ꝙ ille q̄ laborat: hoc vitio quaſi plenus eſt de nihilo tn̄ nō pōt capere aliquid. Ber. Non eſt quo ſe miſceat vanitas: vbi totū occupat caritas. Ita nō eſt quo ſe immiſceat veritas quādo aliquem occupat falſitas. Quarto poteſt valere ad deteſta. hui⁹ vitij deluſio magna que fit his qui laborant hoc vitio. Deluditur. enī eis eo modo quo deluſum eſt cuidā ruſtico portāti agnū venalem ad forū: quē quidam lecator vidēs dixit ſocijs ſuis: vultis habere agnū quē portat ruſticus iſte? Qui dixerūt volumus. Et iſte diſpoſuit ſocios ꝑ diuerſa loca ꝑ que ruſticus erat trāſiturus: dicens quod quilibet quereret a ruſtico ſi vellet vendere canē illū. Et cū primus q̄reret. Reſpōdit ruſticus ꝙ nō erat canis ſ3 agnus. Sed cū queſiſſent alij: ad vltimū credidit de agno quod eēt canis. Sic ſuperbus plus adulatori: q̄ ſibi credens ad vltimū credit de agno ſe habere bonū illud qd̄ certiſſime ſciebat prius ſe nō habere. Seneca. Mōſtrabo tibi qd omnia poſſidentibus deſit. ſ. qui verū dicat ⁊ homines inter mētiētes ſtupentē ipſaq3 cōſuetudine pro rectis blanda audientem ad verū perducat. Sic faciunt adulatores de ſuperbo ſicut de veſica pueri quā vnus aliquātulū inflat ⁊ alius plus ⁊ tertius plus: donec bene inflata ſit Sic vnus adulator inflat ſuperbū: alius amplius inflat Sene. Omniū adulatorū vnū officium vna intentio: vt q̄s blandiſſime fallat. Quinto facit ad deteſta. huius vitij hoc qd̄ hominē in tanta cecitate ponit vt etiam cecitatē ſuam agnoſcere nō poſſit: alij ceci ſaltem cecitatem ſuam agnoſcunt ſ3 aliud cognoſcere nō poſſint. Vltimo facit ad deteſta. huius vitij hoc ꝙ diabolus de ille q̄ laborat hoc vitio ſaccū non ſolum ad cōtinendum vilia facit: ſed etiā ad continēdum nulla.

¶ Triplex remedium contra vitiū iſtud.

Triplex aūt remediū poteſt eſſe cōtra vitiū iſtud. ¶ Primum eſt frequēs meditatio proprij ſtatus. B. Meditatio quid d̄ſit decori oratio ne deſit obtinet. Et eſt iſtud vtile valde homini: ⁊ valde placet deo qd̄ homo frequēter ſe inſpiciat. B. Illā aīam diligit deus: q̄ ſine ceſſatione ſe cōſiderat ⁊ ſine ſimulatione ſe iudicat. Idē. Si noueris miſteria oīa ſi te nō noueris eris ſimilis homini edificāti ſine fundamēto. ¶ Scōm remediū eſt: vt corrigenti exhibeat faciem hylaris adulanti triſtis. Sic enī fiet vt a multis corrigaris ⁊ a nullis adulatoribus decipiaris. Nemo. n. inuito adulatori libēter narrat ſicut dicit. Iero. Ecōtrario multos inuenit adulātes qui libenter eos audit. Prouer. xix. Princeps qui libēter audit verba mēdacij oēs miniſtros h3 impios. Tertiū eſt remediū vt ſpeculū ſacre ſcripture faciei mētis frequēter opponat. Grego. Sacra ſcriptura tanquā ſpeculū mentibus noſtris opponit: vt ſi qd in eis fedū fuerit videatur.

¶ De ſuperbia intellectus qua q̄s prepōnit ſe alijs in eſtimatione ſua. xvij

Sequitur de quarta ſpecie pertinēte ad intellectum que eſt quando aliquis in extimatione ſua ꝑponit ſe alijs: qd̄ eſt ⁊ valde magna ruſticitas: ⁊ fatuitas ⁊ etiā magna iniquitas. ¶ Qd̄ ꝑpōere ſe alijs ſit magna ruſticitas: poteſt oſtendi per hoc qd̄ q̄ iſto vitio laborat: q̄ſi vult ſedere altior alijs in hoſpitio proprio ⁊ ibi inhonorat hoīes vbi debuit eos maxime honorare in ꝓpria. ſ. domo Nō ſic faciebat abraā q̄ dicit Geñ. xviij. Loquar ad dominum meum: cū ſim pul. ⁊ ci. Super quē locū dicit Greg. Apte cernim⁹ in quo loco ſe poſuerat: q̄ ſe puluerē ⁊ cinerē etiā cū deo loqueret extimabat. Quia ergo pena ferendi ſunt: q̄ ad ſumma nō proficiūt ⁊ de minimis ſe extollunt.

¶ Quod ſtultum eſt ſe alijs preferre.

Quod aūt magna fatuitas ſit ſe preponere alijs: multipliciter pōt oſtēdi. ¶ Primo per hoc qd̄ quanto aliq̄s ſe magis appreciat tanto minus appreciatur a deo: ⁊ tanto minus valet. Exēplū habes de hoc i Saule. de quo legitur. i. Reg. xv. Cū eēs paruulus in oculis tuis: caput in tribubus iſrael: factus es econtrario cū magnus eſſes i oculis tuis: a regno deiectus es. Illū autē qui ſe deſpicit dn̄s appciat. ps. Cor cōtritū ⁊ hu. deus nō deſpicies. ¶ Scd̄o pōt oſtēdi fatuitas iſta ꝑ icertitudinē quā habēt hoīes in p̄ſenti vita de bonitate ſua vel aliena. Eccle. ix. Sūt iuſti atq3 ſapientes quorū opa ſunt in manu dei ⁊ tū neſcit homo vtrū amore dign⁹

ſitan odio ⁊ lʒ homo pſͣtaliter certus eēt
de bonitate ſua: ⁊ de malicia aliena finali
ter tn̄ incertus eſt. Licet enim ꝑrimus tuꝰ
in p̄ſenti ſit homicida vel iudeus vel ſarra
cenus. Forſitan tn̄ iudei ꝓuidētia eſt de or
dine cherubin ⁊ ſaraphin: lʒ etiā modo tu
ſis bonus tn̄ dei ſcientia iam es patibulo i
ferni affixus. Eccle. viij. Uidi ipſos ſepul
tos qui cum adhuc viuerēt in loco ſancto
erāt ⁊ laudabātur in ciuitate quaſi iuſtoꝝ
operuꝫ: vidit Salo. ſpū ꝓphetico ſepultos
in inferno qui i mūdo iſto ſancti credebā
tur: ideo nulli dʒ hō cōparare ſe. Ber. Noli
te cōparare maioribus. noli minoribus no
li equalibus noli vel vni te nemini non di
co ꝓponas: ſed nec cōparare p̄ſumas. Idē
In anima plane nō eſt timēda quāta libʒ
humiliatio: horrenda aūt nimiūqꝫ eſt pa
uenda vel minima temere preſumpta ere
ctio. Et eſt cōpetens exemplū de hoc in eo
qui ingreſſurus eſt per oſtium baſſum cui
nō eſt periculoſum quantūcūqꝫ ſe inclinet
ſed ſi ſe eleuauerit amplius debito quātuꝫ
eſt trāſuerſuꝫ vnius digiti ledet caput ſuū
Idē accidit his qui ꝑ humile oſtiuꝫ para
diſi volunt ingredi. ¶ Tertio poteſt oſtē
di iſta fatuitas per hoc qđ eſtimatio ali
cuius qua aliquis prefert ſe alijs apđ deū
cui cogitatio locutio eſt quedam oſtenta
tio eſt ꝓparatū diuitiarū ⁊ obſtruit homi
ni fonteꝫ diuine miſericordie. B. Phariſe
us exſufla miſericordiam dum diſſimulat
miſericordiam. ¶ Quarto poteſt oſtēdi fa
tuitas iſta ꝑ hoc ꝗ talis vult iudex eſſe ſui
ipſius. cum ꝓprius amor ſoleat fallere ho
mines in iuditio ſuiipſius. B. Amor ſicut
nec odiū veritatis neſcit iuditiū. Ideꝫ. De
legibus humanis ſtatutū: ⁊ in cauſis tā ec
leſiaſticis ꝙ ſecularibus eſſe ſeruatū ſpecia
les amicos cauſantiū non debere admitti
in iuditio: ne vel fallant vel fallanť amore
ſuoꝝ. Qđ ſi culpaꝫ amici tuo iuditio aliꝰ
amor minuit vel prorſus abſcōdit quanto
magis amor tui tuū cōtra te iuditiū fallit?
Itē Phus. Itē fere parata eſt omniū ho
minū natura vt aliena meliꝰ iudicet ꝙ ſua
tali pōt dici. Tu iudiciū facis de teipſo iu
dicium tuum non eſt verum. ¶ Quinto
poteſt oſtendi fatuitas iſta per hoc ꝗ tales
credunt ſoleꝫ iuſtitie non lucere clare: niſi
in domo cōſcientie eoꝝ: quod indubitan
ter magna fatuitas eſt: vnde Ber. Nolo vt
nuſquā arbitreris lucere ſolem cōmunem
lucem: niſi in cella tua. Nuſquā eſſe ſerenū
niſi penes te: nuſquā operari gratiā dei: ni
ſi in conſcientia tua. Malo te cogitare vbi
cūqꝫ eſſe ſtrenuꝫ: niſi apud te: ⁊ peius de te
ꝙ de aliquo eſtimare. Iniquitas etiam ma
gna eſt ſe preferre quātū ad deū: ⁊ quantū
ad proximum. ¶ Quintum ad deuꝫ quã E
tripliciter eſt iniquus qui alijs ſe prefert.
¶ Primo qꝛ iudiciū datū filio di ſibi vſur
pat: vnde Jo. v. Pater non iudicat quem
quā ſed omne iudicium de ſi. ¶ Secundo
quia opus eiꝰ deſpicit. Prouer. xiiij. Qui
calumniať egentem exprobrat factori eius
ibi dicit Interli. Qui facit tale multuꝫ diſ
plicet mulieri cum quis deſpicit filiū eius
vel artifici cum qs deſpicit opus eius ita
etiā deo cū aliquis creaturas eius deſpicit
Tertio iniquus eſt in deum cum ſe ſolum
bonū credit: qꝛ quodāmodo de deo male
ſentit ⁊ de ſapiētia dei male ſentit: qm̄ cre
dit qđ deus in vno ſolo loco diuitias ſuas
poſuerit: ⁊ de bonitate eius male ſentit cū
credit qđ deus alijs nō ſit bonus ſed tātuꝫ
ſibi: vel credit qđ alijs parum ſit bonus in
quo quodāmodo derogat: vnde ſuper illō
Mat. v. Qui auteꝫ dixerit fatue dicit Glo.
Non modicus furor eſt quem deus ſapiē
tie ſue ſale conditi infatuať dicere ⁊ ſaliē
ti deo derogare. ¶ Quarto iniquus eſt ra
tis in deū: quia dum ipſe in ſe eſt magnus
deus in eo quodāmodo eſt paruus cuꝫ cō
trario modo oporteat eſſe. Oportet enim
hominē minui vt deus in eo creſcat iuxta
illud precurſoris Jo. iij. Illū oportet creſce
re: me autem minui.

¶ Duplex iniquitas in proximū.

In proximū aūt iniquus eſt ſe pre F
fert alijs dupliciter. ¶ Primo qꝛ
p̄ſumit proximū iudicare i quo nō
hʒ iuditiū ꝯtra ꝓhibitionē dñi. Mat. vij.
Noli iudi. ⁊ non iudica. Apoſt. Tu qd es
qui iudicas ſeruū alienū: ſuo dño ſtat an ca
dit. ¶ Secūdo qꝛ inique iudicat eū: ⁊ q̄ſi
hʒ ſtaterā doloſaꝫ cū proximo peccato qđ
ſcit de proximo ſuo ſe ei preponit: ⁊ cū ſciat
ſe m̄ peccata commiſiſſe. ¶ Preterea ne
ſcit circūſtantias peccatoꝝ in proximo: que
multū poſſunt diminuere peccatū eiꝰ. Ne
ſcit .n. qua intentione fecerit: ⁊ vtrū ex ſur
reptione vel ex deliberatione: vtrū ex igno
rantia vel ex certa ſcientia: ⁊ vtrū caſu vel

ex propoſito ꝛ virũ vehementia temptatio
nis ſunt pro ridiculoſa argumentatione
quam non auderet etiaȝ recitare in ſcolis
proximũ ſuũ iudicat malũ: vt pro aliquo
leui ſigno. De hac ſtatera doloſa legitur.
Prouer. xi. Statera doloſa abhominatio
eſt apud deum. Qui ſapiens eſſet peccata
ſua longe maiora peccantis aliorũ extima
retcũ melius cognoſcat circũſtantias pec
catũ ſuum aggrauantes quã circũſtantias
que aggrauant peccata aliorũ. B. Qui ꝑ
fecte examinãdo ſemetipſuȝ intelligit ſuo
peccato nullius peccatuȝ par eſſe extimat:
ꝙ non ſicut ſuum intelligit homini qui ſe
prefert alijs qui de ſe ſolo bonã habet opi
nionem quandoqȝ ita accidit ſicut accidit
aman qui de ſe ſolo credebat qđ a rege eẽt
honorandus cum a rege eſſet ſuſpenden-
dus: vnde. Heſter. iiij. Cogitãs Aman in
corde ſuo qđ nullum aliũ rex niſi ſeipſum
vellet honorare. Rñdit ꝛc. Et tñ ſubditur
in fine capituli qđ ſuſpenſus eſt Aman in
patibulo qđ parauerat Mardocheo. Mar
docheũ vero quẽ Aman ſuſpẽdere voluit
rex honorari precepit vt idem legitur. Sic
ille qui aliũ iudicat quandoqȝ eſt cõdẽnã
dus: ꝛ qui ab eo iudicatur ad regnum eſt
ſublimandus.

¶ De ſupbia affectus q̃ hȝ duas ſpẽs. xviij

Dictum eſt de ſuperbia intellectus
conſequẽter dicenduȝ eſt de ſuper
bia affectus: que primo pōt diui-
di in duas ſpecies. ſ. in preſumptionẽ ꝛ ap
petitũ proprie excellentie. Et primo proſe-
quamur de preſumptione de qua tractabi
mus hoc ordine. ¶ Primo oſtendemus
quantũ timendũ ſit vitiuȝ preſumptionis
homini. Scđo. oſtendemus preſumptuo
ſos homines fatuos eſſe. Tertio diſtingue
mus diuerſas ſpẽs pſumptionis. ¶ Tripli
citer vero pōt oſtendi qđ valde timendũ
ſit vitium preſumptionis. ¶ Primo per
hoc qđ dñs cum tanto dãno: ꝛ iactura aia
rũ voluit mederi huic morbo. Ideo enim
diſtulit incarnari valde lõgo tẽpore vt pre
ſumptio i homine deſtrueretur. Noluit. n.
venire vt homo de lege naturali: ꝛ ſcripta
vinceretur: qđ neutra iuuari poſſet. Scđo
idẽ pōt oſtendi per hoc qđ dñs aliquãdo
viros ſanctos pmittit cadere in aliqđ ma
nifeſtum mortale ne de ſe preſumãt: vnde
Aug. Audeo dicere ſupbum eſſe vtile cre-
dere in aliqđ apertũ vel manifeſtũ pecca-
tũ: vñ ſibi diſpliceat qui iaȝ ſibi placendo
ceciderat. Salubrius eñi ſibi petrus qñ fle
uit diſplicuit q̃ placuit quãdo preſumpſit.
¶ Tertio pōt idem oſtendi per multiplex
dãnũ qđ prouenit ex preſumptione. Et eſt
triplex dãnũ qđ inde ꝓuenit. Deus enim
preſumenti auxiliũ ſuum ſubtrahit. Sub-
tracto dei auxilio homo in bono nõ profi-
cit ꝛ tandem in malum corruit. Ad pri
mũ pōt referri illud. Judith vi. Dne oſtẽ-
de: q: non derelinquis preſumẽtes de te ꝛ
pſumentes de ſe ꝛ de ſua virtute gloriãtes
humilias. Ad ſcđm pertinet qđ dicit.
Augu. ſuper illud verbũ in pſalmo. Infir
mata eſt: tu vero ꝑfeciſti eam. Nõ firmare
tur idem. Augu. Si non infirmaretur qđ
Multos ĩpedit a firmitate: pſumptio fir-
mitatis. De ruina vero quã facit preſum-
ptio firmitati: exemplũ habemus in petro
qui viſilius ceteris corruit: q: pre ceteris p̃-
ſumpſit: de preſumptione eius habemus.
Mat. xxvi. Et ſi omnes ſcan. ſ. in te ſed nõ
ego. Et Luce. xxij. Dñe paratus ſuȝ tecũ ꝛ
in car. ꝛ in mor. ire. de ruina eius habes.
Mat. xxvi. Qualiter ad vocẽ ancille nega
uerit. Aug. Ubi dixiſti ſufficit: ibi defeciſti
vbi tibi placuiſti: ibi perijſti.

¶ De fatuitate illius qui de ſe preſumit.

Stultitas vero que eſt in eo qui de
ſe preſumit multiplex pōt oſtẽdi.
Primo vl' verbis ſcripture: q̃ infirmi
tatẽ humanã oſtendunt de quibus pauca
ſubdamus. ij. Cor. iij. Nõ qđ ſufficientes
ſumus cogitare aliqd a nobis quaſi ex no
bis ꝛc. Si non ſufficit hõ ad bene cogitã-
duȝ qđ eſt minimũ inter bona opera quõ
ſufficiet ad alia? Jo. vi. Nemo vẽit ad me
niſi pater qui miſit me traxerit eũ Jõ dicit
eccleſia. Cant. i. Trahe me poſt te. Super
qđ verbuȝ dicit. B. in perſona eccleſie. Do
mine ſcio me nequaq̃ poſſe peruenire ad
te: niſi gradiendo poſt te: ſed neqȝ hoc qui
dẽ niſi ad iuta: ꝛ ideo precor vt trahas
me poſt te. Beatus ſiquidem eſt cuius
auxilium abs te aſcenſiones in corde ſuo
diſpo. in val. la. peruenturus quandoqȝ ad
te in mõtibus gaudiorum. Oſee. xiij. Per
ditio tua iſrael ex te tãtummodo ex me au
xilium. Et in. p̃s. Homo eſt ſpiritus va-
dens ꝛ non re: per ſe vadit homo ad pec-
catum: ſed per ſe non redit. Nauis per ſe

deſcendit in rapidaz aquam ſed non per ſe aſcendit piſcis per ſe intrat in naſſā. ſed nō per ſe exit. Terra per ſe profert ſpinas ⁊ tribulos: ſed non per ſe profert frumentum. Sic homo poteſt per ſe facere malū ſed non per ſe bonum. Johā. xv. Sine me nihil po. ſa. Augu. Loquens de negatiōe Petri hic cognoſcitur quā vez ſit ſumme nihil poſ. ſa. Ecce ad vnius aure ipulſū firmiſſima colūna cōtremuit. ℂ Secūdo poteſt oſtendi fatuitas preſumentiuz de ſe p collationem imbecillitatis noſtre ad fortitudinem hoſtiuz noſtrorum. Nos eniz ſum⁹ quaſi locuſte gygantibus infernalibus cōparati qui ſunt hoſtes noſtri. Ualde ergo fatuus eſt q preſumit de ſe in deo tū poſſumus ēt gigantes vincere. Un̄ Orig. Sup numeri. Ubi loquens de exploratoribus miſſis a Moyſe. Uult dn̄s ieſus res miſerabiles facere: vult de locuſtis ſuperare gigantes: ⁊ de his que in terra ſunt celeſtes vincere nequitias. ℂ Tertio poteſt oſtēdi fatuitas preſumentiū de ſe exemplis virorum fortium qui corruiſſe leguntur. Sicut exemplo Petri. Dauid. ⁊ Salomōis: ⁊ ſimiliū. Gre. Dauid cadente nemo ſuperbiat. Multos legimus in ſacris ſcripturis in monte preſumptionis etiā corporaliter corruiſſe. vnde multū fugiēdus eē mons iſte. Aug. Multū in tremis eſt qui illuc ire contendit: vbi multos corruiſſe conſpicit in monte iſto ceciderant qui operant iniquitatē. ℗cipue pōt agnoſci fatuitas preſumentiū de ſe per experientiaz ꝓprie imbecillitatis Leuem enim cogitationem non poſſumus vincere modicū verbū nō poſſum⁹ ſuſtinere. Qua ergo temeritate magna preſumimus q modica nō poſſumus fatuitatem preſumentiū de ſe inſinuat nobis Salomō. Prouer. xiiij. dicens. Sapiens timet ⁊ declinat a malo ſtultus tranſit ⁊ confidit.

ℂ De quattuor ſpeciebus preſumptionis.

Sequitur de ſpeciebus preſumptionis: ⁊ poſſum⁹ diſtinguere quattuor ſpēs ipſi⁹. ℂ Prima ſpēs eſt quādo aliquis preſumit quod alij nō pſumunt: hac ſpecie laborant illi q noua pſumunt preferentes ſe anteceſſoribus ſuis: ⁊ qui coram aliqbus ſibi equalibus vel melioribus preſumunt quod non ipſi ad hāc ſpēm preſumptionis videtur poſſe referri illud. Ecceleſia. xxxij. Audi tacens ſimul et querens: ⁊ in medio magnatorum loqui non preſumas. ℂ Secunda ſpecies pſumptionis eſt. quando aliquis preſumit hoc de quo preſumendum non eſſet: vt cuz aliquis preſumit de viribus ſuis. vel de amicis carnalibus: vel de diuitibus ad hanc ſpēm preſumptionis videtur pertinere illud. Jere. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in homine: ⁊ ponit car. bra. ſuum. Et ſubditur. Benedictus vir qui confidit in domino ⁊c. Et illud Iſa. xxxvi. Ecce confidis ſuper baculum arundinem confractū iſtum ſuper egyptum cui ſi innixus fuerit homo intrabit manum eius ⁊ perforabit eum. Et illud. Prouer. xi. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. ℂ Tertia ſpecies preſumptionis eſt: cum quis preſumit aliqd ante tempus: vt cum aliquis preſumit de victoria qui adhuc eſt in pugna. Ad quod illud Job vndecimo. poteſt referri. Memento belli. Nec vltra addas loqui. Et illud tertio Reg. xx. Nō glorietur accinctus eque vt diſcinctus. Et vocat Gle. Accinctum illuz qui indutus eſt armis: ⁊ adhuc eſt in acie. Diſcintum vero vocat illum q victor eſt: ⁊ iam arma depoſuit. Ad idem poteſt etiam referri illud q dixit quidam pater cuidam fratri dicenti. Ego mortuus ſum mundo: ⁊ ſi tu mortuus es. Ait pater diabolus tamen mortuus non eſt: ad eandem ſpeciem preſumptionis ptinet quando aliquis preſumit de perfectione q adhuc eſt in inchoatione. Quantūcunq aliquis profecerit ſemper reputare debet ſe incipientem. Unde in Eccleſia. xviij. Cuz cōſumauerit homo tunc inci. Gre. in moral. Neſcit mēs per corporē veteraſcere q ſemp ſtudet per deſideriū inchoare. Jdez Si a bonis inchoatis volumus laceſcere valde neceſſe ē vt ſemp ea credamus nos ichoare. Dauid. Et dixi nunc cepi. Jer. iij. Patrem vocabis me: ⁊ poſt me igredi nō ceſſa. Et eccle. xliij. A luna ſignū diei feſti luminare qd mi. in cō. ſic vir iuſtus ḡnto pfectior exiſtit: tanto oculis ſuis minuitur. ℂ Quarta ſpēs preſumptionis ē quando aliquis pſumit illud qd ē ſupra vires ſuas ſicut cum aliquis preſumit q ipſe exibit a peccato quādo voluerit: cū tamē a caſu in

peccatū mō cauere nō poſſit. Ad hec preſumptionē pertinet illud Eccl. xxix. Repromiſſio nequiſſima multos perdit. De hac preſumptione amplius dictū. In tractatu de luxuria capitulo vltimo. ¶ Ad hanc pſumptionis ſpēm pertinet quando aliqs inſufficiens recipit curā animaꝝ ⁊ pmittit ſe alios a lupo infernali liberare cū ipſe iam ſit in ore ipſius. ¶ Ad deſtruendū vero vitiū preſumptionis poſuit dominꝰ hominē iam formatū in paradiſo: vt legitur Gene. ij. Ipſe homo poſuit ſe ibi imo ⁊ poſitus a deo ibi ſtare nō potuit. Quō ergo in celeſti paradiſo viribus ſuis ſe ponet.

¶ De appetitu proprie excellētie: q in tres ſpecies diſtinguitur. ca. xix.

A Dictum eſt de ſpeciebus preſūptionis cōſequenter dicendū ē de appetitu ppꝛie excellentie: ⁊ cū ſit triplex excellentia. ſ. excellētia dñii: excellentia magiſterij: ⁊ excellētia ſimplicis exceſſus: quādo. ſ. aliquis excedit aliū in aliq̄ gratia ita tamē quod nō eſt ſuperior adhuc poterit diſtingui appetitus ppꝛie excellentie: in tres partes. ſ. in appetitū dominij: i appetitū magiſterij: appetitum ſimplicis exceſſus. De appetitu vero dominij pmo pſequemur qui ideo peccatū eſt. q2 locꝰ dominij ppꝛie locus eſt dei. nec dꝫ ab homie appeti. Naturaliter inter hoīes equalitas debet eſſe: nec eſt homo ſubiectus homini niſi per peccatum in beſtiam ſit conuerſus: ⁊ ſic quodammodo homo inferior fac vnde Greg. in moral. Non eſt data homini prelatio vt dominetur hoībus ſꝫ beſtijs terre ⁊ volucribus ⁊ piſcibus: ⁊ hoībꝰ i eo quod induūt faciem eoꝝ. Ubi enim nō delinquimus pares ſumus: ⁊ eſt ſumptuꝫ de pmo Gene. Ubi poſt illud verbū faciamꝰ ho. ad yma. ⁊c. Et ſubditur: ⁊ preſit piſcibus maris ⁊c. ¶ Ad deteſta. vero huiꝰ vitij. Primo poſſumus vti diſſuaſionibus q̄s faciunt ſcripture de vitio iſto: ⁊ de multis pauca ponemus legitur Eccl. vij. Noli querere ab hoīe ducatuꝫ neqꝫ a re. ca. ho. Sicut ad regem ſpāliter ptinet ponere aliquem in regno ſuo qui loco ſuo ſit: ⁊ regi iniuriā faceret qui ab alio quā a rege ſine eius conſenſu obtinere vellet ſic deo iniuriam facit qui ab alio quā ab ipō dignitatem querit. Item eccle. vij. Noli fieri iudex niſi virtute valeas. ir. ini. Sicut in ꝯflictu corporali hoſtes precipue irruūt ſup illuꝫ qui in dignitate eſt: vnde neceſſariū eſt ei: vt virtutē habeat diſrumpendi eos. Item Ier. Laue honores quos ſine culpa tenere non pſ. Sublimitas honoꝝ magnitudo ſceleꝝ eſt. Gre. in paſtorali. Pollens virtutibus inuitus ⁊ coactus accedat ad regimē aīaꝝ. Si ille qui virtutibus pollet inuitus debet accedere: quid de illo qui vitijs ſordet: Ille nullo modo dꝫ accedere: ⁊ ſi accedit non modicū damnoſum ē ⁊ ſibi ⁊ populo. Damnum populi oſtēdi pōt: hijs teſtimonijs ſcripture que ſequetur: legitur Prouer. xxviij. Regnantibus impijs ruine hoīum. Itē leo rugiens: ⁊ vrſus eſuriēs princeps impius ſuper populū pauperē. Item dux indigens prudētia multos oppꝛimet per calumnī i. Et Prouer. xxix. Cū impij ſumpſerint principatū gemet populus. Damnū vero quod incurret qui cum indignus ſit ſublimaꝫ. īſinuat nobis Aug. dicens. In nullo ſentio deū ita iratū mihi q̄ in hoc qꝺ cū indignus eſſem ad regnuꝫ poſitus ſuꝫ ad amplius tre fine gubernacu lū in apice regiminis eccleſie. Poſſūt etiā ſo valere ad deteſta. huius vitij exempla: ⁊ de multis exemplis pauca ponemꝰ. Et pmo ponemus exemplum dñi noſtri ieſu xpi. de quo legitur Io. vi. Ieſus autē cum vidiſſet quia venturi eſſent vt raperēt euꝫ ⁊ facerent regem: fugit iterū in montē ipſe ſolus. Querentibus eum ad morteꝫ ipſe ſe vltro obtulit: vt legitur Io. xviij. Querentes aūt ſe ad regnuꝫ fugit vt oſtēderet qꝺ quibuſdam potius expediret eos eſſe mortuos quā in loco dignitatis hoc ipm conſitentur aliqui nobiles ⁊ potentes quod potius expediret eis eſſe leproſos quā eſſe in ſtatu in quo ſunt: hoc exēplo vtiꝫ apoſt. ad Heb. xij. dicēs. Curramꝰ ad ppoſitum nobis certamē aſpiciētes in auctorē fidei: ⁊ cōſumatorē ieſum qui ppoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē. De Aug. etiā legitur quod fugiebat ab omni ciuitate: q̄ non habebat epm ne in epm raperetur. Inueniꝫ etiam de quodā pꝛiore clareuallenſi noīe Gualfredo qꝺ cum electus in epm tornacentem ab Eugenio papa: ⁊ abbate ſuo ſctō Bernardo cogeretur onus epatus ſubire ipſe pſtratus ad pedes abbatis: ⁊ clericoꝝ qui ſe elegerant ad modū cruciſali: monachꝰ fugitiuus ſi me electis eſſe potero. epiſco-

pus nunq̄ ero. Cui laboranti in extremis
quidā monach⁹ ei carus aſſidens ait. Ca-
re mi q2 nunc corpore ſeparamur ⁊ oro te
vt ſi potes ſalua voluntate dei: ſtatū tuum
mihi poſt mortē reueles. Qui oranti poſt
mortem ante altare apparuit in viſione
Gualfredus dicens. Ecce aſſum Gualfre
dus frater tuus. Cui ille ait. Care mi quō
eſt tibi? Cui ille. Bene. ſed reuelatū ē mihi
a ſancta trinitate quod ſi ꝓmotus eſſez in
epm fuiſſem d numero reproboꝝ. ¶ Ter
tio poteſt ad deteſta: hui⁹ vitii hoc qđ am
bitioſis male ē dū ad dignitatē tēdunt: pe
ius eſt eis cū iaz dignitatē acq̄ſierūt: peſſi
me erit eis cū punient de hoc quod i loco
dignitatis male ſe habuerunt. Quod ma
le ſit ambitioſis duz ad dignitatē tendūt.
Primo patet ex verbis Senece dicentis.
Quecūq3 eminere videntur q̄uis puſilla
ſint: ⁊ tantūmodo ꝯparatione humillimo
ruz exercentur per difficiles ⁊ arduos tra-
mites adeunt cū terra groſſa in faſtigium
dignitatis via eſt. Itē phs. Hoc maximuz
malū hz ambitio quod nō reſpicit deū vel
ſe vel alios: ſed per phas ⁊ nephas ⁊ mille
pericula ad dignitatē tendit quā appetit.
Ambitioſus eſt ſemper pauid⁹. Timet.n.
ne quid dicat vel faciat qđ i oculis homi-
nuz diſpliceat. Honeſtatē mentit: humili-
tatē ſimulat: cunctis adulatur: cunctis ſcli
natioſum eſt ſeruus ⁊ tributarius: grauez
pugnā fert in ſe dū iniquitas pulſat aiūm
⁊ ambitio' cōtinet malū. Qđ autē male ſit
valde ambitioſo cū iam habet dignitatez
multipliciter poteſt oſtēdi. Primo ex ver
bis. B. ſic dicentis. O ambitio ambientiuz
crux q̄ oīs torques oibus places: nil acer-
bius cruciat: nil imoleſtius iq̄uietat: nil tñ
apud miſeros mortales celebrius nego-
ciis ſuis. Seneca. Nemo ex his quos pur
puratos video felix eſt nō magis q̄ illis q-
bus ſceptū ⁊ clamidē in cena ſabule aſſi-
gnant. Qui in loco dignitatis ſunt: in ma
iori periculo ſunt quantū ad aīam: ⁊ etiaz
quantū ad corpus frequenter. Jero. Ho-
nores ſecū pericula trahūt ⁊ cito periclitatˀ
poteſtas. Quanto maior honor tanto ma
iora pericula. Idē altiſſimi mōtes crebris
fulminibus feriunt. Aug. Eti loquens d
eo qui preeſt: dicit quod quāto i ſuperiori
loco tāto in pīculo maiori verſatˀ. Interdū
ꝑncipes ꝓpter magnū periculū i quo ſūt
nō audent etiā ire per ꝓpriā ciuitatez: niſi
ab armis defendātur qđ nō eſt paruus mi
ſeria. Tullius. Nōne millies melius ē pe-
rire alibi q̄ in ſua ciuitate ſine armoꝝ pſi-
dio nō poſſe viuere. In maioribus etiā cri
minibus ſunt frequenter qui preſunt. Uñ
Jere. v. Job ad optimates ⁊ loquar eis.
Ipſi.n. cognouerūt viā domini ⁊ iudiciū
dei ſui. Et ecce magis hii ꝯfre. iugū. ratio
enīz ⁊ eodē. c. in fi. Inuēti ſunt in populo
impii in eo iſidiātes quaſi aucupes laqos
ponētes. ⁊ pedicas ad capiēdos viros. Si
cut decipula plena auibus: ſic domus eoꝝ
plene dolo. Ideo magnificati ſūt: ⁊ ditati:
⁊ ingraſſati: ⁊ īpinguati: ⁊ preterierūt ſer
mones mons peſſime. Sene. Abſtrahunt
a recto diuitie. honores ⁊ potentie: ⁊ alia
que in opinione noſtra ſunt cara. Pretio
tñ ſūt vilia. In maiori etiā labore ſunt: vñ
ſignificati ſunt per duo opertimenta ſupio
ra q̄ in tabernaculo erant de pellib⁹ arietū
ꝓpter eſtum ⁊ imbriū diffuſionē dē gbus
habetur. Exo. xxv. Opertimenta illa cuſto-
diebant opertimentū inferi⁹ qđ erat valde
precioſuz: ſic illi qui preſunt cuſtodiunt fi-
lios dei quos ipſe tenere diligit: nec vult in-
cōmoditati illius vel vexationib⁹ exponi.
vnde Greg. Miſeri: oīs deus quos tenere
diligit ab extremis criminibus abſcondit.
Nā vel paterfamilias ad laborē ſeruos ſu
os mittit a quo ſubtiles filios ſuſpendit: ⁊
ide filii ſine vexatione decori ſunt. Unde
ſerui in puluere deturpant. Capa pluuia-
lis nō ideo ſupponitur ceteris veſtibus: qt
carior habeatur: ſed potius vt ſola detur-
petur. Nec fit hoc ꝑncipaliter ad vtilitatez
ipſius cappe ſed ꝓpter vtilitatē ceterarū
veſtium. Sic qui preeſt nō debet ſe repu-
tare ceteris meliorē. Debet etiā credere ſe
in ſtatu illo poſitū ꝓpter vtilitatē populi:
nō ꝓpter ſuū honorem. Expedit enim vt
vnus hō moriatur pro populo. i. laborioſe
vite ⁊ periculo ſe exponatur: que eſt velut
quedā mors. ¶ Multi tñ adeo fatui ſunt
vt mortē iſtā appetāt: ⁊ dulcedinē q̄ete vi-
te faſtidiūt. Uñ Gre. Ceſſationē a labori-
b⁹ mūdi diſs iperat: ſed veſana mēs pluo
aſſequi carnaliter aſpera q̄ tenere ſpūalit
blāda gaudet hoſtes magna faſtidiūt: ⁊ re
pas deſiderāt: q̄ nō ſine lachrymis cerne-
dunt. ¶ Preterea ambitioſi ex dignitate
quā appetūt nō obtinēt honorez ad quez

tendunt. Non. n. ipſi honorant ad digni-
tatē: ſed dignitas poti⁹ exhonorat ab ipſis
⁊ deturpat. Ideo egregie de Ceſare Tul
lius ait. Ceſar cum quoſdā voluit honora
re: nō ipſos honeſtauit: ſʒ ornamenta. i. di
gnitates deturpauit. ¶ Itē Boeti⁹. Quā
to maior eſt dignitas tanto iprobos deſpe
ctiores faciuat nō ipune redeunt: nō quia
improbi parē dignitatibus vicē quas ſua
cōtagione cōmaculant. Et lʒ valde ſit ma
le ambitioſis dū ſunt i loco dignitatis de-
terius tñ erit eis cum pro abuſione ſua pu
nient. Unde Greg. In maiori gradu ma-
ior ſine dubio pena. Sap. vi. Potētes po.
tor. pa. Et Apo. xviij. Quātuʒ glorificauit
ſe in delicijs. f. tm̄ d. a. ſl. tor. ⁊ luc. ¶ Ād de
teſta. etiaʒ huius vitij facere poteſt hoc ꝙ
vitiū iſtud eſt valde efficax ad capiendos
hoies. vnde quidā. Plurima cū ſoleāt ho
minū corrūpere mores. Fortius euertunt
femina cenſus honor queʒ res nec femina
vincere poſſunt ſubiugat ambitio. Poſſu
mus etiā vti ad deteſtationē hui⁹ vitij pa
rabola illa que habet. Iud. ix. Uenerunt
ligna vt vngerent ſup ſe regē. Dixeruntqʒ
oliue. Impera nobis. Que rñdit. Nūqd
poſſum deſerere pinguedinē meā qua dij
vtunt: ⁊ hoies ⁊ venire vt iter ligna ꝓmo
uear? dixeruntqʒ ad arborē ficū: veni ⁊ ſu
per nos regimen accipe. Qd̄ reſpōdit eis.
Nunqd poſſū deſerere dulcedinē meā fru
ctuſqʒ ſuauiſſimos: ⁊ ire vt iter cetera ligna
ꝓmouear? Locutaqʒ ſunt ligna ad viteʒ:
veni ⁊ impera nobis. Et reſpōdit. Nūqd
poſſū deſerere vinū meū qd̄ letificat deū
⁊ hoies: ⁊ inter cetera ligna ꝓmoueri. Di
xeruntqʒ oia ligna ad ramnuʒ: veni ⁊ ipera
ſuper nos. Quod reſpōdit eis. Si vere re
gem me vobis ꝯſtituitis: venite ⁊ ſub vm
bra mea requieſcite: ligna ſuper ſe regeʒ vn-
gunt: quādo aliqui aliquē eligūt vt eis do
minetur. Notabiliter aūt dicunt eū vnge
re: occaſionē enīʒ dant vt vncte: ⁊ manſue
te ſe debeat habere erga eos. In hoc qd̄
euʒ ſibi ꝑficiunt ⁊ preponūt. Ualde enim
peruerſum eſt eos exhonorare qui in ho-
nore eum poſuerunt: ⁊ poteſtate manu ali
quorum accepta vtiin depreſſione eorūdem
que peruerſitas ſignificata eſt. Mat. xxvij
In hoc ꝙ milites preſidis accipiētes arū
dinem de manu xp̄i percutiebant inde ca
put eius. In arundine enim que vacua eſt

poteſtas terrena itelligitur: que nihil habʒ
ſoliditatis: per oliuam: cuius pinguedine
deus ⁊ homines vtuntur: ſignatur aliquis
vbi miſericors in operibus miſericordie
exercens ſe qui oleo miſericordie ſue pau-
pertatem aliorum condit: ⁊ quaſi impin-
guat lucem: ⁊ diuine gratie eodem oleo
in ſe nutrit ⁊ conſeruat. Talis prelationeʒ
refugit timens ne occaſione eius bonum
quod accepit amittat. In ficu vero intelli
gitur aliquis contemplatiuus iam dulce-
dinem dei in cōtemplatione ſentiens qui
prelationem non vult accipere quia timet
dulcedinem quam ſentit amittere. Scit
enim quod oportebit eum per ſollicitudi-
nem exteriorum extra ſe exire. Unde Lu-
ce decimoquarto. Uillaʒ emi ⁊ neceſſe ha
beo exire. Et dicit Interli. ab interna con-
templatione. Ibidem dicit Glo. Auguſti.
In empta villa dominatio notatur: ⁊ ſu-
perbia villam poſſidere: ⁊ homines ſibi
ſubdere vitium malum: vitium prauum.
Per vitem propter feruorem vini intelli-
gitur aliquis perfecte caritatis: ⁊ feruen-
tis qui prelationem ſimiliter recuſat: ti-
mens ne ſi eam ſuſciperet feruor caritatis
in eo tepeſcat: propter aquam mundane
ſollicitudines ſuperinfuſam. Ramnus
vero genus rubi eſt quod vulgo ſentes ap
pellant aſperum minus ⁊ aculeatū ſicut
ſentes: ⁊ ſm Ioſephum ad impetuʒ ven-
ti ignem naturaliter producit: ⁊ eſt in ꝑn-
cipio molle: ſed poſtea dureſcit: vnde ſi-
gnat aliquem malum ambitioſuʒ qui ſpi
nis vitiorum ſpinoſus eſt qui ſpoliat ſub-
ditos ſuos ſicut ſpine lana ſpoliant oues
contigentes eas qui ex ſe emittunt ignem
peruerſe conuerſationis quo ſe: ⁊ ſubdi-
tos ſuos comburet infernali incendio:
qui ſe ſubditis ſuis mollem in principio
exhibet ⁊ manſuetum: deinde vero durus
quia tyrannidem exercet: ⁊ talis regimen
non recuſat. ¶ Poterit tamen alicui vide
ri quod appetitus dominij malus non ſit
cuʒ dicat Apoſto. i. ad Thimo. iij. Siqs
epiſcopatum deſiderat: bonum opus deſi
derat. Sed nulla eſt obiectio iſta. Siquis
verbum apoſtoli diligenter cōſideret. Nō
enim dicit apoſtolus. Siquis epiſcopatuʒ
deſideret quod ipſe benefaciat: vel quod
deſiderium eius ſit bonum. Sed vult oſtē
dere quid ſignificetur hoc nomine epiſco

patus: quia nomen grecū eſt: vnde Glo. Super illum locum exponere voluit apoſtolus quid ſit epiſcopatus: quia nomē eſt operis non honoris grecum nomen eſt & inde dictum vocabulum: quia ille qui preficitur: illis quibus preficitur ſuperintēdit curam eorum gerens. Scopos enī intentio eſt. vnde epiſcopus latine ſuperintendens dicitur: vt intelligat ſe non eſſe epiſcopum qui preeſſe dilexerit non prodeſſe. Epiſcopatus enim eſt ſuper ſuam & aliorum vitam intētio: nec valet hoc argumētum. Si quis epiſcopatum deſiderat: ergo deſiderium epiſcopatus eſt bonum: ſicut non valet ſi dicatur iſte latro qui vult furari bonam cappam deſiderat bonam rem: quia bonam cappam: ergo deſideriū eius eſt bonum: vnde ſequitur in eadem Glo. Locus ſuperior ſine quo populus regi nō poteſt: & ſi ita teneatur atq; adminiſtretur vt decet indecenter tamen appetitur: vnde ocium ſanctum querat caritas veritatis negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis q̄ ſarcinam ſi nullus imponit percipiende atq; intuende vacandum eſt veritati. Si autem imponitur ſuſcipienda eſt propter caritatis neceſſitatem: ſed nec deſeranda eſt delectatio veritatis ne ſubtrahatur ipſa ſuauitas & opprimat iſta neceſſitas: patet ergo quod appetendus non eſt dignitatis locus: vnde .i. ad Corint. xiij. Caritas non eſt ambitioſa. ¶ Quid autē in dignitatibus homines appetant vtrū lucrum animarum? vel lucrum burſarū vtrum laborem aut honorem: ſatis appareret ſi honores & diuitie ab officijs eccleſiaſticis ſepararētur: vnde legitur qd̄ mortuo Syxto papa diu vacauit papatus nec inuētus eſt qui ſubiret illud onus quoniā non habuit tūc eccleſia diuitias nec pompam ſecularem his adſicicis tempore. Silueſtri illico ambitio naſcebat͛ & late peruagabatur.

¶ De appetitu magiſterij. xx

Dictum eſt de appetitu dñij: conſequenter dicendum eſt de appetitu magiſterij: de quo hoc ordine dicemus. ¶ Primo oſtendemus ex quibus cauſis appetitu magiſterij poſſit eſſe culpabilis. Secundo oſtendemus de magiſterio curioſorum quante ſit vexationis: & afflictionis. Tertio oſtēdemus quanti meriti ſit miniſteriū magiſterij quod habēt viri quos regit timor & caritas dei. ¶ Primo ergo notandum eſt: q̄ appetitus magiſterij culpabilis poteſt eſſe quinq; de cauſis. ¶ Primo propter ignorantiam: quando .ſ. aliquis preſumit docere quod non didicit. Unde .iij. Ia. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei. Glo. Niſi tantum diſcreti: & ſcriptis docti. Prouer. decioctauo Qui prius reſpondet q̄ audiat ſtultum ſe eſſe demonſtrat: & cōfuſione dignum. Saluſtius. Poſt q̄ honores adepti ſunt: tunc primum acta: & precepta maiorum legere incipiunt prepoſteri hoīes. Eccleſia. xxxij. Audi tacens & pro reuerentia accedet tibi gratia bona. Jerony. Ceteri qui variam ſupellectilem. & vilia opuſcula fabricant: ſine doctore eſſe non poſſunt: quod cupiūt. Quod medicorum eſt permittunt medici tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt: quam ſibi paſſim omnes vendicāt Et ſubditur hanc vniuerſi preſumunt lacerant docent: anteq̄ addiſcant. Grego. Turpe eſt tunc Salomonem querere cum debemus queſtionē enodare. Socrates cuidam interroganti: quomodo poſſet optie docere ait: Nihil dixeris niſi qd̄ bene ſcieris. ¶ Secundo poteſt eſſe appetitus magiſterij culpabilis propter in honeſtam vitam. Indignum enim eſt celeſtē doctrinā eſſe in vaſe immundo. vnde Dauid. Peccatori dixit deus quare tu enar. iuſt. mihi &c. & Prouerbi. xxvi. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile: ſic tumentia labia cum peſſimo corde ſociata. Dignus irriſione eſſet qui argento vas fictile ornare vellet: & cum vellet lutum ornare ſordidaret et argentum: ſic irriſione dign͛ eſt qui cum malus ſit tamen ad ſuperbiā & ad vanam gloriam bona verba dicit. bona verba docēs quodammodo obligat ſe ex doctrina ſua ad benefaciendum: vñ ſuper illud. Job. xxxix. circundabit collo ei͛ dicit. Grego. collo inquit equi hymnitus circundabitur: quia ne ad peruerſa opera ſuis vocibus vita predicantis obſidetur. Et ſuper illud. Prouerbiorum. iij. Circunda eas gutturi tuo. dicit Gloſa. virtutes decet circundari gutturi: cum vox potius in gutture fieri ſoleat: quia ſcilicet predicationis vox de interius manat: ſed exterius

eircūdat. Nam quo ad bene operandū ꝛ
viuendū excitat eo ad bene agendū opera
predicationis ſeipſum ligat. Gre. Qui ver
bū dei loquitur prius ſtudeat qualiter vi-
uat ꝛ poſt ex actu colligat que ꝛ qualiter
dicat. xxix. Eccle. Que i manu hẽs ciba ce
teros. Ea in manu habes que opibus im-
ples: ꝛ talia debemus ṗdicare alijs. ꝛ Ec-
cle. xxix. Cōfirma verbis ꝛ fideliter age cū
eo ꝛ omni tẽpore inuenies qḋ neceſſariū
eſt. Bona operatio eſt verbi confirmatio.
Mala vero opatio eſt verbi infirmatio. fi
deliter agit cū verbo qui qḋ predicat cre
dere fideliter ſe oſtendit. Quia idem ope
implet qḋ predicat qui predicat delectatio
nem aliquam venenatā eſſe ꝛ toxicatā ꝛ
cū eadē ſumit non vr̄ credere qḋ predicat
nec qḋ fideliter agit cum verbo.

❡ De doctrina bona ꝛ vita mala.

Et notādū qḋ habere doctrinā bo
nā ꝛ vitā malā ipſi habēti ē valde
verecūdū ꝛ erubeſcentia plenum
deo etiā multū diſplicet ꝛ eccleſie multū
nocꝫ. ❡ Primū multipliciter pōt oſtendi
primo q2 ille qui bene docet ꝛ male viuit
quaſi qui defert lucernam ante ſe ꝛ quaſi
immūdiciā ſuam alijs oſndit. Dauid lucerna
pe. m. vt. t. Et Pro. vi. Mandatū lucerna
eſt ꝛ lex ꝛ lux. Itē talis de bello fugit ꝛ tū
ad pugnādū alios ſtrenue exhortatur litte
ras ēt proprie dānationis publicat: vnde.
Apo. In quo aliū iudicas te ipm cōdēnas
Itē in lib. proſperi. Bene loq ꝛ male viuē
re vū nihil aliud eſt q̄ ſe ſua voce dānare.
Talis ſibi ipſi cōtradicit: ꝛ ſeipm cōfūdit
Je. nō cōfundāt opa tua ſermonē tuū: ne
cū in eccleſia loqueris tacitus quilibet hoc
rn̄deat. Cur ergo hoc que dicis ipe nō fa-
cis? Delicatus magiſter ē qui pleno vētre
de ieiunijs diſputat. Accuſare auariciam
etiam latro pōt. Sacerdotis xp̄i mens ma
nuſqꝫ cōcordēt: talis opere deſtruit qḋ ver
bo edificat. xxxiiij. Eccle. vnus edificans ꝛ
vnus deſtruens gd prodeſt eis niſi labor?
Talis hꝫ linguā longe maiorē manu: qḋ
ſine dubio monſtruoſū ē. Gre. Mōſtruo
ſa res eſt manus remiſſa ꝛ lingua magni
loqua. De tali irriſione manus ſolet dici il
lud. Geñ. xxvij. Uox quidē vox iacob ē ſed
manus ſunt eſau. Qḋ autem multū hoc
diſpliceat deo pōt oſndi ex hoc qḋ dn̄s ma-
ledixit ficulnee hūti folia ſine fructu vt legi
tur. Mat. xxi. Ficulnea. n. hn̄s folia ſin̄ fru
ctu eſt ṗdicator hn̄s verba ſine opib9 Idē
oſndi pōt per hoc qḋ dn̄s tot maledictiōes
faciebat phariſeis ꝛ ſcribis qui hēbant folia
verborū ſine fructu quas maledictiōes ha
bes. Mat. xxiij. Qḋ hoc aūt valde noceat
eccleſie dei. multipliciter pōt oſndi: primo per
hoc quod doctrina eccleſie in eis nō hꝫ ta
lē virtutē qualē deberet habere: vn̄. Auct.
Qui nō ardet nō incēdit. Gre. Magis va
let ad predicandū ſcti amoris cōſcia quam
exercitati ſermonis ſcia. Idē. Nulla ē dul
cedo lingue niſi cōdiat ſapore vite ❡ Itē
Gre. ſup. Eze. Sermo dulcedinē non hꝫ
quē vita reproba intra cōſciam remordet.
Idem. Illi ſoli de deo loq dulciter noue-
rūt q eū cordis viſceribꝰ dilexerūt. ❡ Itē
ſermo dei cōtēptibilis redditur hoibus p
vitam malā predicātium. vn̄. Gre. Cuiꝰ vi
ta deſpicitur neceſſe eſt vt eius ṗdicatio cō
tēnetur. Ipſa etiā veritas ſuſpecta reddit
hoibus. Quis. n. crederet alicui q aliq̄ viā
aſſeret latronibus plenā ꝛ neminē trāſire
poſſe per eā abſqꝫ expoliatiōe ꝛ iugulatio
ne: ꝛ poſt aſſertionē illā eandē viā eligere
vellet. Itē q̄s nō haberet ſuſpectā exhorta
tionē inſequēdi hoſtes factā ab eo qui ſci
ret eſſe ex parte hoſtiū? Propter malā vi
tā eorū qui hūt inſtruere alios multa mala
euenerūt. eccle. dei. vn̄. Treñ. iiij. Nō credi
derunt reges terre ꝛ vniuerſi habitatores
vrbis qḋ ingrederetur hoſtis: ꝛ inimi9
p partes ieruſalē pp̄ pctā ꝓphetarū eius
ꝛ iniqtates ſacerdotū eius q effuderūt ſan
guinē iuſtorum. Effuderūt inquā ſuo ma-
lo exemplo. ❡ Tertio pōt eē culpabilis ap
petitus magiſterij. ꝓpter hoc qḋ appetit
qḋ ꝓpriū eſt dei. ſ magiſteriū. Occaſionē
addiſcēdi pōt hō dare hoi ſi ꝓprie nō do-
cet: niſi deus: vn̄ Aug. Magiſteria forinſe
cus adiutoria quedā ſunt ꝛ admonitiōes
ſed cathedrā habet in celo q docet corda.
Aliud eſt eccleſijs materiā miniſtrare que
videtur: ꝛ aliud ē viſū cōferre oculis Ad
doctores forinſecos pertinet materiā mini
ſtrare illis q addiſcūt: ſed ad interiorē ma
giſtrū pertinet vt ad videndū ſenſū corde
aptat. Et ſicut oculus ꝛ res hoc obiecta nō
ſufficiūt vt viſus in actu fiant niſi oculus
illuminetur: ſic diſcipulū ꝛ forinſecum do
ctorē neceſſarius eſt ſol iuſtitie a quo intel
lectus illuminetur: vnde poſtq̄ aliquis au-

diuit a doctore foꝛinſeco ipſe anteꝙ acgeſcat cõſulat magiſtrũ interioꝛẽ. ¶ Qd aũt dei ꝑpꝛie ſit magiſteriũ multis teſtimõijs ſcripture põt oſtendi:de qbus pauca ſuffi ciat ponere legitur. Mat. xxiij. Nolite vocari rabbi vnus eſt.n.magiſter videt. Ubi dicit iterli.ne qd deo debetur vobis attribuere pſumatis. Glo. Qui illuminat hominẽ qd nõ alius homo:lʒ tamen exercet docẽdo nõ intellectuʒ preſtat. Item. Glo. Magiſter ex cõſoꝛtio veri magiſtri taꝙ cius verus nũtius ꝛ pro reuerẽtia ipſius a quo mittitur honoꝛetur. Iteʒ. Pro.ij. Dñs dat ſapiam ꝛ ex oꝛe eius ſapia ꝛ prudentia ꝛ ſciẽtia. Et ecclẽ.i. Oĩs ſapiẽtia a dño deo ẽ. Et. Jo.vi. Et erunt oẽs docibiles dei dicit. Glo. Teſtãtur oẽs ꝑphetie hoĩes illius regni.i.xpiane fidei eẽ docibiles dei vt dicit Glo. quia ꝛ ſi hoĩes foꝛis loquũtur:tñ ſolus deus intus ſenſum apit. Iteʒ Jo. xiiij. Dr̃ de ſpũ ſancto. Ille nos docebit oĩa. Et. xvi. Docebit vos oẽm veritatem. Interli. Intus ſum ſono ſic fit:ꝛ alius. Iteʒ.infra. Jo.ij. Non neceſſe hẽtis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut initio eius docet vos de oĩbus. Glo. Nemo docenti tribuat qd ex oꝛe docentis intelligit. Niſi intus ſit q doceat lingua doctoꝛis exterius in vanuʒ laboꝛat Nec tñ doctoꝛ taceat:ſed quid poteſt agat. Ad idem oſtẽdendum valet qd dicit phs. qd ſtudiũ eſt diuine expectatio illuminationis. Itẽ phs: Impoſſibile eſt de pellibꝰ caprarum aut ouiũ haurire ſapiam. Ideo oꝛatio premittenda eſt ab hijs qui ſtudere volũt. Sapia.n.eſt domũ dei nec dʒ aliqs temptare eam rapere violẽtia laboꝛis vel ſtudij irrequiſitio dño vnde. Jacob.i. Si quis indiget ſapientia poſtulet a deo ꝛc̃. Augu. Oꝛatione melius ſoluuntur dubia quã inquiſitione alia. ¶ Quarto põt oſtẽdi culpabilis eſſe appetitus magiſterij:qa homo appetit eſſe ſupioꝛ illo quẽʒ natura ſibi genuit equalem:vñ. Augu. hoĩem hoi ſubdi nõ natura eſt bene inſtituti: ſʒ pena dñnati. Equalitas multũ placet deo:vnde Dauid mirabile templũ tuuʒ:ꝛ in equitate. ¶ Quinto põt eſſe culpabilis appetitus magiſterij ſi propter vnã gloꝛiam appetatur ſicut faciebant ſcribe ꝛ phariſei.vnde. Mat. xxiij. Amãt pꝛimos recubitus in cenis ꝛ pꝛimas cathedras in ſynagogis: ꝛ ſalutationes in foꝛo:ꝛ ab hominibus vocari rabbi.

¶ De afflictione magiſterij curioſoꝛum.

D Ictum eſt ex quibus cauſis poſſit eſſe culpabilis appetitus magiſterij nũc dicendum eſt quante afflictionis ſit magiſteriũ curioſoꝛum qd ſatis nobis oſtendit ſalomon. Eccle.ij. Dicẽs ꝑ poſui in animo meo querere ꝛ inueſtigare ſapienter de oĩbus que ſiunt ſub ſole. Hãc occupationẽ peſſimaʒ dedit deus filijs hominũ vt occuparentur in ea. Alia tranſlatio habet hãc diſtenſionem peſſimã. Studium curioſoꝛuʒ põt dici occupatio mala peioꝛ ꝛ peſſima. Mala ꝑpter afflictiones tam coꝛpoꝛis quã anime que eſt ibi. Et pcipue iſta afflictio vbi vel nulla vtilitas eſt vnde Senec. Quid te toꝛquẽs in illa queſtione quam ſubtilius eſt cõtempſiſſe ꝙ ſoluere. Idem nullius rei difficilis eſt inuẽtio niſi illius cuius inuente:hic vnus eſt fructus inueniſſe. Peioꝛ vero eſt ꝑꝑ ꝯtemptores ſapiẽtie ꝛ faſtidioſos auditoꝛes. De cõtẽptu ſapiẽtie habetur. Prouer.i. Sapiẽtiã atꝙ doctrinam ſtulti deſpiciũt. Jõ deſpicitur ſapiẽtia a ſtultis qꝛ ab eis ñ agnoſcitur:ſicut aurũ ꝛ argentũ a brutis cõculcantur qꝛ ab eis non agnoſcũtur. De contemptũ etiam ſapiẽtie dicit. Senec. Ad ſapientiã ge accidit quis dignam iudicat niſi qui in tranſitu venerit? Quis phm aut nullaʒ liberale ſtudium reſpicit niſi ꝙ cuʒ aliqs plus inuenerit cernens quẽ perdere licet:nihil itaꝙ inuenitur ex hĩjs que pauꝫ inueſtigata antiqui reliquerũt. Et ſi hic inuentus ſobꝛia incũberet hoc ſi maioꝛes docerent minoꝛes addiſcerẽt:vix ad fundum veniretur vbi veritas poſita eſt quam nũc ſumma ꝛ leui manu querimus. Dicit iteꝫ Señ. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. Quidã auditoꝛes adeo faſtidioſi ſunt qd non poſſunt ſuſtinere qd aliquis eis dicat ꝙ alias audierũt lʒ illud neſciant de quibus mirũ eſt qũo ipſi poſſunt audire de btã virgine miſſam quã totiẽs audierũt. Peſſima vero occupatio ẽ multiplex periculũ qd ẽ ibi. Difficile.n.ẽ docentes a ſupbia vel vanagloꝛia nõ ſeduci.etiã pedibus apoſtoloꝝ.i.affectibus dicitur puluis vanegloꝛie adheſiſſe:de hoc periculo habetur. Mat.iiij.ſuper illud. Et ſtatuit euʒ ſupꝛa pinaculum templi. Ibi enim dicit. Glo. In eo loco xpm temptat in quo mul

tos deceperat ⁊ alia. Glo. Ibi erant ſedes doctorū vnde populo loqueretur vbi mul tos cepit vanagloria honore magiſterij in flatos. Aliud periculū eſt infidelitatis in deū: Frequēter.n.ſunt magiſterij deo infi deles in talento ſibi cōmiſſo. Eodē.n.pre cio quo ipſi emūt cuprū: q̄ſiq3 poſſent au rū emere: ⁊ eodem labore poſſent habere edificationem quo acquirūt inflationem. ¶ Tertiū periculū eſt ipietatis in proximū frequēter.n.magiſtri volūt cauillatiōibus inutilibus intendere quā fratres ſuos qui ad mortē trahuntur eripe. Sen. Securitaē minima cōgrere cui hoſtis inflat a tergo ⁊ mouere ſe cū miles neceſſitas excutit gc quid par occioſa collegit: demens merito viderer, ſi cum ſaxa in monumētum ſenes feminecq3 cōgererent cū iuuētus inter por tas armata expectaret: ſederem ocioſus ⁊ huius queſtionculas ponerem Qd non p didiſti habes cornua non perdidiſti ergo cornua habes. Nō vacat ad iſtas ineptias Ingens negocium. In manibus eſt: mors me ſequitur fugit vita. Aduerſus hec me doce.

¶ De merito bonorum doctorum ⁊ tripli ci genere hominum.

Egitur videre quāti ſit meriti ma giſterium illorū doctorū quos ti mor dei ⁊ caritas dei regit. Ad cu ius rei euidentiā notandū q̄ tripliciter eſt genus hominū. Alij ſunt indocti alij docti non tñ adeo vt ſufficiāt docere alios: tertij vero docti ſunt adeo vt poſſunt docere pri mi miſeri ſunt in vita iſta. Quodāmō.n. brutis inferiores ſunt: vnde. Boe. in libro cōſol. Humane nature iſta cōditio eſt vt tūc cantū ceteris rebus excellat cū ſe cognoſcit eadē tā infra beſtias reducat ſi ſe noſſe de ſierit: nā ceteris animantibus ſe ſe ignorare nature eſt: hoi vero nō cōuenit. Ad idē fa cit qd legit cant. Si ignoras te o pulcher rima inter mulieres egredere: ⁊ abi poſt veſtigia gregū tuorū. Sponſa ſi ſe ignorat poſt greges vadit: q2 quodāmmō iumētis poſterior fit miſeriores āt ſunt indocti qñ moriūtur: vñ. x. Prouer. Qui indocti ſunt in cordis egeſtate moriūtur. De merito ve ro eorū q docti ſunt ſic legit. Dan. xij. Qui docti fuerint fulgebūt quaſi ſplēdor firma mēti ⁊ q ad iuſticiā erudiūt. Multos qua ſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Sicut ſtelle valde ſplēdidiores ſunt q̄ firmamētū: ſic maior eſt gloria docentiū alios q̄ eorū qui nō docent precipue tñ docere eos vtile eſt qui bene alios pñt docere vñ ſeruo pigro ⁊ nequā obicitur precipue. Ma xxvi. Qd oportuit pecuniā dñi ſui cōmittere nūmu larijs: vbi dicit. Glo. Nūmularij ſunt q ad predicationē auditā valent verbo ⁊ opere exercere. Et quod valde vtilius ſit docere tales q̄ alios ſi bene ⁊ fideliter doceantur. Malū pōt eſſe ex hoc qd malorū vtilitas pōt ſequi ex eruditione vnius: taliū q̄ eru ditione mille aliorum.

¶ De appetitu ſimplicis exceſſus. xxij

Ictū eſt de appetitu dñij ⁊ magi ſterij: nūc dicendū eſt de appetitu ſimplicis exceſſus: hoc vitio labo rāt illi q volunt excedere alios in diuitijs vel in pulchritudine vel in aliquo alio bo no nec volūt aliquē ſibi equari. Ad hoc vi tū videtur ptinere illud qd legit in Luce. xxij. Facta eſt cōtētio inter eos q̄s eorū vi deretur. ¶ Ad deteſta. vero huius vitij vi facere hoc qd iſtd peccatū eſt peccatū ma litie. Malitiā.n. hoc intelligimus affectio nē alieni mali. Qui vult ſe excedere alios p ꝯſeq̄ns vult alios excedi: ⁊ ſic vult malū alio: Uult.n. aliorū paruitatē q quodāmō facit ad hoc vt ſua magnitudo vl ſit vl ap pareat. ¶ Scdo pōt facere ad deteſta. hu ius vitij hoc qd reddit animū mutabilē. Qñ.n. ille q laborat hoc vitium reſpicit ali quē. quē excedit ipſe inaniter letat: qñdo reſpicit aliquē a quo excedit triſtatur ⁊ ſic mō timet: mō dolet: mō inflat: mō ad nihi latur: hāc mutabilitatē inſinuat nob. Sen. dicēs. Magnitudo incertū modū nō habet opatio: aut tollit aut deprimit: Nauis q̄ in flumine magna eſt in mari puula ē. ¶ Ter tiū eſt hoc qd vitiū iſtud eſt quedā fames inſatiabiles. Nūq̄.n. ipletur deſideriū ei9 q oēs alios vult excedere: q2 ſi excedit vnū in exceditur ab altero. Prete. Si excedit ali quē in aliqua gratia excedit ab eodē i alia gratia. ¶ Prete. exceſſus quē ipe appetit ad ſuū malū ē. Sicut.n. habūdātia humo ris in aliquo mēbro apoſtema ſolet genera re: ſic exceſſus apoſt. in hoib9 generat ſup bie: ⁊ ſicut fatuus eēt ille q vellet vnū ocu lū excedere aliū cū ſcdm naturā equales de beāt eē: ſic fatuus eſt ille q deſiderat vt ip ſe alios excedat ꝑfectū q ppriū pōt aliqs

deſiderare ſed vȝ etiaȝ ei placere ꝓfectus aliorum quo ei equat debēt oēs filij dei velut noſtri fratres amare equalitatē et ſimilitudinē. Uñ legit de ipo filio dei ad Heb. ij. Qd debuit fratribus per omnia ſimilari. Et. xxxij. Eccle. Rectorē te poſuerunt. noli extolli ſed eſto in eis. q. vnus ex eis.

¶ De ſuperbia exteriorum. ca. xxij.

Jcitum eſt de ſupbia iterlori: conſequenter dicendū eſt de ſupbia exteriori. vocat aūt ſupbia exterior aliqd extrinſecū quod a ſupbia iteriori ꝓcedit et eā oſtendit. Et pōt diſtingui iſta ſupbia ſm diuerſitatē rerum in qbus ſuperbia hoīuȝ pōt apparere. Pōt aūt apparere ſupbia hoīum: vel in ipo corpore: vel equus vel in ornatu: vel in amplitudine familie. in gululis. in edificijs et deauratis libris. Et pmo ꝓſequamur de ſupbia illa q̄ i ipo corpore apparet q̄ pōt diſtingui ſm diuerſitates mēbrorum q̄ ſunt in corpore. Eſt eniȝ ſupbia oris: et ſupbia oculorum: et ſupbia nariū: et ſupbia colli: et ſic de ceteris mēbris. ¶ Ad ſupbiā oris ptinet illud ps. Diſpdat dn̄s vniuerſa labia doloſa. et li. m. Et illud Prouer. xiiij. Jn ore ſtulti virga ſuperbie Stult⁹ verbo ſuperbo velut quādā virga hoies cedit. Ad ſupbiā nariū pōt referri illud. Jſa. ij. Quieſcite ab hoie cuius ſpēs ē in naribus ſuis. De ſuperbia oculorum legit xxiij. Eccle. Extollentiā oculorum ne dederis mihi. Et Prouer. vi. Sex ſunt q̄ odit dn̄s et ſeptimum anima eius deteſtat. Oculos ſublimes. Et in ps. Necȝ elati ſūt oculi mei De ſuperbia colli: vel ceruicis habet Job xv. Qui currāt aduerſus dn̄m erecto collo Et in ps. Dn̄s iuſtus cōcidet ceruices peccatoruȝ confundantur et conuertantur retrorſum. o. q. o. ſyon. De ſuperbia aliorum membrorum tangitur Jſa. Ubi ſic legit pro eo qd eleuate ſunt filie ſyon: et ambulauerunt collo extento. et nutib⁹ oculorum ibant et plaudebant et ambulabāt: et pedib⁹ ſuis cōpoſito gradu incedebāt decaluabit dn̄s verticem filiarum ſyon et dominus ceruicem earum nudabit.

¶ De ſuperbia ornatus. Et his quib⁹ vti poſſumus contra eam. cap. xxiij.

Equitur de ſuperbia ornatus. Et cū ornatus poſſint eſſe diuerſorum vt decorū hoīum et multorum aliorum ¶ Primo ponemus ea quib⁹ pōt vti contra ſuperbiā iſtā. primo poſſumus ita verbis ſanctorū et ſapiētiū. d quib⁹ pauca ponere ſufficiat. Eccl. xi. Jn veſtitu ne glorieris vnq̄: nec i die honoris tui extollaris: et prima ad Thimo. ij. Uolo mulieres orare in habitu ornata cū verecūdia et ſobrietate ornantes ſe non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: et vēſte precioſa: ſed qd docet mulieres ꝓmittētes pietatem per opera bona. habitū ornatum in quo vult apoſtolus mulieres orare. Uocat glo. Religionē earuȝ ornātes eas. vult etiā eas ornatas eſſe alijs virtutibus cuȝ verecundia vultus: et nō ſint attrite frontis et meretrices: vult etiā eas eſſe ſobrietate mētis: vult et eas eſſe ornatas nō in crinib⁹ tortis aut auro et c. Ut ſcilicet hoc crinib⁹ pertorquatur. Jtē. i. Pe. iij. Mulieres ſubdite ſūt viris ſuis: et ſubdit. Quare nō ſit exterius capillatura: aut circūdatio auri aut idumēti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt homo cordis in incorruptibilitate modeſti et quiete ſpiritus. Super quē locū talis Glo. habetur. Sicut cyprian⁹ ait. Serico et purpura idutte: xpm induere nō poſſūt auro et margaritis et i monilib⁹ adornate ornamēta cordis et pectoris perdiderunt. Qd de illis idubitanter, verum eſt q̄ ad capiendas animas ornant ſe. Et ſubditur in glo. Qd ſi. Petr⁹ mulieres quocȝ admonet coartādas: et ad eccleſiā diſciplīne religioſa obſeruatione moderādas q̄ excuſſari poſſunt cult⁹ ſuos ꝑ maritū etiā inquantū magis id obſeruare ꝓginē fas ē cui nulla ornat⁹ ſui ꝓpetat venia. Jtē. i. ad Thi. vi. Habētes alimēta et q̄b⁹ tegamur his cōtenti ſim⁹. Cōtenti debemus eſſe tegimēto: nō q̄rere ornamentū. Apo. xviij. Ue vc ciuitas illa magna q̄ amicta erat purpura et byſſo et croco. et deaurata eſt auro et lapide ꝑcioſo et margaritis: quaȝ vna hora deſtitute ſūt tāte diuitie. Jtē Aug. Tibi veſtis circūdet nō ad pulchritudinem, ſed ad neceſſariū tegimē: ne dū exqſitis veſtiaris aliā turpitudinē aſſumas. Jō veſtis dicit purpura et c. Quia ſordes pōt hō in veſtibus vitare. Uñ lr de Aug. Ueſtimēta eius et calciamēta nec vilia nimiū: nec abiecta plurimū. Jero. Ornat⁹ et ſordes pari mō ſugiēda ſunt: q2 alterum delicias: alteruȝ gloriā redolet. Sen. Nō ſplēdeat toga nec ſordeat qdem. Jero. Nec affectate ſordes nec

exgſite deſitie laudē pariūt. Si tamen ve
ſtem ſordidā pro xp̄i amore qſicꝫ oꝫ ferre
non eſt curandū cū ꝑpheta viderit ieſum
magnum ſacerdotē ſordibus veſtib⁹ idu
tum: ꝛ cū dn̄s immundiciā corporalē nō re
putet imundaꝫ. Unde Mat. xv. Nō quod
intrat in os coinquinat hoīem. Et iterum.
Non lotis manibus mādūcare nō coinq-
nat hoīem. Et in veritate imundicia cor-
poralis vera imūdicia eē nō videt cū ſpu-
tum quod mundū iudicatur dū eſt in ore
ꝗ cito eſt extra iudicatur imunduꝫ. Item
Sene. Argumentū bone voluntatis ē gra
bat⁹: ꝛ pānus vbi apparuerit aliquē non
eſt ex neceſſitate hoc pati ſed velle. Idem.
Nemo naſcitur diues qſqs in lucem extra
miſſus cum lacte ꝛ panno eſt contentus.

¶ De his quibus vti poſſunt contra ſup
biam ornatus. cap. xxiiij.

A S Ecundo poſſumus vti cōtra ſup-
biam ornatus exēplis. Multa. n.
ſunt que exēplo ſuo diſſuadēt no
bis ſuperbū ornatū: ꝛ ſuadēt humileꝫ ha-
bitū. ¶ Primo ſuadet hoc nobis ip̄e de⁹:
ꝛ hoc dupl'iciter. ¶ Primo in plaſmatiōe
hoīs. Voluit eniꝫ dn̄s precioſum ſpm̄ ſub
vili ſacco carnis abſcōderet: nec eſt veriſile
qd̄ voluerit corpus qd̄ vile ē precioſuꝫ te-
gumentū habere q precioſo ſpūi vile tegu
mentuꝫ voluit dare. ¶ Scd̄o in hoc ꝙ pa
rentibus noſtris poſt peccatū tunicas pel-
liceas fecit: vt legit. Gene. iij. ¶ Ad idē et
inuitamur diuerſis exēplis hoīum de qui-
b⁹ licet ſint multa pauca ponere ſufficiat.
Aug. De ſeipſo fateor de precioſa veſte eru
beſco. Heſter. xiiij. Dn̄e tu ſcis infirmitatē
ꝛ neceſſitatē meā: qd̄ abominer ſignū ſu
perbie ꝛ glorie quod eſt ſup caput meum
in diebus oſtētationis mee: ꝛ deteſter illd̄
quaſi pannū mēſtruate: ꝛ nō portē euꝫ in
dieb⁹ ſilentij mei. Merito abominabatur
heſter ſignū ſuperbie. Signū eniꝫ ſupbie
ſignū eſt ſubiectionis diabolice. Diabol⁹
eniꝫ eſt rex ſuper oēs filios ſupbie. vt legit
in Iob. xli. Et ſicut dicit Grego. Euiden-
tiſſimū ſignū reproboꝝ eſt ſupbia. humi
litas electoꝝ. Sicut ergo aliq̄ nobilis pſo-
na multo indignaretur ſi aliqua vilis per
ſona ſignū ſeruitutis poneret in capite ei⁹
ꝛ ſic duceret eam per ciuitateꝫ: ſic regina
heſter: que cor nobile habebat abomina-
batur ſignū ſuperbie qd̄ i capite ſuo erat.

¶ Notabiliter aūt dicitur quod eſt ſup ca
put meū in di. oſt. m. Ornatū eniꝫ ſuū non
deferebat: niſi qn̄ marito ſuo regi ſe oſten
debat. In quo mulieres tp̄is noſtri multū
ſunt ei diſſimiles: que cū ſunt cuꝫ maritis
ſuis nō curant de ornatu: quando vero in
publicū volūt ꝓcedere ornate volunt eē: et
tamen dicūt quod ornāt ſe ꝓpter maritos
ſuos. Deteſtabat etiā heſter ornatū ſui ca
pitis quaſi pannū menſtruate. Et merito.
Melius. n. eēt ferre vitā ſanguine alicui⁹
animalis cruentā q̄ ad vanā gloriā ꝛ ſup-
biam croceatā excepto ſcādalo. Vita eniꝫ
ad vanā gloriā croceata ſanguine peccati
quodāmodo intincta eſt q ſanguine quo-
cūcꝫ deterior eſt. Item Iob. xv. Saccū cō
ſui ſuper cutē meā. Talis. n. debet eſſe ve-
ſtis ad minus penitētiū. Unde in Ioh. iij.
Veſtiti ſunt niniuite ſaccis a maiore vſcꝫ
ad minorē: ꝛ peruenit verbum vſcꝫ ad re
gem niniue: ꝛ ſurrexit de ſolio ſuo: ꝛ abie-
cit veſtitū ſuū a ſe: ꝛ indutus ſacco. ¶ Itē
Mat. iij. Ip̄e Io. habebat de pilis camelo
loꝝ. Antiq eniꝫ tegebanť vel ſacco vel cili
cio. Egyptiaca etiā egrotauit: que nuda i
nemore latuit. Si obiciebatur de pellibus
tabernaculi rubicati ꝛ iacintinis. Ad hoc
rn̄dit Iero. Sic olim iſta ꝓbanť quando
ſanguis pecudū remiſſio fuit pctōꝝ. Nūc
aūt pauper deus paupratē ꝛ ſimplicitateꝫ
ſuam in eccleſia cōſecrauit. Et ſubdit. Si
hoc iudaiꝫando reuocas in templum re-
uoca cruorē imolantiū. ¶ Ad idem etiaꝫ
monemur exemplo mercatoꝝ: q quando
troſellū eſt de panno precioſo ipſi faciunt
coopertura de burello. Quis fatuuꝫ nō
iudicet illū q vili torſello p̄cioſam facit co
operturā. Ad idē monemur exēplo ipſius
ſapientie q̄ in pſonis cōtemptibilibus fre-
quenter abſcondit ſeipſam. Unde ſapien.
Sepe eſt ſub palliolo ſordido ſapiētia: va
de ꝛ tu fac ſimiliter: vt ſub humili habitu
te abſcōdas. Ad idem etiā monet nos ip̄a
natura que ſub terre vilitate auruꝫ ꝛ alia
precioſa abſcondit ꝛ ſub vilitate corticis
dulcedinem nuclei.

¶ Multe ſtulticie ſe ornantium. cap. xxv.

T Ertio poteſt valere contra ſuper-
biam ornatus ſi oſtendant multi
plices ſtulticie ornantiū ſe de qui-
bus pauca ponamus. Notanduꝫ ergo qd̄
p̄ma ſtulticia ornantiuꝫ ſe eſt qd̄ ipſi exte-

rioꝛa ſua que vilia ſunt interioꝛibus ſuis q̄ precioſa ſunt preponunt. vnde quaſi paraturam pomi ipſi pomo preeligunt quādo datur vnum pomū duobus: ⁊ cum paratuʒ fuerit ab altero ille ſolet qui parauit talem partitionē facere ſocio ſuo paratura ſit tua ⁊ pomū ſit meum: hanc poꝛtioneʒ nullus acceptat ſed partioneʒ a dyabolo factam illi ſimilem multi acceptant. Omē enim exterioꝛē partem que parature pomi aſſimilatur que quodāmodo depicta ēt hʒ enim candoꝛē ⁊ ruboꝛē: ⁊ multi p̄ponunt anime ſue: ⁊ ſic quaſi vilē coopertur ā precioſo toꝛſello prepoſuit. diabolus tamē nō curat niſi de toꝛſellis. ſ. de animab⁹: vnde Gene. xiiij. Dicit rex ſodomoꝛuʒ q figuraʒ tenet diaboli ad Abꝛaam. Da mihi aīas: cetera tolle tibi. Iſtam ſtulticiā ſuperbi inſinuat nobis Glo. ſuper illud Jo. vi. Euʒ q venit ad me nō eiiciam foꝛas dicens. Superbi eſt foꝛas eiici qui nihil habet in bono iterioꝛi nec hic nec in futuro. ¶ Scdā ſtulticia ē oꝛnantiū ſe qd ipſi oꝛdinationeʒ dei peruertunt in ſeipſis. Nolunt enim qd ancilla habeat ea q̄ dn̄e ſunt: ⁊ dn̄a ea q̄ ancille ſunt: carnē enim q̄ ancilla ē oꝛnāt ⁊ delitijs paſcūt: ⁊ opoꝛtet vt fiat qd ab ea imperatur: licet moꝛs anime inde debeat ſequi. Econtrario anima q̄ dn̄a eſt fame ⁊ fame ⁊ ſiti affligitur: ⁊ male induta eſt: ⁊ ad preceptū carnis operatur qd ē magna peruerſitas. vn̄ Ber. Magna abuſio: ⁊ nimis magna ancillā dominari: ⁊ dominaʒ ancillari. ſi quis aſſereret ſe fuiſſe in terra aliqua in qua dn̄e oīno ſe hn̄t: vt ācille debent ſe habere vix crederetur ſibi. Sed in veritate terra illa patria iſta ſi in ea ſit fere per totū annū feſtuʒ ancillari ⁊ ꝙ alicubi ſolet fieri in feſto beati Uincentij. Tūc enim ancille accipiunt veſtes dominaruʒ ſuaꝝ. Iſta peruerſitas eſt ſimilis pͥuerſitati quā ponit Salomon Eccle. x. dicēs. Uidi ſeruos in equis: ⁊ pͥncipes quaſi ſeruos ambulātes ſuper terraʒ. Et eſt peruerſitas iſta valde nociua eccleſie dei. Unde Prouer. xxx. Per terra mouetur terra: ⁊ q̄tuʒ quod nō poſſunt ſuſtinere per ſeruū cum regere ceperit. ¶ Tertia ſtulticia oꝛnātiuʒ ſe eſt quod ipſi valde care emūt qd nihil valere ſciunt. ſ. gloꝛiā humanā que nō valet eis nec quo ad animas cuʒ animabus ſunt valde nociua nec quo ad coꝛpoꝛa. vn̄ Jo. viij. Si ego gloꝛifico meipſum gloꝛia mea nihil eſt: nihil inq̄ i valoꝛe. ¶ Quarta ſtulticia oꝛnātiuʒ eſt qd ipſi plus expendunt vt paſcant oculos alioꝝ q̄ vt paſcant ventrē pꝛopꝛiū. Unde Sene. Non ſunt homines ad pompā dentibus ⁊ oꝛe ⁊ ventre contenti: ſed oculis quoꝛuʒ guloſi ſunt. Si aliquis per ciuitatē aliquam eat plures artifices inueniet qui operant ⁊ paſcāt oculos alioꝝ q̄ qui operentur vt paſcant ventrem. Unde dixit quidā mundus eſt animal mirabile quod maioꝛes habet oculos quaʒ ventrē. Potius volunt homines bona ſua perdere: ⁊ diuitibus hoīb⁹ quaſi p oculos ponere quaʒ os dei famelicum in pauperibus paſcere. Ber. Inueniunt curioſi quo delectentur: ⁊ non inueniunt miſeri quo ſuſtententur cum periculo anime ſue acq̄ſiuerunt: vnde oculos hoīuʒ paſcāt. Mira fatuitas eſt cum videns in pulchꝛitudine rei in ſe habeat delectari naturaliter potius quā res viſa eo quod videt melius videtur pertinere ad inſipientes pulchꝛitudo earum que inſpiciuntur. Debet ergo homo pulchꝛitudinem exterioꝛeʒ negligere: pꝛocuret autem eam ſi voluerit q habet eam inſpicere. ¶ Quinta ſtulticia oꝛnantiū ſe. eſt quod ipſi ſimiles ſunt illi qui ex precioſitate ſelle ⁊ freni equuʒ eſtimat. Unde Sene. Queadmodū ſtultus ē qui equū empturus non reſpicit ipm: ſed ſtramentuʒ ⁊ frenos: ſic ſtultiſſimus eſt q hoīem aut veſte aut ex conditione que veſtis modo nobis circundata eſt eſtimat. Idem cum voles veram eſtimationē inire: ⁊ ſcire qualis ſit nundū inſpice: ⁊ ſicut ait quidam ex auro frenum non melioꝛat equum. ¶ Sexta ſtulticia eſt quod ipſi volūt omnia ſua habere pulchꝛa ⁊ ſe turpes Unde Aug. Ecce oīa pulchꝛa ſunt cū iniquis: ⁊ ipſi ſunt turpes. Ita accidit peccatoꝛibus qui ſe oꝛnant exterius ſicut accidit cuidam regi q cōuocatis omnib⁹ magnatibus terre ſue fecit cōuiuium magnuʒ: et non erat aliquis angulus in domo q non eſſet coopertus purpura ⁊ alijs precioſis. Et affuit qdam phs qui cum vellet expuere expuit in faciē regis: ⁊ cū miniſtri pꝛopter hoc vellēt eū ſuſpēdere nō pmiſit eos rex: ſed q̄ſiuit a pho q̄re feciſſet. Qui ait. Uidi alia loca pulchꝛa auro ⁊ arg. gemmis ⁊ purpura: ⁊ iō in barbā regis ſcraſ-

fatā ex pinguedine ciboꝝ me mundauit. Non enim vidi locum minus mundum. Quod audiens rex ꝯpunctus eſt. Sic diabolus qui vidit hoīem qui deberet eē dominus aliarum creaturarum minus pulchrum quā alias creaturas in faciem eius expuit vel eum cōtemnendo: vel animam eius maculādo: quod figuratū eſt in expulſione facta in faciem domini. ⁊ in expuatione quā faciebāt in faciē eius: ꝙ volebat ſuſcitare ſemen fratri ſuo defuncto: vt legitur in Deut. Frater hoīs ſine ſemine defūctus eſt diabolus: qui ſine ſpe damnatus ē cui ab homine dꝫ ſuſcitari ſemen. qꝛ ex hominibus angelica ruina reparanda eſt.

Multū poſſet erubeſcere homo cum ſe videt maluꝫ inter res ſuas bonas: ⁊ turpem inter res ſuas pulchras. Sicut domine ſolent erubeſcere cum hñt ancillas ſuas pulchras: ⁊ ipſe ſunt turpes. Aug. Nonne vides erubeſcere te debere de bōis tuis ſi domus tua plena eſt bonis ⁊ te vides malū.

¶ Septima ſtulticia or. ſe eſt quod cū ipſi ſint morte condemnati: ⁊ iam ad morteꝫ ducantur: potius tamē cogitant de ornatu quā aīam ſuam quō liberent. ſicut Sene. dicit. Oēs capitali ſupplicio condēnati ſumus: ⁊ inceſſanter ad mortē tendimus. vnde Aug. Nihil aliud eſt tēpus preſentis vite quā curſus ad mortem in quo nemo: vel paululū ſtare vel tardius ire pmittitur ſed vrgentur oēs pari motu. vnde cuꝫ ornatus ſuperborū ornatus ſit hoīum morti adiudicatorū potius eſt illuſio quā honor ſicut purpuratio domini poſtꝙ iaꝫ fuit adiudicatus. vnde Ber. Omnis purpura illuſioni eſt poſtꝙ domino ieſu in purpura illuſuꝫ eſt. ¶ Octaua ſtulticia or. ſe eſt qꝺ ipſi inde gloriātur: vnde erubeſcere debuerunt. ¶ Triplici ratione poteſt oſtēdi qꝺ homo de veſte dꝫ erubeſcere: ¶ Primo ꝑ hoc quod veſtis ſignū eſt peccati parētuꝫ noſtroꝝ. Unde. B. Qui gloriatur de veſte ſimilis eſt furi qui gloriatur de cauterio: qꝛ ꝓpter pcm̄ Ade introductus eſt vſus veſtium. Quis latronē nō irrideat ſi videat gloriari de ſigno ſibi facto pro latrocinio ſuo quod in facie portat. ¶ Secūdo oſtenditur idē ꝑ hoc quod veſtis remediū ē turpitudinis ⁊ erubeſcentie quā ꝑ peccatum cōtraximus. Ante peccatū ſufficiebat homini ꝓpria pulchritudo nec habebat aliquā cām erubeſcendi. vnde nō erat neceſſe, vt ſub veſte ſe abſconderet: ſicut ſol vemento veſte nō indiget. ſimiliter roſa ornatu aliquo nō indiget. Sufficit enim ei pulchritudo coloris ſui ad veſtimentuꝫ ⁊ ſic de ceteris floribus. vñ Mat. vi. Conſiderate lilia agri quō creſcūt ñ laborāt neqꝫ nent. dico aūt vobis qm̄ nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Sed per peccatū homo incurritur turpitudinem ⁊ erubeſcentiā. ideo neceſſariū eſt ei veſtimentū quod eſt remediū turpitudinis ⁊ erubeſcētie. Sicut ergo ad gloriam loripedis non cedit quod pedem ligneum hꝫ cum ſit remedium infirmitatis nec ad gloriā ſcabioſi quod ſcabiem velat ſic in veritate non cedit ad gloriam hominis ornatus ⁊ ſi alicui videtur. Aug. Qui ſuperbit ex ſuperabundantia temporalium eſt tanꝙ egrotus qui ſuperbit ex ſuperabundantia medicamentorum vel implaſtrorum. Quis non irrideat aliquem ſi videat cum depingere domum que minat ruinam. Domus talis eſt corpus hominis Uix enim ſtaret per quinqꝫ dies niſi cibis ⁊ potibus fulciretur. vnde. Irridendi ſūt qui varijs ornatibus illud depingunt. A ſimili poſſumus dicere. Ille qui ſuperbit ex pulchritudine. quod remedium veſtimentorum eſt tanꝙ egrotus qui ſuperbit ex pulchritudine implaſtrorum. Et ſicut ridiculum eſſet: ſi aliquis loripes pedem ligneum depingeret vel deauraret: ſic ridiculum eſt cum homines ſe ornant. ¶ Tertio pōt idē oſtendi ꝑ hoc quod illi ꝙ ornāt ſe mendicāt pulchritudinē ſuā a creaturis vilioribus quaꝫ ipſi ſunt. vnde ſicut aliqs nobilis homo erubeſceret ſi oporteret ipꝫ aliquid mendicare a perſonis ignobilibꝰ: ⁊ potius vult ingentiam magnam ſuſtinere quam ab eis mendicare: ſic erubeſcere debet homo quando a muribus: ⁊ vermibus oportet eum ſuam pulchritudinē mēdicare: vñ frat Guido. cartuſieñ. Quō nō gloriabit de pulchritudie ꝙ gliat turpitudine? Ueſtes te ornant pulchritudo eſſet ſi eas ornares. ¶ Nona ſtulticia or. ſe eſt qꝺ ipſi credūt ſe bñ idutos: ⁊ ornatos cū equꝰ eoꝝ. ſ. corpus ſit bñ ornatꝰ: cū tñ oīo nudi ſint. vñ i Apoc. ij. Beatꝰ ꝙ cuſtodit veſtimēta ſua ne nudus ambulet ⁊ videant hoīes turpitudines eius. Et. xxiij. Eze. Denuda-

bunt te veſtimentis. Et ibidem. Dimittent
te nudā ⁊ ignominia plenam. Tales ſunt
ſimiles clerico cuidam qui in feſto ſtulto-
rum induit ſcarleta equum ſuum ⁊ ipſe in
dutus erat nata. ¶ Decima ſtulticia eſt qđ
ipſi turpitudinē ſuā diſcooperiūt quā eam
operire debuerunt. Illi enim qui vident
ſuperbū ornatum eorum malā opiniones
habent de eis. vnde ſuper illud. i. ad Thi.
ij. Nō i tortibus crinib⁹ aut auro aut mar
garitas vel veſte precioſa dicit. Glo. Sup
bus habitus non recta de ſe facit credi. ⁊
Eccle. xx. Amictus corporis ⁊ riſus dentiū
⁊ ingreſſus hominis enūtiant de illo. Si-
cut ſi nux relinquat corticem exteriorē añ
tempus ſignum eſt interioris corruptiōis
ſic ſi chriſtianus non habet exterius habi
tū quem chriſtiana religio requirit ſignū
eſt ꝙ vermis alicuius peccati intus lateat
⁊ magis erubeſcēda eſt culpa quam nudi
tas a culpa hēat qđ ſit erubeſcere: vñ ma
gis erubeſcere debēt illi quorū peccata ap
parent hominibus quā ſi ipſi hominibus
nudi apparerēt. Illi qui ornant ſe dū vo
lunt vitare turpitudinē corporis aſſumunt
turpitudinē mētis ⁊ dum ſe ornare volūt
inquinant ſe ad minus vitio ſuperbie qđ
inquinat omnia bona que ſunt in homie
iuxta verbū prius poſitū: ſi tibi gratia ſi ſa
piētia formaq; detur. Inquinat omnia ſo
la ſupbia ſi comitetur. ¶ Undecima ſtulti
tia or. ſe. eſt qđ mulieres volūt videri fatue
lʒ nolint eſſe: ⁊ potius volūt aſſimilari ſta
tuis quā matronis. Si equus venalis nō
eſt quare ſigna venalitatis gerit in fronte:
Circulus quare eſt ante domū ſi nō eſt ibi
vinū venale? Quare oīs que eſt dei vult
habere ſignum in fronte ouium diaboli?
Nunqd merito dicet eis paſtor eccleſie. Nō
noui te: capietur a lupo infernali. Si ergo
crucis deberent eſſe ſignati omnes fideles.
Omnes enim deberent crucem penitētie
oſtendere in ſeipſis vnde ad. Gal. v. Sti-
gmata domini ieſu: in corpore mō porto:
pcipue tamen in capite. debent appere ſi
gna penitētie ⁊ humilitatis ideo illis qui
baptizantur vel confirmātur imprimitur
ſignum crucis in fronte: ⁊ in capite ieiunij
aſperguntur cinere capita fidelium. de ſi-
gnificatione iſta legitur in. Apoc. vij. No-
lite nocere terre ⁊ mari neq; arborib⁹ quo
ad vſq; ſignemus ſeruos dei noſtri in frō
tibus eorū: ⁊ Eze. ix. Tranſi per mediam
ciuitatē in medio ieruſalē ⁊ ſigna thau ſu
per frontes virorū gementiū thau figura
fuit crucis. Crux enim tria brachia tantū
habuit admodū. t. ſed poſt addita eſt tabu
la quedā a parte ſuperiori ad ſcribēdū titu
lū. Crucem ergo que per thau intelligitur
vult dñs ſignari in frontibus fideliū. Sed
mulieres abiecto domini appoſuerunt ſi-
gnū diaboli in frontibus ſuis: vñ In ps.
Poſuerūt ſigna ſua. ⁊ Apoc. xvij. Mulier
circūdata erat purpura ⁊ coccino ⁊ inau
rata auro ⁊ lapide ꝓtioſo. Et ſubditur. Et
in fronte eius nomē ſcriptū miniſterium:
vñ timēdū eſt eis illud qđ legitur. Eze. ix.
De non habentibus thau ꝑcutite ⁊ ñ par
cat oculus veſter non miſereamini. Et ſub
ditur. Omnē ſup quē videritis thau ne oc
cidatis ⁊ a ſanctuario meo incipite. ¶ Duo
decima ſtulticia or. ſ. eſt qđ ipſi habēt ca-
rā pulchritudinem corporis que adeo par
ua eſt vt pellibus muri ⁊ ſtercoribus ver
miū adiuuetur pulchritudinē vero anime
que ſimilis eſt diuie adeo vilipēdūt qđ ēt
nō reputant cū demones cū eis ſunt Item
aures ⁊ naſum precidūt: iuxta illud. Eze.
xxiij. Naſum tuum ⁊ aures tuas precidēt:
⁊c. Quod non fit ſine magna contumelia
dei cū homo potius velit aſſimilari muri
bus i pulchritudie quā deo. Pulchritudi-
nē eni ꝯ ſotulariū ſuoꝝ habēt hoīes caram
ſingulis dieb⁹ eos tergēdo. Ad pulchritudi
nē vero anime ſue que dei ymago eſt vix
ſemel in anno volūt cogitare immo ꝙ pl⁹
eſt facies peccatorum ſumunt que ſunt fa
cies demonū ſuperinduunt vix iuxta ps.
Et facies peccatorum ſumitis. Non atten-
dentes illud. Eccle. iiij. Non accipies faciē
aduerſus faciem tuam: nec offenditur pa-
rum deus ex hoc cōtemptu ymaginis ſue.
vnde ſuper illud. ps. In ciuitate tua. Ima-
go: ipſoꝝ ad nihilū redi. dicit. Glo. Merito
imaginem ipſoꝝ ad nihilū rediget deus i
celeſti ciuitate: q2 ipſi i ſua terreſtri ciuitate
imaginem ipſius ad nihilum redegerunt.

¶ De his que debent homines cohibere ab amore ſuperbi ornatus. xxvi

Preterea ſunt multa alia que dēt
hoīes cohibere ab amore ſuperbi
ornatus. ¶ Primū eſt dei ordina-
tio que vult vt in pñti tpe intēdat refor-
mationi aiarū: ⁊ ad hoc ſpecialiter fuit pu

mus aduentus filij dei in mundū: in futu
ro vero vult vt fiat reformatio corporum:
⁊ ad hoc erit ſecūdus aduentus. Tūc eniꝫ
reſurgent corpora ſanctorū ⁊ gloriam ſuā
habebūt: que hic ſine gloria fuerunt: vnde
Ber. Noli hic corporis precipere: tempora
potes enim impedire anime ſalutem ſuā:
opari nō potes. Omnia tēpus habent pa
tere vt nunc aīa pro ſe laboret magis aūt
⁊ collabora ei qm̄ ſi compateris ⁊ cum re
gnabis. ¶ Scd̄ꝫ eſt qđ ornatus iſte tūc de
ficiet qn̄ magis eſſet neceſſarius: qn̄. ſ. aīa
venire debebit ad illaꝫ curiā magnam in
qua cōgregata erūt: ⁊ que ſub terra: ⁊ que
in terra: ⁊ que in celis ſunt: vnde Iſa. iij.
Decaluabit dn̄s verticē filiarꝫ ſyon: ⁊ dn̄s
crineꝫ earū nudabit. Et ibideꝫ. In illa die
auferet dn̄s ornatū calciamentorꝫ anulos
⁊ torques ⁊ monilia ⁊ armillas ⁊ mitras:
⁊ diſcriminalia ⁊ perichelidas ⁊ mure-
nulas: ⁊ olfatoriola: ⁊ inaures: ⁊ gēmas in
fronte pendentes: ⁊ mutatoria palliola: ⁊
lintheamia: ⁊ acus: ⁊ ſpecula: ⁊ ſyndones:
⁊ vittas: ⁊ terriſtra. Armillas vocat Glo.
Ornamēta brachiorū: perichelidas vocat
ornamēta talorꝫ ſimilia armillis: murenu
le ſunt cathene circa collū: olfatoriola vo
cat ea in qbus continebāt muſcum: ⁊ alia
aromata: terriſtra vocat veſtes eſtiuas val
de ſubtiles vſui puiis: ⁊ dicunt̄ arteria qđ
idē eſt qꝫ eſtas. Tūc mulieres que ſe qſi
ex alienis pulmis pulchras ſe faciunt ad
modū cornicule amiſſis illis plumis tur
piſſime comparebūt. Nec ſolū deficiet glo
rie ornatus tūc: ſed etiā mutabitur in igno
minia Et que plus habuit de gloria tunc
plus habebit de ignominia: vn̄ Oſe. iiij.
Gloriaꝫ eorū in ignominiā cōmutabo. Et
Iſa. iij. Erit pro ſuaui odore fetor: ⁊ pro zo
na funiculus pro criſpāti crine caluitiū p
faſcia pectorali cilicium. ¶ Tertiū eſt hoc qꝫ
corpora que hic fuerūt ſupbe ornata: tūc a
xp̄o nō ornabūtur: vnde Ber. Sic eant ſic
gaudeāt qui corpa ſua pellibus morinꝫ ⁊
ſtercoribus vermiū informāt quā cū dn̄s
ad iudiciū venerit nō reformabit: niſi qđ
hūilitatis: ⁊ abiectionis inueniet. vnde
Apoſto. ad Ph. iij. Saluatorē expectam⁹
q reformabit corpus hūilitatis noſtre ⁊c.
Super quod verbū dicit. Ber. Regeſce in
hac ſpe miſera caro qui ꝑpter aīam venit
ꝑpter te quoqꝫ vēturus eſt: q reformabit
illā tui quoqꝫ nō obliuiſcet. ¶ Quartū eſt
magnus ꝯtēptus glorie eterne q eſt in eis
qui ſe ornāt. Multi eni ꝯtēnūt eternā glo
riā, qui ei preponūt gloriā: ⁊ laudē hoīum
Carius eni habent vt pulchri dicant̄ q̄ vt
cōſequātur regnū eternū: nec etiā laudem
habēt quā intendūt. In archa eni nō ſera
ta theſaurū ſuū faciūt. Et ideo de facili il
lū amittunt: vn̄ Ber. Inſipiens tu qđ mer
ces cōgregas in ſaccū pertuſum q theſau-
rū tuū in alieno ore cōſtituis: ignoras qđ
archa iſta nō clauditur nec ſeras hꝫ. ¶ Quī
tū eſt ingratitudo magna que eſt in eis q
ſuperbe ſe ornant. Ualde eni ingrati ſunt
deo q eū inhonorāt in hoc in quo ipe eos
pre ceteris creaturis honorare voluit. In
hoc dn̄s hominē ſpāliter honorauit: qđ eū
ad imaginē ⁊ ſimilitudineꝫ ſuam creauit.
Unde multū ingratus eſt ei qui in imagi
ne ſua, cōtumeliā facit ei: quis vero non ti
meat irreuerētiam aliquā facere imagini
btē, virginis vel imagini xp̄i hominis. ſ.
crucifixo: Quō ergo nō timēt hoīes irreue
rēter ſeruare imaginē trinitatis btē. Illi q
ſe ornāt exterius ſimiles ſunt ſepulchris de
albatis: que exterius apparēt hoib⁹ ſpecio
ſa intus vero plena ſunt oſſibus mortuo-
rum. Corpus enim peccatoris anime mor
tue eſt ſepulchrū ſicut dicit. Aug. vnde do
minus xxiij. Mat. Ue vobis ſcribe ⁊ pha
riſei ypocrite qui ſimiles eſtis ſepulchris
dealbatis que a foris apparēt hoibus ſpe-
cioſa intus vero plena ſunt oſſib⁹ mortuo
rūꝫ ⁊ omni ſpurcicia. Ad qđ poteſt induci
qđdam exēplū balaaꝫ: rex magnus ⁊ glo-
rioſus pgens in itinere obuiā habuit duos
viros habētes veſtes attritas: ⁊ ſordidas:
⁊ attenuatas faces ⁊ pſallebant deo. Rex
aūt de curru proſiliēs amplexatus eſt eos
Qđ videntes magnates eius indigne tu-
lerūt: ⁊ cū p ſe nō auderēt corripere eū ro-
gauerūt fratrē eius: vt q̄reret ab eo: quare
vilibus pſonis tantā reuerētiā exhibuiſſet
Et rex nolens oſtendere magnatibus erro
rē eorū ꝑcepit fieri quattuor archas: duas
deauratas in quibus poſuit oſſa mortuo-
rū obfirmās eas aureis ſeris. Alias duas
de pice ⁊ bitumie in qbus poſuit ꝑcioſas
margaritas ⁊ vnguēta precioſa optime li
gās eas funiculis alicinis: ⁊ poſuit oēs an
te magnates vt eſtimarēt qđ ſingule vale-
rent. At illi deauratas maximi ꝑcij iudica-

rūt. Quibus rex ait. Erratis. Oīa op̄ortet inſpici interius nō oculis exterioribus ſiue honorē ſiue ꝯtumeliā: aptis ergo deauratis archis ait rex. Iſte ē tipus eorū qui exterius ſunt glorioſi intꝰ repleti mortuis: ⁊ fetētibus operibus: deinde aptis alijs duabus archis ait. Iſte eſt tipus eoꝝ q̄ exterius. ſunt ſordidis veſtibus induti vel ꝯtriti interius ꝑcioſi bñ redolentes deo quales erāt illi o e quoꝝ veneratione me feciſtis reprehendi: ⁊ ſic cōfudit eos. Itē omātes ſe ſimiles ſunt aceruo fimi ſtne cooperto.

℄ Superbus habitus poteſt eſſe culpabilis multis de cauſis. xxvij

Otandū ergo qꝺ ſupbus habitus
n pōt eē culpabilis ex multis cauſis

A ℄ Prima cauſa ē ꝑcioſitas: vñ ſuper illud. Lu. xvij. Ubi dicit̄ de diuite qui īduebat̄ purpura ⁊ biſſo. dicit Glo. Si cultus ꝑcioſarū veſtiū in culpa nō eēt ſermo dei nō tam vigilāter exprimeret qꝺ diues purpura ⁊ biſſo indutus apud inferos torqueret̄. Itē Greg. Nemo ꝑcioſa veſtimēta niſi ad inanē gloriā q̄rit. ſ. vt honorabilior ceteris videat̄. Nemo eni ꝑcioſis veſtibus ibi vult indui vbi a nemine poteſt videri. ℄ Secūda cā ē mollicies veſtiū vñ. Mat. xi. Qui mollibus induūtur i domibꝰ regū ſunt. Et ſup illud. Mat. iij. Ipe Johānes habeat veſtimenta de pilis cameloꝝ dicit. Glo. Seruꝰ dei nō dꝫ habere veſtimentū ad decorē vel ad delectionē: ſꝫ ad tegēduꝫ nuditatē. Gre. Nemo eſtimet in luſu atq̄ ſtudio precioſarū veſtiū peccatū deeſſe: q2 ſi hec culpa nō eēt nullo mō dñs Johānē de veſtimēti ſui aſpitate laudaſſet. ℄ Tertia cā eſt extraneitas qua. ſ. aliqs vult hēre veſtes extraneas veſtibꝰ alioꝝ diſſimiles: vñ Sopho. i. Uiſitabo ſup p̄ncipes ⁊ ſup filios regis ⁊ ſup oēs qui induti ſunt veſte peregrina. ℄ Quarta cā eſt ſuperfluitas. Pōt aūt iſta ſupfluitas eē duplex: vel quātū ad magnitudinē vel quātū ad multitudinē. ℄ Primo eſt ſupfluitas in illis q volūt habere veſtes longas vt maiores videātur. Qꝺ vitiū habūdat multū in q̄buſdam p̄latis qui pilos oblongos in capitibus deferunt calipodia in pedibꝰ: ⁊ veſtes lōgas ꝑ terrā trahūt ſicut volētes adijcere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū: vñ Lu. xx. Attēdite a ſcribis q volūt ābulare in ſtolis. Stola veſtis longa eſt: illi q magnitudine vel altitudine corporis dignitatē ſuā volūt honorare nō vidēt attēdere qꝺ legitur de ſaul q rex malus fuit qꝺ altior fuit vniuerſo populo ab hūero ⁊ ſurſuꝫ. i. Reg. x. ⁊ illꝺ qꝺ dicit Dauid in. ꝑs. de dño: Nec in tibijs viri bñplacitū erit ei. ⁊ Prouer. xvi. Spūum ponderator eſt dñs: ſtulti corpa ponderāt ⁊ iudicāt hoiem ex ea parte ex qua nō eſt hō. Deus vero ſpūm pōderat: vñ i. Reg. xvi. Dixit dñs ad ſamuel cū p̄cepiſſet ei de vnctione Dauid in regē. Ne reſpicias vultuꝫ eiꝰ: ⁊ altitudinē ſtature eius qm̄ abieci eū nec iuxta intuitū hoīs iudicio: homo eniꝫ videt ea q̄ parent: dñs aūt intuetur corꝺ. p̄cioſiores ſpēs aromatice in ſaccis minoribus ſolent reponi vt garioſili ⁊ ſimilia. ℄ Eodē vitio laborāt dñe que longas caudas trahūt poſt ſe ꝑcioſis veſtibus terram induentes ⁊ de nuditate xp̄i in paupibus nō curātes caudis ſuis pulices colligūt: ⁊ puluerē hoībus mouēt. Chriſtū vero quē nudum in tot paupibus inſpiciūt non operiūt: timēdū eſt ne in caudis diabolꝰ geſcat vñ legitur de quodaꝫ ſancto quod ipſe vidit quendam diabolū ridenteꝫ: ⁊ queſiuit ab eo quare rideret. Qui dixit: vidi ſociuꝫ meū equitātē ſuper caudā cuiuſdā mulieris que dū retraheret caudā cecidit ſocius meus in lutū: ⁊ inde riſi. ℄ Secūdo mō ē ſuperfluitas ⁊ in illis qui volūt habere diuerſa paria veſtiū: ⁊ poſt volūt veſtimēta ſua atineis comedi q̄ inde xp̄ꝫ in pauperibus indui: vnde Jaco. v. Agite nunc diuites plorate vlulātes i miſerijs veſtris: que euenient vob̄ diuitie veſtre putrefacte ſunt: ⁊ veſtimēta veſtra a tineis cōmeſta ſunt. Et. B. Clamāt nudi clamāt famelici: ⁊ cōquerūtur vobis fame ⁊ frigore miſerabiliter laborātibus qd cōferūt tot mutatoria vel extēſa in ꝑticis vel plicata in māticis. ℄ Quinto pōt eē rep̄hēſibilis habitus ꝓpter materiā vt ſi materia ſit ſerica vel aurea vel argētea. Et notādū q̄ cōtra materiā veſtiū multū profecit vel potius defecit curioſitas humana. ℄ Primo enim fuit materia veſtiū pellis cū lana. vñ Gen. iij. Fecit quoq̄ deus adaꝫ ⁊ vxori eiꝰ tunicas pelliceas. Deinde ꝓceſſum eſt vſq̄ ad lanaꝫ purā: que lenior eſt q̄ pellis. ℄ Tertio ꝓceſſuꝫ eſt ad cortices arborū vel herbarū. ſ. ad lignum ⁊ huiuſmodi. ℄ Quarto ad ſtercora vermiū. ſ. ad ſericū. Deinde ad au

viſrigũ: ⁊ ad lapides precioſos. Inter ornatus qui ꝓpter materiaꝫ reprehenſibiles ſunt ſpecialiter videtur eſſe reprehẽſibiles corrigie ſerice deaurate vel de argentate: ⁊

B hoc multiplici ratione. ¶ Primo q2 ſupbia taliũ corrigiarũ eſt in loco humiliationis: vñ Mich. vi. Humiliatio tua i medio tui: vñ ſicut ſuperbia in paupere amplius diſplicet deo q̃ in diuite: q2 pauper hꝫ materiam humiliationis: ⁊ quoddã reprehenſiuũ ſuperbia ſic potius diſplicet deo ſupbia circa ventrẽ vbi tanta materia humilitatis eſt q̃ in alia parte hominis. ¶ Preterea ſicut ignis vehemẽs eſt q̃ ardet cum aqua que eſt ei ꝯtraria ſic valde magna ſuperbia eſt: que durat vbi tãta materia hũilitatis eſt. B. Nõ magnũ eſt humilẽ eſſe in abiectione magna prorſus: ⁊ rata virtus humilitas honorata. Sic econtrario põt dici qꝺ magnũ prorſus vitiuꝫ eſt ſuperbia cũ hũilitate tanta cuꝫ deo. Ideo. Hũilitas btẽ virginis oĩꝫ hũiliationẽ pure creature ſupauit: q2 materiã maiorẽ ſuperbiẽdi habuit cũ fuerit mater dei ſic ſupbia ventris ſupbiã aliorũ mẽbrorũ ſuperat cũ maiorẽ materiã humilitatis habeat. ¶ Preterea cũ ſaccus bono frumẽto plenus cõpetẽter ligatus ſit fune vnius oboli: nõ modica fatuitas eſt ad ligandũ saccũ imunditia plenũ querere corrigiã ſericã deauratam vel deargentatã. ¶ Item cũ ad liganda vaſa vinũ precioſum cõtinẽtia circuli gnei ſufficiant: patet ridiculũ eſſe circulos deauratos querere ad ligãdũ vas ventris quod abhominatione plenũ eſt. ¶ Preterea qs nõ irrideat ornatũ templi poni circa acervum fimi. vel aliquẽ locuꝫ in quo imunditia ꝯtineat: ſic faciunt mulieres: que corpora ſua ornãt precipue que ornant mediuꝫ corporis: vt in. p̃s. ꝗ ilie eoꝝ cõpoſite circũ ornate vt ſimili tẽpli. ¶ Ex hoc etiã poteſt oſtẽdi magna fatuitas mulierum p̃cioſis corrigijs vtentiũ: qꝺ corrigie ille care conſtãt eis: ⁊ nõ ꝓſunt neqꝫ aie: neqꝫ corpori: immo deus in eis oſtẽdit: primus ſcãdalizatᷣ. Ipſe ẽt mulieres ex põderoſitate grauant. Interdum magis ponderoſe ſunt: q̃ circuli ferrei qbus ſolent penitentes ſe ligare. Mane mulieres ſunt: que ſi iniungeretur eis pro penitẽtia: vt corrigias põderoſas ferrent nõ acqeſcerẽt iniungẽti. Mira inſania taliũ mulierum ꝙ tantis expenſis

diabolo ſe ligant: ⁊ qꝺ tam care emunt vñ diabolo ligent. Diabolus. n. bñſcit ligare aliquẽ ſuo cingulo ꝓprio ¶ Sexto põt eẽ rephenſibilis habitus vel ornatus ꝓpter colorẽ vt in veſtibus clericoꝝ reprehẽſibilis eſt color viridis: ⁊ rubeus ⁊ varius: cuius rei ratio põt eſſe qꝺ tales colores in lana ouiũ nõ inueniunt naturaliter. Si dñs voluiſſet lanam ouium taliũ coloꝝ eſſe ipſe potuiſſet depingere oues: ſicut ⁊ depinxit aues: ⁊ forſitã a principio nõ fuit facta tinctura: huius abſqꝫ curioſitate ⁊ culpa aliq̃ ¶ Notabile exẽplũ audiui aliquã virginẽ innocentẽ quã remordebat cõſcientia ſua de hoc quod habebat veſtẽ alterius coloris q̃ naturalis allegantẽ ꝯtra ſe: qꝺ ouis que nunquaꝫ peccauerat ꝯtenta fuiſſet naturali colore: ipſa vero que multũ peccauerat precioſiori colore vteretur: ⁊ i veritate cũ homo veſtem mendicet ab oue iuxta illud verbũ Aug. Quis mandatũ euangelii cũ implens de duabus tunicis dat vnã nõ habenti: ſufficere deberet homini mendicanti color ille qui ſufficit illi a quo mendicat. ſ. oui elemoſynam largienti. Supbus mendicus eſt cui non ſufficit illud ꝙ ſufficit illi a quo mendicat.

¶ De peplis ⁊ vittis cocreaceis mulieruꝫ.

I  Nter ornatus vero que preter colorẽ reprehenſibiles ſunt ſpẽliter videnᷣ eſſe reprehẽſibilia pepla ſeu vitte croceate mulierum: qꝺ multipliciter poteſt oſtẽdi. ¶ Primo ꝓpter hoc ꝙ multũ diſplicet alicui principi qñ videt vexillũ inimici ſui i terra ſua: ſꝫ amplius diſplicet ei quãdo videt illud in aliq̃ de villis ſuis. Plus enim diſplcet principi quãdo videt illud in aliquo de caſtris ſuis: ⁊ precipue ſi videat in aliqua ſuperiori parte caſtri ſui. Sic deo mltũ diſplicet quãdo videt ſignũ ſuperbie qꝺ eſt vexillũ diaboli in ſuperiori parte caſtri ſui. ſ. i capite mulieris: ⁊ videt vexillũ ſuũ remotuꝫ eſſe a loco illo in quo prius voluit eẽ humilitatẽ pnie: potius voluit dñs eſſe in capite vnde Eze. ix. Signa tau. ſuper frõtes viroꝝ gemẽtiũ: niſi gratia huius rei ſit ſignũ crucis: ⁊ illis qui baptizanᷣ ⁊ illis qui ꝯfirmanᷣ in frõte. Et ẽt in capite ieiunij capita cinere aſpergunᷣ. ¶ Secũdo põt idẽ oſtendi per hoc ꝙ peplũ qꝺ eſt ſuper caput mulieris ſignuꝫ eſt ſubiectionis: ideo defert velamẽ ſuper ca-

put ſuũ vt oſtendatur qḋ ſuꝑiorẽ hʒ.ſ.vir
ſuũ. In hoc etiã oſtẽdit. qḋ p̄uaricatio ab
ea incepit. ⁊ ideo potius mulieres velami
na deferunt q̃ viri: ⁊ p̄cipue poſtq̃ a viris
cognite ſunt. vnde ſuꝑ illḋ. i. ad Cori.xi.
Capilli mulieri pro velamine dati ſũt: dicit
glo. Ad hoc hʒ mulier velamẽ vt ſe ream
agnoſcat: ⁊ ſubditam. Et iterũ in eodẽ.c.
nõ eſt vir creatus ꝓpter mulierẽ ſʒ mulier
ꝓpter virũ. Ideo mulier velamẽ dʒ habe-
re ſuper caput ſuũ ꝓpter angelos vt dicit
Ambro. Ut ſcilicet oſtendatur ſubiecta vi
ro: ⁊ qꝛ ꝓpter eã p̄uaricatio cepit: vñ cum
peplũ in mulierib⁹ debeat eẽ humilitatis
multũ diſplicet deo quãdo ipſe inde ſuper
biũt. Si quis videat furẽ cui inſignũ furti
dʒ ſuſpẽdi burſa ad collũ inſtanter petere
vt burſa iſta ſit purpurea quis nõ irride-
deat eũ? Sic irriſione digne ſunt mulieres
que volũt habere pepla crocea. In obpro
brio enim ſuo querũt gloriã vbi eſſe nõ põt
ſicut nõ cedit ad gloriã furis burſa ſibi ſu-
ſpẽſa ad collũ: ⁊ ſi deaurata ſit. ¶ Tertio
põt idem oſtẽdi per hoc ꝙ mulieres que
croceũ colorẽ in peplis ſuis deferunt. Co-
lorem enim decentẽ amabilẽ deo ⁊ ange-
lis ⁊ hoĩbus huius mundi cordis vilpen-
dunt: colorẽ vero minus decentẽ cõtra do
ctrinã eccleſie deferunt.i.croceuʒ: color de
cens amabilis deo ⁊ angelis ẽ color alb⁹.
Quod color croceus min⁹ decẽs ſit quaʒ
candidus patet ex hoc ꝙ nulla eſt: que po
tius nõ velit faciẽ ſuã candidam eſſe q̃ cro
cei coloris. Quod aũt iſte color placeat vi
deri põt ex hoc ꝙ legitur. Cant.v. Dilect⁹
meus candidus: nõ dicit qḋ ſit croce⁹. Et
Sap̄.vij. legitur de ipſo. Candor enim eſt
lucis eterne. Ber. Loquẽs de ſapia increa
ta dicit. Candor eſt ſapia: ⁊ candidã opor
tet eſſe aiam in qua ſedere elegerit. Sic ẽt
placet deo cãdidus color in ornatu corpo-
ris potius quã croceus. Uñ lr̄ Mat.xvij.
Quod in transfiguratione dñi veſtimẽta
eius facta ſunt alba ſicut nix. Magiſterio
etiã ſpũs ſancti iſtitutũ eſt qḋ ſanctiſſimuʒ
corpus dñi inuoluatur pãno candido nõ
croceo vel alterius coloris. vnde bñ ſuffi-
cere dʒ immundo corpori ad inuoluendũ:
color ille qui dominico corpi ſufficit. Qḋ
etiã color iſte placeat ãgelis videri poteſt
ex hoc ꝙ legitur. Mat.vlt. Angelus appa
ruiſſe coopertus ſtola candida. Et Mathe.
Leguntur veſtimẽta angeli fuiſſe alba ſi-
cut nix. Et Io.xx. legitur. Quod vidit du-
os angelos in albis ſedentes. Quod autẽ
hoĩbus mũdi cordis placeat color iſte ſa-
tis manifeſtũ eſt. Si.n. aliqs occurrat dua
b⁹ mulierib⁹ quaꝝ vna habeat peplũ can
didũ ⁊ altera croceũ peplũ habeat: ſtatim
illã que candidũ defert honeſtiorẽ iudica-
bit: ⁊ ideo ſibi magis placebit: niſi iniqui
tas ꝓpria cordi⁹ ſubuertit. ¶ Quarto põt
idẽ oſtẽdi ꝑ hoc: qꝛ cũ ornat⁹ ꝑp vanitatẽ
ſit reprhẽſibilis: qḋ vari⁹ ⁊ mutabili⁹ erit
in ornatu magis reprhẽſibilis erit: vñ cum
croce⁹ color in peplis valde mutabilis ſit
valde reprheſibilis eſt. Si aliq̃ mulier tuni
caʒ ſuã ſingulis ſeptimanis tingeret: ⁊ ſin-
gulis ſeptimanis lauaret ſatis fatua repu-
taretur: ſic valde fatue ſunt: q̃ ſingulis ſep-
timanis pepla ſua: ⁊ tingunt ⁊ abluunt.
¶ Quinto põt oſtẽdi reprehẽſibilis habi
tus vel ornat⁹ ꝓpter p̄ſumptionẽ. qñ.ſ. ali
qua p̄ſumit facere illud ꝙ ſpãliter ad deũ
ptinet ſicut faciunt ille que alienos crines
imponunt capiti vel innaturalẽ colorẽ po
nunt in facie. Apponere enim crines capi-
ti vel dare colorẽ faciei ſpãliter ptinet ad
deũ. Que autem talia faciunt cum lucife-
ro volunt ſimiles eſſe altiſſimo. Ipſe ſunt
velut ſymie q̃ dum volũt ſe decorare ſpũa
liter ſe iugulãt. Ipſe etiã ſunt velut angeli
tenebroſi transfigurati i angelos lucis. Cõ
tra illas que inaturalẽ colorẽ ipõnũt in fa
cieb⁹ ſuis videt eſſe dictũ illud. Eccleſi.iiij.
Ne accipias faciẽ aduerſus faciẽ tuã. Fa-
cies quã mulier aſſumit cõtra faciẽ interio
Aut eniʒ dicit q ſe excuſat nõ feci aut feci q
dem ſed bene feci: aut ſi male non multuʒ
male: aut ſi multum male non mala intẽ
tione. Si aũt ⁊ de il a conuincatur aliena
ſe nititur excuſare ſuaſione. Sed qui apta
defendit quando occultas ⁊ malas cogita
tiones cordi ſuo aduenientes humiliter re
uelaret abbati. Nonus gradus eſt ſimu
lata confeſſio qui gradus quomodo ex p̃
cedenti oriatur. Ber. dicens oſtendit. Non
nulli cum de apertioribus arguũtur ſcien
tes quod ſi ſe defenderent non crederetur: k
ſubtilius inueniunt argumẽtum defenſio
nis verba reſpondentes doloſe confeſſio
nis: vultus dimittitur. Proſternitur corpꝰ
aliq̃s lachrymas ſi poſſunt ſibi extorquẽt.
Uocem ſuſpirijs verba gemitibus inter
rũpunt nec ſolum taliter obiecta nõ excu
ſat ſed ipſe quoqꝫ culpam exaggerat: vt dũ
impoſſibile aliquid aut incredibile culpe
ſue ore ſuo auditũ audis: etiam illud quod
ratum putas vix credere poſſis. Quomõ
aũt hec ſimulatio perpendatur. Ber. Oſtẽ
dit dicens vaſa figuli probat fornax ⁊ tri
bulatio vere penitentes diſcernit. Qui ve
raciter penitet laborem penitentie non ab
horret cuius ſimulata cõfeſſio: vna vel leui
contumelia aut exigua pena interrogatus
humilitateʒ ſimulare iam ſimulatione diſ
ſimulare non poteſt. Murmurat frendet
iraſcitur. Quanta putas tunc ſit confuſio
in corde ſuperbi cuʒ fraus decipitur. Pax
amittitur laus minuitur: nec culpa diluit
tandem notatur ab omnibus. Iudicatur
ab omnibus eo vehementius omnes indi
gnantur quo falſum conſpiciunt quicqd
de eo prius opinabantur? Tunc opus eſt
prelato vt eo minus parcendum illi putet
quo magis omnes offendit ſi illi parcit.

¶ Decimus gradus eſt rebellio: qui quomodo oriatur ex precedēti. Ber. oſtendit dicens de illo qui eſt in nono gradu. Niſi miſeratio diuina eum reſpiciat: vt ꝙ valde difficile eſt talibus vniuerſorum iudicijs tacit⁹ acquieſcat frontoſus mox: ⁊ impudens factus tanto deterius quanto deſperatius in decimum gradum per rebellionem corruit quod prius arrogans fact⁹ ꝯtempſerat iam patenter inobediens etiā magis contemnit. Sciendum naqꝫ quod gradus .xij. in tres tantum colligi poſſunt vt in ſex ſuperioribus ſit contemptus fratrum in quattuor ſequentibus contempt⁹ magiſtri: ⁊ in duobus qui reſtant contemptus dei. Item notandum eſt ꝙ duo vltimi gradus in congregatione defendi nō poſſunt. Deniqꝫ vbi fratrum concordiam aut magiſtri ſententiam monachus ſpernit: quid vltra niſi ſcandalū facit. ¶ Undecimus gradus eſt libertas peccandi per quam monachus eſt nec iam magiſtrum videt quem timeat nec fratres quos reuereatur? Quanto ſecurius tanto liberi⁹ ſua deſideria implere delectatur. A quibus in monaſterio taꝫ pudore ꝗ timore prohibeatur. ¶ Sed ⁊ ſi iam fratres ⁊ abbatē non timet. nondum tamen penitus dei formidine caret: hanc ratio tenuit ſubmurmurans adhuc voluntati proponit: non ſine aliqua dubitatione: quecūqꝫ primum illicita perficit. Sed ſicut is qui vadum temptat pedetentim non curſum vitiorū gurgitem intrat. ¶ Duodecimus gradus eſt conſuetudo peccandi qui ſic oritur ex precedenti ſm Ber. Poſtꝗ terribili dei iudicio prima flagitia impunitas ſequitur experta voluptas libenter repetitur. repetita blanditur concupiſcentia reuiuiſcente ſopitur ratio: traditur captiuus tyrānidi vitiorum ita vt carnalium voragine deſideriorum abſortus ſue rationis: deniqꝫ timoris oblitus dicat inſipiens in corde ſuo nō eſt deus. Iam indifferenter libitis pro licitis vtitur iam ab illicitis cogitandis: patrandis: inueſtigandis animus manus vel pedes non prohibentur: ſed quicquid in cor in buccam ad manum venerit: machinatur garrit ⁊ operatur maliuol⁹ magniloquus facinoroſus.

¶ De quibuſdā vitijs ꝗ ꝓcedūt ex ſuꝑbia ⁊ aduerſantur ſane fidei. cap. xlix.

d Jcto de .xij. gradibus ſuperbie cōſequenter dicendū eſt de quibuſdaꝫ vitijs que procedunt ex ſuperbia. A Dicemus autem tantūmodo de quinqꝫ illorum: licet ſint multo plura. ¶ Primo dicemus de quibuſdam erroribus qui ſane fidei aduerſantur. Errores enim ex ſuperbia procedere ſolent: quia ſicut dicit Aug. Suꝑbia meretur illudi. Et ſup illud. Jer. xlix. Arrogātia tua ⁊ ſuꝑbia cordis tui decepit te dicit Glo. Omis hereticꝰ arrogans. Superbia facit hereticū non ignorantia. ¶ Secūdo dicem⁹ de peccato irreuentie: ¶ Tertio de pctō inobediētie. ¶ Quarto de pctō vaneglorie. Quinto de peccato ypocriſis. In pmo vero. c. nō ꝓponimus dicere de omnibus erroribus qui cōtrarij ſunt ſane fidei qꝛ hoc nimis longū eēt: ſed ſolū de quibuſdā qui inueniuntur etiā in eis qui fideles videntur.

¶ Qd diabolus multū conatur ſeminare errores. xi. rationibus oſtenditur.

i N pmis vero notandū qd diabolus multū conatur ſeminare errores in eccleſia dei. B Ipſe. n. ē quaſi coruus qui pmo currit ad oculū cadaueris lumē fidei multū conat extinguē in hoie. Cuius rei multe cauſe aſſignari poſſunt. ¶ Prima cā eſt qꝛ ipſe ſcit poſtꝗ oculum fidei excecauerit in hoie. ipſe pōt homineꝫ inducere in omne peccatū. Un̄ quidaꝫ ſenex in vitas patrū dixit qd qn operiuntur oculi aialis: tūc circuit ad molēdinū aliogn nō ambulat in circuitu mole. Sic diabolus ſi operuerit oculos mētis in omne pctm̄ humiliat hoieꝫ: qd figuratū ē iudith xvi. In Sanſone cui poſtꝗ philiſtei eruerūt oculos ipſi eū clauſuꝫ i carcere molere fecerūt. ¶ Scda cā eſt quod diabol⁹ odit lucē fidei. Un̄ de ipſo ſpāliter intelligitur illud. Jo. Qui male agit odit lucē. Ipſe ē falſus mercator volēs hoies decipere ideo tenebras ꝓcurat. Ipſe etiam eſt deformis adulter. Unde ne deformitas ſua videatur procurat tenebras iuxta illud Job. Oculis adulteri obſeruat caliginem. ¶ Tertia cā eſt quod diabolus eos qui ſibi ſeruiunt ducit ad patibulum infernale. Ipſe enim ſic remunerat ſeruientes ſuos: ⁊ ideo velat eis oculos ne videant quo ducantur. ¶ Quarta cauſa eſt hec: quod ipſe ſcit quod ſi poteſt aliquem ponere extra viam

fidei quicquid poſtea ille faciet inutile erit
ſibi quantum ad meritū vite eterne. De via
iſta pōt intelligi illud.ps. Erraverūt in ſo
litudine inaquoſa viam ciuitatis habi.nō
invenierunt: ⁊ Augu.bona opera preter fi
dē vident̄ mihi eē velociſſimi curſus extra
viaȝ. ¶ Quinta cā eſt hoc qđ fides dexter
oculus ē anime: quē ſi diabol⁹ bonū erue
rit inutilē ad pugnā reddit: quod figuratū
ē primo. Re.xi. In hoc qđ dixit naas amo
nites ad illos de iabes galaad. In hoc vo
biſcū ſedus feriā vt eruā omnium veſtros
oculos dextros. Cuius intentio erat quod
dextris oculis erutis cuȝ operirent̄ ſiniſtri
ſcuto ipſi inutiles fierēt ad pugnādū. Iteȝ
fides ē fūdamētū toti⁹ edificij ſpūalis quo
deſtructo ſcit diabolus quod edificiū ſpūa
c le ſpūaliter deſtructū eſt. Itē ſcit diabolus
qđ extra fideȝ nō ſit locus ꝓpitiatiōis: vñ
cū ipſe ꝓpitiationē homini inuideat nol
let enim ꝙ eā haberet cū ipſe nō ſit habitu
rus eaȝ. Ipſe multū laborat ad hoc quod
extra fidē hominē ponat. Quiſquis extra
fideȝ eſt gladium ire dei hȝ euaginatū ſup
ſe: vñ. Io.iij. Qui incredulus ē filio nō vi
debit vitā ſȝ ira dei manet ſup eū. Iteȝ q̄c
quid extra fidem ē in mundo iſto diluuio
perit. Quicquid eſt ī hoc mūdo extra fidē
eſt velut mare mortuū in quo nihil viuit:
vñ bona hereticoruȝ ſunt velut poma que
creſcunt in arboribus circa mare mortuū
que ante maturitateȝ ſunt viridia: matura
vero inciſa fauillam habēt intus. Sic bo
na hereticorū vera poma vident̄ ſȝ ad vl
timum ignis infernalis in eis inuenietur.
Extra fidem nihil eſt quod placeat deo in
hoc mūdo. Quia ſcḋm apoſtolū ad Hebre.
xi. impoſſibile eſt ſine fide placere deo. Et
in Ie. Dñe oculi tui reſpiciūt fidē. Nihil eſt
etiā in mūdo iſto boni abſqȝ fide: propter
has cauſas diabolus multū conat̄ errores
fidei ꝯtrarios ſeminare in eccleſia dei. Et
ꝓpter eaſdē cauſas multum deberem⁹ co
nari contra errores: ⁊ precipue prelati quo
rum negligentia errores vt frequētius ſub
intrant: ſicut dominus oſtēdit. Mat.xiij.
Dicens. Simile factum eſt regnum celo
rum homini qui ſeminauit bonum ſemē
in agro. Cum autem dormirent homines
venit inimicus eius ⁊ ſuperſeminauit ziza
niaȝ in medio tritici. In dormitione homi
num negligentia prelatorum intelligitur.

¶ De quattuor erroribus etiā in fidelib⁹.

q Quattuor vero errores inueniūtur
etiam in his qui fideles eſſe vidē
tur: per quos errores diabolus in
numeras aīas ad inferos trahit. De qbus
erroribus aliquid tangemus. ¶ Primus
eſt error diuinationis. ¶ Secūdus ē error
maleficiorum. ¶ Tertius eſt error ſuperſti
tioſorum remediorū. ¶ Quartus ē error
illaruȝ perſonarū que credunt ea que fiūt
in ſomno tātum ⁊ in ſpū fieri in veritate ⁊
corporaliter ſicut eſt error illarū mulieꝝ q̄
dicūt ſe ambulare de nocte cū herodiade.

De diuinis ⁊ diuinationibus ⁊ eorum ſpe
ciebus: que ſunt quattuordecim.

c Irca primum vero notanduȝ qđ
diuini dicuntur quaſi dei pleni. f
Iſti ſibi attribuunt quod dei eſt ꝑ
ſumunt enī predicere futura ⁊ reuelare oc
culta que duo ad deū ſpecialiter pertinent
¶ Sunt aūt multe ſpecies diuinatiōis ex
quibus.xiiij. numerare ſufficiat: licet ſint
multo plures. ¶ Prima fit in igne: ⁊ nomi
tur pyromātia: a pyr quod eſt ignis ⁊ mā
tia ꝙ eſt diuinatio. ¶ Alia fit in aere que
vocatur aremātia. ¶ Tertia fit in aqua q̄
vocatur idromātia ab idor quod ē aqua.
¶ Alia fit in terra q̄ vocatur geomantia: a
geos ꝙ eſt terra. ¶ Quīta fit ꝑ phitōes
in qbus ſpūs malignus loquitur. Dicunt̄
enim phitones ventiloqui a phitio apolli
nis ſic dicti. ¶ Sexta fit ꝑ mortuos ſuſci
tatos que nigromātia dicitur: nigros eniȝ
grece mortuus dicitur latine. Mantia idē
eſt quod diuinatio. ¶ Septima eſt augu
riū que attēditur ī geſtu ⁊ cantu ⁊ volatu
auiū. ¶ Octaua attēditur circa imitatiōes
¶ Nona circa ſomnia. ¶ Decia circa ſor
tes quas falſo dicunt apoſtolorum. ¶ Un
decima circa variam ſpeculationeȝ pſalte
rij: euangeliorum ⁊ aliarum ſcripturaruȝ
¶ Duodecima eſt mathematicorum q̄ cō
ſtellationes conſiderant qui etiaȝ dicūtur
magi. ¶ Tertiadecima eſt eoruȝ qui ario
li dicuntur qui maris idolorum demonuȝ
reſponſa accipiunt. ¶ Quartadecima eſt
eorum qui vocantur aruſpices quaſi hora
ruȝ ſpectatores qui dies ⁊ horas in operi
bus agendis cuſtodiūt. ¶ Regulariter at
tendenduȝ eſt quod omnis diuinatio quo
cunqȝ modo predictorum modorū fiat vel
alio ſimili ꝓhibita ē ⁊ maledicta a ⁊ deo

⁊ a ſancta eccleſia. ¶ Et ſunt multa que
deberent hoies cohibere ab hoc peccato.
Primū eſt qđ hoc diabolicū ē. Diuini.
B n. admodū luciferi ſimiles volūt eſſe altiſ-
ſimo dum predicere volunt futura qđ ad
deū ſpecialiter pertinet: vñ in. Iſa. priora
⁊ nouiſſima nuntiate mihi ⁊ dicā qđ dij
eſtis. Et eſt inuētū pctm̄ iſtud i mūdo iſto
a demonibus: vñ Aug. hec vanitas magi
carū artiū ex traductione maloꝝ angeloꝝ
in toto orbe terrarū plurimis ſeculis inua-
luit: ⁊ p inuētiones eoꝝ inuenta ſunt aru
ſpitia ⁊ auguratiōes ⁊ ipſa que dicunt ora
cula. Qui aūt diuinis fidem adhibēt ſimi
les ſunt illis āgelis q lucifero ſupbienti cō
ſenſerunt. Et ſicuti lucifer eo quod voluit
eſſe deus: ſathanas factus eſt ⁊ dei aduer-
ſarius. Similiter ⁊ angeli qui ei ꝯſenſerūt
dei aduerſarij facti ſunt. Sic ⁊ diuini qui
volūt eē vt deus ⁊ qui ei fidē adhibēt dei
aduerſarij ⁊ ſathane efficiunt: Non parū
offenderetur rex francie erga eum q regē
ſe vellet ſe facere in regno ei⁹ ⁊ erga oēs q
ei cōſentirent oporteret quod ille qui ſe re
gem faceret cum rege pugnaret vt videre
tur quis potentior eſſet: ita neceſſe erit qđ
deus pugnet cum diuinis ⁊ cum illis qui
ei cōſentiunt. Et ſicut legitur. Sap. v. Pu
gnauit cum illis orbis terrarum contra in
ſenſatos. Ibidē legitur qđ accipiet arma
tum zel⁹ illius ⁊ armabit creaturā ad vl
tionem inimicorum ⁊ exacuet iracundiā
in lanceā ⁊ tunc apparebit quis potentior
erit an ipſe an diuini. Secūdo deberet
cohibere homies a peccato iſto hoc quod
ſacra ſcriptura ita diſſuadet illđ: vñ Leui.
xix. Ne declinetis ad magos nec ab ariolis
aliquid ſciſcitemini. Et Ibidē nō augura
bimini nec obſeruabitis ſomnia. Et Deut.
xviij. Non inueniatur in te qui ariolos ſci
ſcitet ⁊ obſeruet ſomnia atq₃ auguria. Ne
ſis maleficus nec incantator: nec phitōes
conſulas nec diuinos: nec queras a mortu
D is veritatem. Et ad. Gal. iiij. Dies obſerue
tis ⁊ menſes ⁊ tempora ⁊ annos: timeo ne
forte ſine cauſa laborauerim i vobis. Ter
tio deberet cohibere homines a peccato
iſto multiplex pena quia legitur domin⁹
puniſſe hoc peccatum ⁊ pene que in lege
diuina ⁊ iure poſitiuo huic peccato taxan
tur. Notandū eſt quod peccatum diuino
rum ſimile ē peccato Eue matris nr̄e que
diuinā ſcientiam appetijt dicente diabolo
Gen. iij. Quacūq₃ die comederitis apien
tur oculi veſtri ⁊ eritis ſicut dij ſciētes bo
nū ⁊ malū: vnde mulieres diuine vel diui
nis fidem adhibentes queadmodū mr̄ ea
rū Eua diuinā ſciētiā affectāt. Attendere
debent multiplicem penam qua totus mū
dus pro pctō illo punitus ē. De pena etiā
huius peccati legit. iiij. Re. i. Quod māda
uit helias ochozie. Nunquid nō eſt deus i
iſrael vt eatis ad conſulendum belzebub
deum acharon? Quaobrem hoc dicit dñs
De lectulo ſuper quē aſcendiſti nō deſcen
des ſz morte morieris: ⁊ in pal'. x. Sic legit
Mortuus eſt ſaul ꝑpter iniquitates ſuas
eo q preuaricatus ſit ꝑceptum dñi qđ pre
ceperat ⁊ nō cuſtodiuit illud ſed inſuper
etiā phitoniſſam cōſuluit nec ſperauit i do
mino ꝑpter quod interfecit eū ⁊ trāſtulit
regnū eius ad Dauid filium Iſa. De pena
vero taxata huic pctō legit. Leuit. xix. Ani
ma que declinauerit ad magos ⁊ ad ario
los ⁊ fornicata fuerit i eis ponā faciē meā
cōtra eā: ⁊ interficiā eā de medio populi
ſui. Item Leuit. xx. Uir ſiue mulier in qui
bus phitonicus vel diuinatiōis fuerit ſpi
ritus moriant: lapidibus obruāt eos. San
guis ſit eoꝝ ſup eos. Pena taliū ſcđ₃ ca
nones multiplex eſt. Sunt. n. infames nec
debēt recipi ad eucariſtiā ſi notoriū ē pctm̄
ſicut nec yſtriones. Itē non debēt admitti
ad accuſationē. Itē debēt excōmunicari.
Itē ſi poſt monitionē vel excōicationē
nolūt ſe corrigere. Si ſerui ſunt debēt ver
beribus caſtigari. Si liberi includi in car
cere. vel vtriq₃ ſunt de parrochia turpiter
de honeſtati. i. tōſorati: vel decaluati eijcie
di. Et hoc pōt ipſe ſacerdos parrochialis
ſua auctoritate facere dū tū caueat a mēbri
deſtructione. morte ⁊ ſanguinis effuſione
vel ſi neceſſe fuerit innocet brachiū ſecula
re. Secundū vero leges tales capite pu
niūtur. Quarto deberet cohibere a pec
cato iſto hoc qđ legit. Deut. xviij. Ubi hec
peccata prohibent quia oia hoc abhomi-
nat dñs. Quinto vero hoc qđ hoc pec
catū a btō. Aug. reputat apoſtaſia: vñ ipſe
ait. Ideo obſeruabitis dies qui dicunt egy
ptiaci aut kalēdas ianuarij in qbus qđam
cantilene ⁊ comeſſationes ⁊ adinuicē do-
na donantur qſi i principio anni boni fat
augurio aut aliquos menſes aut tēpora

diſiue ⁊ annos aut lune ſoliſue curſum: qꝛ
per has aut quaſcūqꝫ diuinationes aut ſa
ta aut auguria obſeruat aut attendit aut
cōſentit obſeruantibus aut talibus credit
aut ad domū eorum vadit in ſua domo in
troducit aut interrogat ſciat ſe fidem xp̄ia
naꝫ ⁊ baptiſmū preuaricaſſe ⁊ paganū ⁊
apoſtatā ⁊ dei inimicū iram dei grauiter ī
eternum incurrere niſi eccleſiaſtica penitē
tia emendatus deo reconcilietur.

¶ Utrum ſortibus liceat vti.

Idetū quod ſortibus liceat vti.
v quia ſorte ioſue exq̄ſiuit peccatuꝫ
achoꝛ. Soꝛte etiā deprehenſus eſt
ionathas a ſaul comediſſe fauū mellis. Jo
nas etiaꝫ ſorte a nautis deprehenſus eſt: di
cit etiam. Aug. q̄ ſoꝛs nō eſt aliquid mali
ſed res in humana dubietate diuinā indi
cās volūtatē. Ad exēpla vero obiecta di
ci pōt q̄ hoc ⁊ multa alia ꝑmittebantur
ante euangelium que tp̄e ꝑfectioris diſci
pline ſunt eliminata. Itē ſicut ait. Jer. pri
uilegia ſingulorū legē cōmuneꝫ facere nō
poſſunt. Ad illō vero quod dicit. Aug. q̄
ſoꝛs non eſt aliquid mali: dici poteſt verū
eſt in ſui natura tamen ꝓhibetur: quia ꝓ
pter aſſiduitatem labi poſſet quis in idola
triaꝫ vnde ſi eēt cauſa honeſta ſubeſſet ne
ceſſitas vt ſi eſſet contentio de electione
aliquoꝝ ⁊ eſſet paritas vtrobiqꝫ in oībus
veriſimile ē q̄ exēplo Mathie poſſent ſoꝛ
tes fieri ⁊ hoc ait beda dicēs. Si q̄ neceſſi
tate aliqua cōpulſi deū putāt ſoꝛtibus apo
ſtoloꝝ eſſe cōſulendū videāt ipſos apoſto
los nō niſi collecto cetu fratrum ⁊ precibꝰ
ad deū fuſis hoc egiſſe. Itē cū quedā ciui
tas eſſet obſeſſa ⁊ dubitaret clerus qui de
berent fugere ⁊ qui manere cōſulꝰ augur
k reſpondit illud eſſe ſoꝛte dirimendum.

¶ De ſomnijs vtrum ſint obſeruanda.

Tem obicitur de ſomnijs: que vi
i dentur eſſe obſeruanda cū quan
doqꝫ per ſomnia oſtendat dn̄s ho
minibus quid facturuꝫ ſit vt apparet per
ſomnium pharaonis: vt habetur. Gen̄. xli.
ſomnium ioſeph expoſuit. ¶ Itē apparet
per ſomniū nabug. quod expoſuit daniel.
De quo habet. Dan̄. iiij. ⁊ Mat. ij. Appa
ruit angelus dn̄i ioſeph in ſomnis dicens
Joſeph fili. Dauid ⁊c. Ad q̄ dicendū eſt
quod in veritate ſomnia ſeruanda nō ſunt
Sap. Sōnia ne cures. Eccle. xxxiiij. Som
nia extollūt imprudētes ⁊ ibidē. Multos
errare fecerunt ſomnia: ⁊ exciderūt ſperan
tes i illis: vnde quidam dū attēderet ſom
nijs ſomniauit ſe diu victurum. Cūqꝫ mul Z
ta bona ꝯgregaſſet repente defunctus eſt.

¶ Sex modis fiūt imaginatōes ſomnioꝝ

D ſolutionē vero obiectoꝝ. Notā
a dūē quod ſex modis fiunt imagi
natiōes ſomnioꝝ ſicut dicit. Gre.
i dialogo. aliqñ ventris plenitudie. Aliqñ
ventris ⁊ capitis exinanitiōe aliqñ demo
nis illuſione aliqñ dei reuelatiōe aliquan
do cognitione ſimul ⁊ illuſione aliquādo
cognitiōe ſimul ⁊ reuelatione. ¶ Duo pri m
ma genera ſomnioꝝ experimento cogno
uimus: cetera in ſcripturis inuenimus. De
tertio. Eccle. xxxiiij. Mltos errare fecerūt
ſomnia. De q̄rto ſomnio legit. Gn̄. xxxvij
Audite ſomniū quod vidi dixit ioſeph fra
tribus ſuis. De quīto ſomnio legit. Eccle.
v. Ubi multa ſunt ſomnia multe ſunt va
nitates: ⁊ ſupra parum. Multas curas ſe
quunt ſomnia. De ſexto ꝓo ſomnio legit.
Dan̄. vij: Somniū. t. ⁊ viſiōes capitis tui.
i cubili tuo hmōi ſunt. Quod poſtea diſſe
rens. Daniel de radice cogitatiōis incho a
uit dicens. Tu rex in ſtatu tuo cepiſti cogi
tare ⁊c. Nō ē ergo credēdū ſomnijs quia
quo impulſu fiant facile nō elucet: tñ ſci il
luſiones ⁊ reuelationes quodaꝫ intimo ſa
poꝛe diſcernūt vt ſciant quid a bono ſpiri
tu participant: vel quid ab illuſione patiā
tur: vt dicit. Greg. de ſomnio ⁊ illuſiōe de
monis facto: dicit. Gre. ſup illud. Job. vij.
Terrebis me ꝑ ſomnia: ⁊c. Diabolꝰ cupi
dis ꝓſpera: timidis aduerſa: per ſomnia in
gerit: vt magis afficiat: ſed ⁊ ſanctos quos
minus valet vigilātes grauius tēptat doꝛ
mientes: q̄ deus benigne permittit: ne ſal
tem ſomnijs a paſſionis premio vacet.

¶ Quare tam frequenter eueniāt que di
cunt diuini.

Ed ad hec quare q̄ñ eueniāt fre
s quēter que ꝑdicūt diuini ex quo
fides eis adhibenda nō eſt. Ad q̄
reſpōdit. Aug. quod fit vel ꝑmiſſiōe vt ꝓ
bet quales fidē hoies ad deū hēant quod n
ꝓbat Aug. illo verbo. Deut. xiij. Si ſurre
xerit i medio tui ꝓpheta aut q̄ ſomniū vi
diſſe ſe dicat ⁊ ꝑdixerit ſignū aut poꝛtētuꝫ
⁊ euenerit quod locutus eſt ⁊ dixerit tibi
eamus ⁊ ſeq̄mur deos alienos quos igno

ras ⁊ ſeruiamus ei:non audies verba ꝓ-
phete illius aut ſomniatoris quia temptat
vos dominus deus veſter vt palam ſciat
an diligatis eum an non. Preterea di-
uine quibuſdam ſignis ſolent futura co-
gnoſcere:vnde quando inquirūtur de ali
qua muliere vtrum grauida ſit ſolēt zonaꝫ
ipſius inſpicere in qua aliqua ſigna graui
ditatis poſſint percipere:vnde quedaꝫ de-
cepta fuit a quodam ſacerdote qui nō po-
terat corrigere parrochianos ſuos quin ſi
dem adhiberent cuidā diuine. Sed tandē
miſit zonam ſuam ad eam qua zona i ſpe
cta cuꝫ ſacerdos eſſet impinguatus incraſ
ſatus dilatatus ipſa iudicauit ſacerdotem
O pregnanteꝫ eſſe pret rea a caſu quandoqꝫ
dicunt ea que futura ſunt.

¶ De vaticinijs diaboli.

Jabolus etiam ſicut dicit raban⁹
non nūquā ſolet multa vera predi
cere vt ad extremuꝫ valeat animā
aliqua falſitate laqueare. Quō aūt dia
bolus futura predicat ſatis. Aug. oſtendit
his verbis. Demones prediti acumie ſen-
ſus ⁊ celeritate motus nūtiant que homi-
nes ꝑ ſenſus terreni tarditate curent. Ac-
ceſſit etiam demonibus lōge maior reꝝ ex
perientia que pōt hominibus propter bre
uitatem vite prouenire:ꝓpter has efficaci
as nō ſolū multa futura predicant demo-
nes:verum etiaꝫ multa ſactūt que qm̄ ho
mines dicere aut facere nō poſſunt eos di
gnos quibus ſeruiant ⁊ quibus honores
diuinos preferant arbitrantur:prenuntiāt
etiam que ipſi facturi ſunt. Accipiunt eniꝫ
ſepe poteſtatem ⁊ morbos immittere ⁊ ip
ſum aerem viciādo morbidum reddere:⁊
peruerſis atqꝫ amatoribus terrenorum cō
modorum malefacta ſuadere. De quibus
motibus certi ſunt quod ſint eis talia ſua
dentibus conſenſuri. Aliquando predi-
cunt non que ipſi faciunt ſed que natura-
libus ſignis, futura prenoſcūt. Que ſigna
in hominum ſenſus venire non poſſunt:
Non tamen propter hoc dicendi ſunt. de-
mones diuini licet preuideant aliqua que
homine non preuideant ſicut nec medic⁹
diuinus dicendus eſt:vnde Augu. Neqꝫ qꝛ
preuidet medicus:que preuidere neſcit ho
mo artis ignarus. Jdeo tamen habendus
non eſt diuinus:fallunt etiam demones ſi
cut dicit Aug. Studio fallendi ⁊ inuidia
voluntate qua hominum errore locantur:
ſed ne apud cultores ſuos pondus auctori
tatis amittant: id agunt vt interpretibus
ſuis ſignorumqꝫ ſuorum cōiectoribus cul
pa tribuatur quando ipſi decepti fuerint
mentiti.

¶ De phitoniſſa:que Danieleꝫ ſuſcitauit.

Tē queritur quō potuit eſſe quod
phitoniſſa Samuelem ſuſcitauit
vt videtur .i. Reg. xxviij. De quo
ſentio ſicut Augu. ſentire videt̄:qꝺ diabo-
lus apparuit in ſpecie Samuelis:lꝫ multe
ſint opiniōes ſuper hoc. Aug. Loquēs de
ſuſcitatione illa ait:diabolus vt errorēꝫ fa
ceret i quo glorificaret̄ habitu viri iuſti ⁊
nomine ſe ſubornauit. Jdeꝫ. Quō poterat
eſſe vt arte magica attraheret̄ vir a natiui
tate ſanctus:⁊ vite opib⁹ iuſtus. Jtē Aug.
Si Samuel vere apparuiſſet nō vtiqꝫ vir
iuſtus ꝑmiſiſſet ſe adorari qui ꝓdicauerat
ſolū deū adorandū. Jdē. Quō homo dei
qui cū abrahā in refrigerio erat diceret ad
virum peſtilentie ⁊ dignū ardore gehēne:
cras mecū eris? Et ſubdit. Augu. His duo
bus titulis ſubtilitate fallacie ſue prodidit
improuidus ſathana.

¶ Qꝺ tempora non ſunt obſeruanda.

Tē querit̄ de hoc qꝺ dictū eſt qꝺ
tp̄a obſeruanda nō ſunt cū medi- P
ci tp̄a obſeruent in medicinis dan
dis ⁊ munitionibus faciendis. Ad qꝺ di
cendū ē ꝙ talis obſeruatio tempoꝝ repꝛhē
ſibilis nō eſt. cū naturalis ratio de hoc poſ
ſit reddi. Nō ſunt etiā repꝛhēſibiles agrico
le q obſeruāt tempora ad ſeminādūꝫ ⁊ ad
arbores incidendas ⁊ ſimilia cum ad hoc
habeant certam rationem.

¶ De errore maleficiorū.

Equit̄ de alijs tribus erroribus in
ter quos primū dicēdū eſt de erro Q
re maleficiorū. No. ergo qꝺ ma
lefici ſunt q ꝑmiſſu dei elemēta cōcutiunt
hoīum mētes turbāt:min⁹ ꝯfidētiū i deo
ac ſine vllo veneni hauſtu violētia carnis
interimūt. Uocant̄ aūt tales malefici ob fa
cinoꝝ magnitudinē:vnū cū facere malum
ad oēs peccantes ꝑtineat maleficis tamen
appropriatur eo quod multū ſint mali.

¶ De errore ſuperſticioſorum.

Equit̄ de errore ſupſticioſoꝝ reme
dioꝝ De quo errore dicit Aug. i li.
de doc. xp̄ia. Ad ſupſticiōēꝫ ꝑtinēt

ōēs ligature atq; oīa remedia. q̄ medicoꝝ diſciplina ꝯdēnat. Inter remedia vero ta lia q̄daʒ ſunt nugatoria: q̄dā vero ſunt no xia. Itē quedā ꝯtumelioſa ſūt homini: q̄dā ꝯtumelioſa ſunt deo. Nugatoria ſūt vt cuʒ ſella euertitur vt tēpeſtas auertatur. Itē cū mulier: q̄ in partu laborat noueʒ vteſilib⁹ tangit vt facili⁹ pariat. Et multa alia his ſimilia que mulieres idiſcrete ꝯſueuerunt facere. Noxia ꝟo ſunt vt cū aliq̄ mulier ta lia facit vt cōcept⁹ ei⁹ ipediat: ſicut cuʒ ali qua aſſeres tangit cuncte in qua balneat ſe in diebus purificationis ſue tali intētio ne vt quot aſſere ſtetigerit tot annis non cōcipiat. Que apud deū tot homicidioꝝ rea videtur eſſe quot conceptus facto illo voluit impedire. Nec quoꝝūq; homicidio ruʒ rea videtur: ſed videtur eſſe iterfectrix ꝓprioꝝ infantium. ¶ Contumelioſa ꝟo homini ſūt ſicut illa q̄ alique mulieres ſo lent dare hominibus ad accendēdum eos ad amorē eaꝝ. Cōtumelioſa vero ſunt deo ſicut illa que fiunt de criſmate vel corpore xp̄i: vel alijs ſacramentis eccleſie. ¶ Item poſſunt diuidi remedia iſta ſꝫm diuerſita tem eoꝝ: contra que fiunt: alia enim fiunt contra infirmitates vel hominū vel peco rū: alia contra ſterilitatē: alia cōtra pariē di difficultatē: alia cōtra nimis frequētes partus: alia contra luporum crudelitateʒ: vt cū beſtie amiſſe includuntur ne a lupis deuorentur. Caueat tñ predicator ne dum ſpecies taliū remedioꝝ in ꝑdicatione tan git erubeſcibilia mulieꝝ hoībus aperiat i ſcandalum eaꝝ. ¶ Itē ne mulieres doceat remedia que ipſe neſciūt ſi credit qḋ ea fa cture ſint. Item notandū eſt ꝙ peccatum iſtud multū hꝫ fatuitas. Cuilibet. n. ſanuʒ caput habenti naturalis ratio dictare de beret quod remedia talia illā efficaciā nō hn̄t vel nō deberēt habere q̄ credūt ea ha bere. ¶ Itē infidelitas ſiue ydolatria que eſt in peccato iſto deterior videtur ydola tria paganoꝝ. Illa. n. a quibus deo relicto fatue mulieres ſperant ſanitatē vel ꝓlem vel ſimilia min⁹ videretur de⁹ eē quā ydo la paganoꝝ. Illa. n. ad minus hn̄t formaʒ humanam: iſta vero nō. ¶ Preterea iſtud peccatū: nec deū nec hoīes reuereri videt: quantuʒ ad hoc qḋ homini multa vilia ⁊ abominabilia dant ad comedendū q hoc vitio laborat Ipſa etiaʒ ſacramēta eccleſie cōtemnit pctm̄ iſtud: cuʒ de ipſis ſacramē tis eccleſie frequenter fiat: etiā de corpore xp̄i qḋ horrendū eſt dictu ſepe. In hoc vi dentur mulieres que talia agunt deterio res eſſe ipſis demonibus: Demones enim illum credunt ⁊ contremiſcunt ad quem ipſe abſq; timore accedūt ⁊ de corpore ei⁹ peccatum ſuum faciunt.

¶ Unde maleficia ⁊ talia remedia habe ant efficatiam.

Ad queri pōt vn̄ maleficia ⁊ talia remedia efficatiā habeāt frequenť ſicut videť. Ad hoc pōt dici quod multa ſunt q̄ faciūt ad hoc qḋ maleficiuʒ efficaciā habeat. ¶ Primū eſt hoc qḋ ho mines paruā fidē in deo habeāt: ⁊ iō dn̄s ꝓmittit eos a demonib⁹ ipediri. ¶ Scḋm eſt error q in hoib⁹ eſt cui⁹ pena frequen ter eſt hec quod creditur eſſe effect⁹ male ficij. ¶ Tertium eſt ꝓbatio fidei in bonis ſicut oſtēſuʒ ē ꝑus aucto. Deute. ¶ Quar tū eſt pactū vel ſocietas mala demonuʒ et hoīum. Un̄ Aug. Oēs artes hm̄oi vel nu gatorie vel noxie ſupſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate demonuʒ ⁊ hoīum q̄ſi pacta infidelis ⁊ doloſe amicitie cōſtitute penitus ſunt repudiande ⁊ fugiende chri ſtiano. ¶ Quintum eſt deſiderium lucrā di animas quod diabolus habet. Ideo. n. diabol⁹ hoc efficit ꝙ tot animas occaſio ne iſta lucrari ſe videt. Qui enim talia ⁊ qui talibus fidem adhibet facto diabolo ſeipm̄ dat. ¶ Hoc tū notandū eſt qḋ ſi ali quis colligat herbā medicinalē cū ſimbo lo diuino vel orōne dn̄ica: vel ſcribat i car ta ſimbolū vel dn̄icam orōneʒ vt ponat iu per aliquē infirmū vt ſic in iſtis tm̄ deus creator oium honoreť nō reprobať dum nulla alia ſupſtitio admiſceat. ¶ Tria ſūt quib⁹ hoīes nō ꝓhibenť ita ad remediuʒ ſcilicet herbis ⁊ ſimilib⁹ q̄ naturalem hn̄t virtutē de qua rō ſꝫm medicinā reddi pōt. ¶ Iteʒ ieiunijs: orōnibus: ⁊ elemoſinis: ⁊ alijs operibus q̄ ſunt de genere bonoꝝ q̄ certum eſt placere deo poſſunt homines vti ad obtinendū a deo ſanitatē ⁊ alia qui bus indigent. ¶ Iteʒ poſſunt vti ꝟbis ſa cris que alicuius auctoritatis ſunt ⁊ alijs ſacris rebus.

¶ De errore credentiū ſe ambulare in no cte cū herodiade diana ⁊ hōi: ⁊ vere fie ri ea: que fiunt tantum in ſomnijs.

U s Equit̃ de errore illarũ pſonarum que credũt corporaliter ĩ veritate fieri que tñ in ſomnio fiunt: ſicut credunt quedã mulieres que pfitentur ſe cum diana paganorũ vel cum herodiade ⁊ in multitudine mulierũ ſup quaſdaz be ſtias nocturnis horis multarũ terrarum ſpatia pertrãſiſſe. Eius iuſſionibus volũt dñe obedire certis noctibus ad eius ſerui tium euocari. Aſſerunt etiã ab illis creatu ras poſſe in melius vel deterius cõmutari aut in aliam ſpẽm vel ſimilitudinẽ trãſfor mari. De his dicit decretũ ꝙ nõ a diuino ſpũ ſed maligno mẽtibus fidelium talia fan taſmata irrogantur. Diabolus enim cum animã alicuius per talem credulitatez ſibi ſubiugauerit menti quã captiuã tenet mul tipliciter illudit. Nec debet aliqs in tantaz venire ſtulticiã vt credat hec omnia que in ſomnijs ⁊ ſpiritu tñ fiunt etiã in corpe ac cidere: cũ ⁊ paulus nõ audeat aſſerrere qđ fuerit raptus in corpore. ¶ De hijs etiam ſic dicit decretuz. Quiſqs poſſe credit fieri aliquã creaturã: aut in deterius aut in me lius cõmutari: aut trãſformari in aliã ſpẽz: vel aliã ſimilitudinẽ: niſi a creatore p quez facta ſunt oĩa. Proculdubio infidelis ẽ ⁊ infideli deterior. ¶ Ualde ſtulte ſunt mu lieres hmõi qbus pſuaderi non põt qn in veritate fiat qđ vr̃ eis fieri dũ dormiũt: cuz cõſtet multa videri hoibus dormiẽdo: que nõ ſunt que poſtea ſciũt certiſſime falſiſſi ma fuiſſe. ¶ Quãdoqꝫ vr̃ alicui dum dor mit qđ ipſe multũ comedat: cũ ãt experge fact⁹ fuerit famelicũ ſe iuenit: vñ Iſa. xxix. Sicut ſõniat eſuriẽs ⁊ come: ⁊c. Sic mul titudo omniũ gentiũ q dimicauerũt cõtra mõtẽ ſyon. Itẽ vr̃ alicui cũ ipſe dormit qđ ſit cũ muliere cũ tamen excitatus eſt a ſomno ſcit nullã mulierẽ affuiſſe. Item vr̃ alicui laico dũ dormit qđ ipſe ſit ſacerdos Nunqd pter hoc cũ excitatus ẽ a ſomno ſacerdos eſt vt poſſit miſſaz celebrare Pre terea ſi verum eẽt qđ ipſe dñt quõ audiẽt herodiadẽ ſequi que fuit adultera illa quã abſtulit herodes fratri ſuo philippo q etiã decapitari fecit caput ioannis baptiſte? Quõ audẽt aſſerere bonã rem que caput illius q in utero ſanctificatus eſt ⁊ quo maior inter natos mulierũ nõ ſurrexit fecit decapitari: cũ in ſacra ſcriptura nihil oĩo legatur: de eius cõuerſione. Sup oĩa vero videtur vale re cõtra hunc errorẽ qđ in vita beati ger mani altiſiodorenſi legit̃. Qui cũ declinaſ ſet ad quoddã hoſpitiũ vidit: cũ oẽs de do mo cenaſſent mẽſaz iterũ preparatã. Qui cũ admiratus inqſiſſet qbus talia prepa rarentur: indicatũ eſt ſibi quod bonis hoĩ bus que de nocte incedebant: vñ vir ſctũs vigilans cũ demones in forma hũana ad veniſſent: ⁊ ad menſam illã ſediſſent illis q de domo erãt in lectis ſuis qeſcentib⁹ vir ſctũs ſurrexit: ⁊ demones abire pmittens excitauit eos q de domo erãt inquirẽs ab eis ſi pſonas illas cognoſcerẽt. Qui rñde rũt ꝙ ſic. Addẽtes ꝙ vicini eoꝝ erãt. vñ vir ſctũs miſit eos ad domos vicinorũ vt viderẽt an eſſent ibi ⁊ inuenerũt eos ibi. Quod cũ retuliſſent viro ſancto: vir ſctũs coegit demões indicare ſeipſos. Et cõfeſſi ſunt ſe eẽ demones ⁊ ſic hoibus illudere.

¶ De peccato irreuerentie. li

A s Equit̃ de peccato irreuerentie: de quo hoc mõ agemus. Quia irre uerẽtia eſt qñ aliqs negat honorẽ illi, cui debet eũ exhibere. Primo oſtende mus cui debemus exhibere reuerentiam. Scđo qualiter parentes tam carnales q̃ ſpũales ſint honorandi ⁊ quare. Notã dũ ergo qđ quattuor ſunt qbus debemus reuerẽtiaz exhibere. ſ. deus ãgelus: res deo cõſecrate: vt eccleſia ⁊ homines. ¶ Deo re uerentiã debemus exhibere vt coram deo erubeſcamus peccare: ⁊ corã eo ſternue bo na agam⁹: vñ Quidã. Cũ qđ turpe facis quo me ſpectãte ruberes. Cur ſpectãte deo nõ magis ipſe rubes? Boeti⁹. Magna no bis ſi diſſimulare nõ volumus indicta ẽ neceſſitas probitatis: cũ oĩa agamus añ ocu los iudicis cuncta cernentis. ¶ De reuerẽ tia vero exhibenda angelo dicit. Ber. In quouis diuerſorio in quouis angulo reue rẽtiã habe. Angelo tuo. ne audeas eo pſen te quod me preſente nõ auderes. ¶ De re uerentia vero ſacris locis exhibenda, intel ligi põt illud. Geñ. xxviij. Quã terribilis ẽ loc⁹ iſte. Nõ ẽ hic aliud niſi do. dei ⁊ por te. precipue reuerenda eſt eccleſia pter pñ tiã dñici corporis eccl'as reuerẽtur. Sꝫ val de mirandũ eſt qđ ſunt quidaz hoies qui nec pter pſentiã dñici corporis eccleſias reuerent̃. Cum hac de cã eccleſie demoni bus terribiles ſint: videtur tales hoies de monibus eſſe deteriores: cũ dñi ſit terra ⁊

Reuerentia aquirenda ⁊ ...



plenitudo eius. Bene deberet ſaltem loca ſibi cõſecrata pacifice poſſidere. Bñ deberẽt hoies ceſſare a cõtumelia dei in locis hmõi que ſacta ſunt ad ſeruitiũ dei. Bene deberet ſufficere eis quod in alijs locis ſeruitiũ diaboli facerẽt: ⁊ in his ſoli deo ſeruiretur: quõ oratio ei⁹ in eccleſia exaudietur qui in ea non timet deũ offendere. Deberẽt etiã eccleſie terribiles eẽ hoibus ꝓpter ſanctos illos in quoꝝ honore dedicate ſũt qui offenduntur cũ eccleſie eoꝝ frangunt. Precipue vero cõtra fractionẽ eccleſiaruꝫ valere põt illud exẽpluꝫ qđ legit̃. ij. Macha. iij. De Eliodoro qui locũ ſacrũ volebat ſpoliare cõmendatis pecunijs. Sicut eniꝫ ibi legitur apparuit quidã equus terribilẽ habẽs ſeſſorẽ optimis operimentis adornatus. hiſq; cũ impetu in Eliodorum priores calces eliſit. Qui aũt iſidebat videbatur habere aurea arma. Alij etiã apparuerũt duo iuuenes qui circũ ſteterũt eum ⁊ ex vtraq; parte flagellabãt ſine itermiſſione. Subito aũt Eliodorus cõcidit i terra ⁊ in ſella geſtatoria: deportat⁹ eſt exerario ⁊ iacebat mutus: atq; omni ſpe ⁊ ſalute priuatus. Sed poſt ꝑcibus onie ſacerdotis vita ei donata eſt. Hominib⁹ ꝓo reuerẽtia exhibẽda eſt. Uñ. i. Pe. ij. Oẽs honorate: ⁊ ibidem. Subiecti eſtote omni humane creature ꝓpter deũ. Apo. Honore inuicẽ ꝑuenientes. Spũaliter aũt debemus in hominibus dei imaginem honorare: nõ veſtes: nõ diuitias: vel aliqđ ſimile. Si imagini beate virginis honor exhibendus eſt: quõ imagini beate trinitatis q̃ in homine eſt honor exhibẽdus nõ erit? Ber. Conſcientie tue debes honorẽ coraꝫ qua peccare erubeſcas. Et Eccleſi. x. Da ei honorẽ ſecundũ meritũ ſuũ. Honorãdi etiam ſunt homines ꝓpter angelos eis ađ cuſtodiam deputatos. Unde. Mat. xviij. Uidete ne contemnatis vnum ex his puſillis. Angeli. n. eorum ſemper vident faciem patris mei qui in celis eſt: fatuuꝫ eſt hominẽ inhonorare eos q̃ ita ab angelis honorant̃. Luce. xvij. Factũ eſt vt moreretur mendicus ⁊ portaret̃ ab angelis in ſinu. abra. ¶ Honorãdi etiã ſunt homines ꝓpter naturã humanã vnitã diuine. Fatuũ eniꝫ eſt illud inhonorare quod de⁹ ſic honorauit. Etiaꝫ ſerui cõtemnendi nõ ſũt. Cyprianus. Qualeꝫ cupis eſſe erga te dominũ. talis eſto ipſe erga ſeruũ tuũ. Señ. Cum inferiore ſic viuas queadmoduꝫ velis ſuperiorẽ tecũ viuere. Idẽ. Queadmodũ ſtult⁹ eſt qui equũ emptur⁹ non ipſum aſpicit ſed ſtratũ ⁊ frenũ. Sic ſtultiſſimus eſt q̃ hoiem aut ex veſte aut ex conditione veſtis que mõ ornata eſt nobis exiſtimat. Itẽ. Señ. Serui ſunt imo hoies ſerui imo ꝯſerui: ſerui ſunt imo humiles amici: ⁊ iõ iſtos rideo q̃ turpe exiſtimãt cuꝫ ſeruo ſuo cenare. Uirga murmur omne cõpeſcitur Tota nocte ieiuni perſtant: ſic fit vt illi ꝺ domino loquãtur q̃bus corã dño loq̃ non licet. At illi q̃bus nõ tm̃ corã dominis: ſed cũ ipſis ſermo erat quoꝝ os nõ conſuebat parati erant corã dño porrigere ceruicem: in cõniuijs loquebãtur: ſed in tormẽtis tacebãt ad Col. iiij. Quod iuſtũ eſt domini ſeruis preſtare ſciẽtes quoniã ⁊ vos dñm habetis in celo. ¶ Precipue aũt honorandi ſunt ſerui ſi ſunt boni ⁊ fideles. Un Eccle. vij. Seruus ſenſatus ſit tibi dilect⁹ q̃ſi anima tua. Et xxxiij. Eiuſdẽ. Si eſt ſeruus fidelis ſit tibi ſicut aia tua. Quaſi fratrem ſic eum tracta. Nõ ſunt cõtemnendi pctõres: q2 ille qui valde mal⁹ mõ eſt: forſitan in dei ꝓuidentia ſanctus homo eſt. Deut. xxiij. Nõ abominaberis idumeuꝫ: q2 frater tuus eſt. ¶ Precipue tũ illi honorandi ſunt qui credũtur eſſe bone vite cum attineantur deo vt videtur omni genere parẽtele: vnde dñs. Mat. xij. Quicunq; fecerit voluntateꝫ patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater ⁊ ſoror ⁊ mater eſt. Preterea in viris iuſtis honorat̃ ipſe de⁹ q̃ in eis habitat: vñ quidã religioſus dicebat adorari deberet fratres aduenientes cũ certuꝫ ſit in aduentu eorũ aduentũ dñi nr̃i ieſu chriſti haberi. Quod videt̃ intellexiſſe Abraam qui tres viros qui ſibi apparuerunt in hoſpitio ſuo adoratione ꝑmiſſa ſuſcepit. Uñ Geñ. xviij. Quos cũ vidiſſet Abraam occurrit in occurſu eoꝝ de hoſtio tabernaculi ſui ⁊ adorauit. In vitas patrũ etiaꝫ legit̃ quod diabolus pertimeſcat recte viuẽtes. Dominus etiam contemptum: talium cõtemptum ſuum reputat. Luc. x. Qui vos ſpernit me ſpernit. Pauperes enim deſpiciendi non ſunt. Grego. Pauperes deſpiciendi non ſunt vt egeni ſed exorãdi vt patroni. honor qui pauperibus exhibet̃ deo ſpecialiter exhibetur.

Reuer̃ a sacerdotes y p̃

¶ Quod quedam persone magis sũt ho
norande alijs.

B Ue persone spãliter sunt honorã-
q de. Et licet omnes hoĩes honorãdi
sint. Quedã tñ persone magis sũt
honorãde q̃ alie: vt vidue. Uñ. i. ad Thi.
v. Uiduas honora ⁊c. ¶ Domini etiã sũt
multũ honorãdi. Uñ. i. Cor. xiij. Oĩs ani
ma potestatibus sublimib⁹ subdita sit. Et
ad Ro. xiij. Cui honorez ho. ⁊ ad Col. iij.
Serui obedite p̃ oĩa dominis carnalibus
Et. i. Pe. ij. Serui subditi estote in omni
timore dominis ⁊c. Et Gen. xvi. Dictũ est
Agar ancille. Reuertere ad dominã tuã ⁊
humilia te sub manibus eius. Et eze. xvij.
Multa mala p̃dixit regi iuda: q2 tributuz
quod p̃miserat regi babilonis soluere no
luit. Et Mat. xvij. Soluit dñs tributũ licz
E illud non deberet eo qꝺ filius regis esset.
¶ Item adolescẽtes debent honorare se-
nes. i. Pe. vlt. Adolescentes subditi estote
senioribus. Treñ. iiij. Facies dñi dimisit
eos nõ addet vt respiciat eos. Facies eniz
sacerdotũ nõ erubuerũt: nec senũ miserti
sunt. Sap. ij. Dicunt mali. Opprimamus
pauperẽ iustũ ⁊ nõ parcam⁹ vidue nec ve
terano: nec reuereamur canos multi tem
poris. Leui. xix. Coram cano capite cõsur
ge: ⁊ honora personã senis. Et. i. ad Thi-
mo. iiij. Seniorẽ ne increpaueris sed obse
cra vt patrẽ. Sen. Cũ veterano poti⁹ agẽ
dum est. ¶ Itẽ viri honorãdi sunt ab vxo
ribus. Uñ. i. Pe. iij. Silr mulieres subdi
te sunt viris suis. Sed nihilomin⁹ ipsi vi-
ri debẽt honorare vxores suas. Uñ Ibidẽ.
Uiri similiter cohabitantes b̃m scientiam
quasi infirmiori vasculo mulieris imper
tinentes honorem: ideo dominus non de
pedẽ viri: sed de costa mulierum formauit
ne a viro contemneretur. Mulier vero dz
obedire viro: quia vir caput est mulieris.
Non posset esse pax inter ꝯiuges si vterq̄
vellet dominari ⁊ esse caput: ⁊ in signum
huiuscuz in corpore humano sint duo pe
des: due man⁹: ⁊ duo oculi: non est tamẽ
ibi nisi vnum caput. Si eniz ibi eẽnt duo
capita: quando vnũ vellet a sinistris aliud
vellet ire a dextris sicut patet in domo vbi
sunt duo capita: quia nunq̃ erit ibi pax.

¶ Quare ⁊ qualiter sit reuerẽtia exhibẽ-
da patribus spiritualibus ⁊ carnalibus.

Tem honorãdi sunt parẽtes ⁊ spi B
i rituales ⁊ carnales De spũalib⁹ le
gitur. Eccle. vij. Honorifica sacer
dotes. Ad Heb. vlt. Obedite prepositis ve
stris: ⁊ subiacete eis. Ipsi eniz peruigilant
quasi rationẽ pro animabus vestris reddi
turi: vt cum gaudio hoc faciant ⁊ non ge
mentes. i. ad Thi. v. Qui bñ p̃sunt p̃sby-
teri dupl honore habeantur digni: ⁊ ma-
xime qui laborãt in verbo ⁊ doctrina. Ad
idem facit illud Treñ. iiij. Prius positũ.
Non addet dñs vt respiciat eos facies sa-
cerdotũ non erubuerunt. Glo. Notanduz
q̃ supra sacerdotes quasi homicidas plan
xit ⁊ hij separanť a facie domini: quia nõ
detulerunt eis. Quãuis enim mali sint nõ
sunt contemnendi: sed ille in illis colẽdus
est ⁊ honorandus a quo missi sunt: ⁊ alia
Glo. Nota q̃ terribile sit sacerdotes con-
temnere nec faciem eorũ erubescere. i. illis
monentibus: ⁊ videntibus a scelerib⁹ nõ
cessare. De his enim dicit dñs. Qui vos
audit me audit. Ideo magis displicet deo
cõtemptus eorum quia dei vicem tenent:
⁊ p̃pter dignitatẽ sacerdotalem q̃ nec ipsi
angeli creduntur habere. Non eniz credo
q̃ fieret transubstãtatio si v̾ba illa q̃ p̃fert
sacerdos in missa ab angelo proferentur.
¶ Parentibus etiã carnalib⁹ honor exhi-
bendus est. Unde Exo. xx. Honora patrẽ
tuũ ⁊ matrẽ tuam. Et notanduz q̃ honor
qui parẽtibus carnalibus exhibẽdus ẽ nõ
solum attenditur in verbis sed etiã in be-
neficijs. Unde Jero. Honor in scripturis
nõ tam in salutationibus ⁊ verbis quam
in collationibus muneruz sentitur. Mul
ta autez sunt quibus possumus vti ad ex-
citandum homines vt honorẽt parentes.
Et p̃mo possum⁹ ad hoc vt in exẽplis iter
q̃ precipuũ ẽ exẽpluz xp̃i q cũ eẽt in angu-
stia passionis tñ nõ est oblitus matris sue
imo curã ipsi⁹ habuit. Et Johãni eã ꝯmẽ
dauit: vt legit Jo. xix. Modo ẽt adeo facit
eã honorari i ecclesia sua: vt multi videãt
eẽ deuotiores matri q̃ ipsi filio. Qꝺ credo
iõ fieri vt ostẽdat q̃tuz placeat sibi qꝺ pa-
rentes a filijs honorentur etiaz ĩfideles pa
rentes suos honorant edocti a lege natu-
rali. Unde ĩfideli videtur esse deterior qui
parentum curam non habet. i. ad Thi. v.
Si quis suorum: ⁊ maxime domesticoruz
curam non habet fidem negauit ⁊ est ĩfi

deli deterioꝛ. ¶ Ipſa etiam irrationabilia
animalia de hoc dant nobis exemplũ. Di
citur enim de grue ꝙ quādo pater ⁊ ma-
ter eius depilati ſunt filij querunt eis ne-
ceſſaria donec habeant pilos vel moꝛiātur
¶ Preterea valde ingratus videtur eē q
parentibus ſuis nō pꝛouidet: quando ipſi
non poſſunt ſibi pꝛouidere cū ipſi pꝛoui
derint in eius pueritia quando ipſe ſibi ꝓ
uidere nō poterat. Ideo dicitur ad Ephe.
Filij reddite vicem parentibus: qꝛ hoc ac
ceptū eſt coꝛam deo. Qui parentibus car
nalibꝰ ingratus eſt de beneficijs acceptis
indignus eſt aliquādo beneficiū recipere
a patre celeſti. Item iuſtū eſt vt in ſua ſene
ctute filios ſuos ſibi duros inueniat: ⁊ hoc
multotiens iuſto dei iudicio accidit: vnde
refertur ꝙ quidam paterfamilias ſenex to
tam hereditatem ſuā dimiſit filio ſuo. Fili
us vero ille pꝛimo benigne ſe habuit erga
patrem: ſed poſt expulit eum a thalamo
ſuo volens thalamum habere ſibi ⁊ vxoꝛi
ſue. Et ad vltimum fecit ſibi lectum fieri
poſt oſtium. Et cum hyems eſſet: ⁊ pater
ſenex frigoꝛe grauaretur: quia filius abſtu
lerat ſibi bona coopertoꝛia ipſe rogauit fi-
liū filij vt rogaret patrem ſuum pꝛo eo vt
daret ſibi aliquid ad tegendum ſe. Puer
autem vix obtinuit duas vlnas burelli a
patre ſuo ad opus aui ſui. Et cum alie due
remanerent patri pueri: puer flendo roga
uit eum vt ſibi eas daret. Qui fletibus il-
lius victus dedit: querens qui inde faceret
qui reſpondit ſeruabo eas quouſq̄ ſis ta-
lis qualis eſt pater tuus. nec dabo tibi am
pliꝰ ſicut tu nō vis modo dare patri tuo
qui ſine pietate eſt erga parentes: nō vide
tur pietatem habere erga alios vnde ſim-
pliciter videtur mihi ſine pietate eē: ideo
vix miſericoꝛdiam cōſequetur. Poſſu-
mus etiam vti ad excitandum homines
vt parentes honoꝛent verbis ſacre ſcriptu
re que ſuadent hoc ⁊ que indicant quan-
tum hoc placeat deo ⁊ q̄ vtile ſit homini:
⁊ q̄tum oppoſitū diſpliceat deo ⁊ q̄tū no
ceat homini. Ad que pertinent verba iſta
que dicuntur Eccle. iij. Fili ſuſcipe ſenectā
patris tui: ⁊ non cōtriſtes illum in vita il-
lius. Et ſi deficit ſenſu veniā da. Et ne ſper
nas eum in tua virtute. Ibidem. Sicut q
theſauriẓat: ita ⁊ qui honoꝛificat matrem
ſuam. Idem. Qui honoꝛat patrem ſuum
iocūdabitur in filijs ⁊ in die oꝛonis ſue ex
audietur. Item ibidem. Qui honoꝛant pa
trem ſuum vita viuēt longioꝛe. Itē hono-
ra patrem tuū vt ſuperueniat tibi benedi
ctio: ⁊ poſt. Bñdictio pr̄is firmat domos
filioꝛum. Maledictio autem matris eradi
cat fundamenta. vnde ibi glo. Cham nudi
tatem patris irriſit: ⁊ ſemen ſuū in ſeruitu
tem ꝑpetuam dampnauit. Abſalon Dauid
de regno expulit ⁊ cōcubinas eius inceſta
uit: ſed moꝛte cōdignas penas luit. Heliſei
caluiciū pueri Bethel irriſerunt: ⁊ duo vr
ſi. xl. ex eis lacerauerunt. Pꝛimū hēmus
Gene. ix. Scdm. ij. Reg. xviij. Tertiū. iiij D
Re. ij. Itē Eccle. iij. Gloꝛia patris nō erit
in obliuione nā pꝛo peccato matris reſti
tuetur tibi bonū: Pꝛo peccato vocatur il
lud quod datur pꝛo delictione peccatoꝛū
Et ſubditur. In die tribulationis cōmemo
rabitur tui. Et ſicut in ſereno glacies ſoluē
tur peccata tua. Itē ibidem. Quā male fa
me eſt qui relinquit patrē ⁊ eſt maledictꝰ
a deo qui exaſperat matrē. Et Pꝛouer. xix.
Qui affligit patrem ⁊ fugit matrē igno-
minioſus erit ⁊ infelix. Itē Pꝛouer. xxviij
Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo: ⁊ mr̄e
⁊ dicit hoc nō eſt peccatū ꝑticeps homici
de ē: ⁊ Eccle. vij. Honoꝛa patrē tuū ⁊ ge-
mitus matris ne obliuiſcaris. Memento
qm̄ niſi ꝑ illos ñ fuiſſes ⁊ retribue illꝭ: quō
⁊ illi tibi. Exo. xxi. Si quis ꝑcuſſerit pr̄em
vel matrē moꝛte moꝛi. Leui. xx. Qui male
dixerit pr̄i vel matri moꝛte moꝛ. Deute.
xxvij. Maledictus q nō honoꝛat patrem
ſuū aut matrē. Tho. iiij. Honoꝛē habebis
mr̄i tue oībus diebꝰ vite tue. Memoꝛ enī
eſſe debes que ⁊ q̄ta paſſa ſit pericula ꝓp
te in vtero ſuo. Pꝛouer. xx. Qui maledic
pr̄i ſuo aut matri extinguet lumē eius in
medijs tenebris. i. moꝛietur in ſuis pecca-
tis. iij. ad Col. Filij obedite parētibꝰ ꝑ oīa.
Ba. filius. Parētes noſtros vt ꝓꝑria viſce
ra diligamꝰ. De hereticis. Apl's Ro. i. Pa
rentibus nō obedientes: ⁊ nobis quod ſi-
cut homines tenentur pꝛouidere neceſſa-
ria parentibus carnalibus: ſic ⁊ ſpūalibus
vn̄ Mat. x. Dignus. ē opari9 cibo ſuo. ij.
Ad Thi. ij. Laboꝛātē agricolā oꝫ pꝛimū
de fructibus percipere ad Gala. vi. Cōmu
nicet is qui cathꝫatur cum his qui cathe-
tiẓant in oībus. ij. ad Thi. v. Qui bene pre
ſunt pr̄bri duplici honoꝛe digni habeantur a

c.i.Theſa.v.Rogamus vos fratres vt no
ueritis eos qui laborant inter vos ⁊ ꝑſunt
nobis in dn̄o ⁊ monent vos vt hēatis eos
abundantius in caritate. Et Eccle.vij. In
omni virtute tua dilige eū qui te fecit ⁊ mi
niſtros eius ne derelinquas.

¶ De decimis reddendis: ⁊ que ſunt ea: q̄
debeant mouere hoīes ad hoc faciendū.

Multa vero ſunt q̄ hoīes debēt mo
uere ad reddēdū decimas ⁊ p̄mi
tias ⁊ oblatiōes miniſtris eccleſie
ad eorum ſuſtentationē. ¶ Primum ē re
muneratio quā a deo iū expectāt. vn̄. Eccle.
xxxv. Da altiſſimo ſcd̄z donatū eius ⁊ i bo
no oculo facito adinuētionē manuū tua
rū. q̄m retribuens ē dominus ⁊ ſeptiens tm̄
tibi reddet. ¶ Remuneratur aūt quadru
pliciter qui bene dat decimas. ſ. abundātia
fructuū: ſanitate corporis: remiſſione pecca
torum ⁊ celeſti regno. De duobꝰ primis di
cit Augu. Si decimā dederis nō ſolū abū
dantiam recipies fructuum. ſed ētſanitatē
corporis conſequeris. De aliis duobus idē
ſimiliter. Qui premium deſiderat cōpara
re aut peccatorum indulgentiā ꝓmereri
reddat decimas: ⁊ de ix reſiduis partibus
ſtudeat dare paupibus. ⁊ Malach. iij. Di
cit dn̄s Inferre oēm decimā i horreū meū
vt ſit cibus in domo m. ⁊ probate me ſup
hoc dicit dn̄s. Si non apperuero vobis ca
tharactas celi. ⁊ ef. vo. Benedictionē vſq̄
ad abundantia ⁊ increpabo pro vobis de
uorantem. Et dicit int. ſtermē vel vicium
aeris. Et ſubditur Et nō corrūpet fructum
terre veſtre: nec erit ſterilis vinea in agro.
E cōuerſo vero qui nō dant bene decimas
puniūtur in paupertate vnde Mala. iij.
Si affigit homo deū q: vos cōfigitis me:
⁊ dixiſtis in quo ꝯfigimus te In decimis
⁊ p̄miciis ⁊ in penuria vos maledicti eſtis.
Ecce pena vbi dicit Glo. Sciatis vos iō
perdidiſſe abūdātiam: quia fraudaſti me
parte mea. Augu. Cū decimas dādo ⁊ ter
rena ſimul ⁊ celeſtia poſſes ꝓmereri pro
auaricia duplici bn̄dictiōe te fraudas hoc.
n. dn̄i eſt cōſuetudo iuſtiſſima vt ſi illi de
cimā nō dederis tu ad decimā nō reuoce
ris. Dab impio militi q̄d nō vis dare ſacer
doti. Idem. maiores noſtri iō oībus copiis
abūdabant: q: decimas deo dabant ⁊ Ce
ſari cenſum reddebant mō aūt quia diſceſ
ſit deuotio dei acceſſit indictio fiſci. ¶ Se
cūdo deberent homines mouere ad ſoluē
dū decimas ⁊ alia miniſtris eccleſie ipſuꝫ
miniſterium eorū. In infinitum eni ſunt
meliora ſpiritualia que ipſi miniſtrāt quā
carnalia que ipſi recipiūt. vnde. i. Cor. ix.
Si nos vobis ſpūalia ſeminamus: nō ma
gnū eſt ſi nos carnalia veſtra metamus.
¶ Tertio deberet hoīes mouere ad ſoluē
dum talia magnitudo peccati que eſt in re
tinendo ea. vnde Augu. Decime ex debito
requirūtur ⁊ qui eas dare noluerit res alie
nas inuadit. Et q̄ti pauperes in locis ſuis
vbi ipſe habitat illo decimas nō dāte mor
tui fuerunt tantorum homicidiorum reus
ante eterni iudicis tribunal appebit. Quis
rem a domino pauperibus delegatā ſuis
vſibus reſeruauit. Talis videtur eſſe non
ſolū fur immo etiam ſacrilegus vn̄ Jero.
Amico rapere quippiam furtū eſt. Eccle
ſiam fraudare ſacrilegium eſt. Aut quod
apertiſſimi ſceleris eſt aliquid inde ſubtra
here omnium predonū crudelitatē exſu
perat. ¶ Quarto debet homo mo. ad ſol
uen. talia hoc quod quādo ipi talia ſoluūt
ipſi non ſua dant deo ſed que dei erāt ipſi
reddunt vnde Glo. ſuper numeri. Omnia
que offerimus dei ſunt. nihil ergo deo da
mus ſed reddimus vnde Aug. in libro de
verbis dn̄i. Habuiſti me largitorē habe
me feneratorē. Prouer xix. feneratur dn̄o
qui miſeretur paupi. ¶ Quinto dꝫ hoīes
mouere ad ſoluendum talia. q: quod deo
datur ſibiipſi in ſaluo ponitur ⁊ in futurū
reſeruatur. vnde Eccle. xiiij. Fili ſi habes
bene fac tecum ⁊ dignas offer oblationes.

¶ Quod decime reddende ſunt de melio
ribus integre: ⁊ abſq̄ mora: ⁊ libenter.

Et notandū eſt quod decime: ⁊ ſi
milia ſoluēda ſunt de melioribus:
⁊ nō de deterioribus. vnde. xxxv.
ſio inſeparabilis pro qualitate depoſiti.
¶ Quarta fatuitas eſt qꝺ precio illo quo
potuit emere regnū eternū ipſe emit infer
nale patibulum. Quinta fatuitas ē qꝺ
ipſe non curat qualis ſit: ſed qualis dicatᷣ.
Unde Jo. criſo. Jpocrita vt quid non vis
eſſe laudabilis qui vis vt lauderis? Quo
formoſum eſt apparere formoſius eſt eſſe
¶ Sexta fatuitas eſt: ꝙ ipſe care emit qꝺ
nihil ſcit valere. ſ. quod homines ferant te
ſtimonium bonum de ipo cuꝫ teſtimoniū
illud adeo qui iudex eſt ei⁹ non debeat re-
cipi. Ber. Ut quid alieno vel vnum ipſius
teſtimonio contentus ſum. cuius nec vitu
perio reprob⁹: nec laude dignus inueniar.
Si ante tribunal veſtrum iudicādus aſta
rem merito laude veſtra gloriarer. Nunc
autē ſolius xp̄i iudicio ſim preſentandus.
quante inſanie eſt mei: vł alterius iudicio
gloriari? Sicut Jo. dicit. Tres ſunt q teſti
moniū dant in celo: pater verbum: ⁊ ſp̄us
ſcilicet ⁊ horū teſtimonio ſtabitur in om-
nibus. Septima ſtulticia eſt quod ipſi
volunt ſe regere ſꝫm verba eorū quos ſciūt
ſtultos eſſe. ſ. hyſtrionum: ⁊ aliarum vilīū
perſonarū. Octaua ſtulticia eſt: ꝙ ama-
tor vane glorie rem illam amat quā melius
poſſet habere ſi non amaret. Quia ſcḋm
verbum ph̄i hoc ſoluꝫ habet humana glo
ria glorioſum quod ſe appetentes fugit: et
ſe fugientes appetit. Quinto pōt valere
ad deteſta. huius peccati ſi oſtendatᷣ: quam
cōtumelioſuꝫ ſit iſtud peccatū deo. ⁊ quaꝫ
nociuum homini.

¶ Quō hoc peccatū eſt deo cōtumelioſuꝫ
⁊ ꝓprio ſubiecto nociuum.

v Nde notanduꝫ eſt quod peccatuꝫ
iſtud vero deo contempto creatu
ram deificat. Amator enim vane
glorie ſe principiū facit. dum de operibus
factis gloriatur quaſi a ſe ea habuerit pro
ximū vero ſuum finem conſtituit dum eia
opera ſua facit vt videantur ab hominib⁹
⁊ ſic ydolatria cum creaturā alpha ⁊ o. cō
ſtituat. Unde Jo. v. Quomodo poteſtis i
deum credere qui gloriā ab inuicē queri-
tis: ⁊ gloriā que a deo ſolo eſt non vultis.

Amator vane glorie de ribaldo vno iudi-
cem ſuum facit ⁊ gloriā que ab eo eſt glo-
rie dei preponit: quod non ſit ſine magna
contumelia dei. Amator etiaꝫ vane glorie
ſp̄m puluerem vane glorie deo preponit.
Nocet aūt multū peccatum illud homini.
Aufert enim homini bona ſua ⁊ ſp̄ualia ⁊
temporalia. De tēporalibus patet hoc cuꝫ
videamus principes expendere quecunqꝫ
poſſunt habere propter vanam gloriam.
Quādoqꝫ etiaꝫ in bellis corpora ſua expo
nunt morti propter vanā gloriā. De ſp̄uali-
bus aūt bonis vnū eſt hoc quod vana glo
ria aufert ea. licet eniꝫ amatores vane glo
rie habeant ſimilitudinē bonorꝫ. tamē nō
habent vera bona. Sap̄. Apud ſapientes
ſunt honeſta: apud vero vulg⁹ ſimulacra
reruꝫ honeſtaruꝫ. Quidā ſenex in vitas
patrum. Sicut fieri nō pōt ſimul vt herba
naſcatur: ⁊ ſemē ita impoſſibile eſt vt lau-
dem ⁊ gloriā ſecularīuꝫ habentes ſimul ⁊
fructum faciamus celeſtem. Et nō ſolum
bona aufert homini: ſed etiā in mala con-
uertit. Jn ſeruitute etiā magna hominem
ponit. Et enim ſeruus amator vane glorie
hoīum illorꝫ quoruꝫ iudicia timet. iuxta il
lud apoſtoli. Qui me iudicat domin⁹ eſt.
Jn poteſtate etiam eſt hiſtrionuꝫ fingunt
enim eum talem qualē volunt. quandoqꝫ
enim adnihilant eum: quādoqꝫ magnifi-
cant. Seruus etiaꝫ eſt eorūdem: ita vt dei
cenſum eis veteres veſtes ſuper ſe ⁊ redi-
mat ſe ab eis. Etiam mēbra dei expoliat:
vt tales qui ſunt membra diaboli induat.
Ponit etiam hoc peccatū hoīem i magna
inſtabilitate ſꝫm Ber. verbum. Qui con-
ſcientias ſuas in alienis linguis poſuerūt
modo parui: modo magni: modo nulli vi
dentur. prout linguis hoīum eos laudare vł
vituperare placuerit. Jpſi iuxta ꝟbuꝫ ꝑs.
Aſcendunt vſqꝫ ad celos ⁊ deſcendūt vſqꝫ
ad abyſſos. Jpſi deſcendunt frequenter a
cogitationibus ſuis ⁊ frequēter faciunt ta
lem ſaltum ad qualē voluerunt iudei coge
re dn̄m. vt legitur Luc. iiij. Jpſi ſunt quaſi
galli in turribus eccleſiaruꝫ poſiti qui ad
oēm ventuꝫ mouentur. Prouer. vi. Ne te
ventiles in oēm ventum. Jpſi ſunt harun
do vēto agitata. Jpſi etiā ſunt palee. iuxta
illud Job. xxi. Erunt ſicut palee ante faciē
venti. Et Aug. Adhibe oris iudiciū ⁊ ſcies
quid palea: ⁊ quid granum. vitium illud

magnas vires hꝫ. Vñ Aug. Quales vires
nocendi habeat vana gloꝛia nō ſentit niſi
qui ei bellū indixerit. Quia ⁊ ſi cuiq̄ faci
le eſt laudē nō appetere cū negatur. diffici
le tamē eſt ea non delectari dum offertur.
Grego. Aliquantulū facile eſt humanam
laudem nō appetere. difficillimū aūt obla-
tam reſpuere. vana gloꝛia illos deuincit qui
cetera vicia deuicerunt. Jero. Difficili⁹ ar
rogantia caremus quā auro vel argēto et
gēmis interdum in his abiectis glorioſis
ſoꝛdibus tumemus. Aug. Sunt q̄ de con-
temptu inanis gloꝛie vani⁹ gloꝛiant̄. Ama
toꝛ. n. vane gloꝛie maledictus eſt. Maledi
ctus enī qui partē ſuā deterioꝛē facit. hoc
aūt facit ipſe dum vanā gloꝛiā pre ceteris
rebus appetit vana gloꝛia deterioꝛ ē alijs
poſſeſſionibus: ⁊ q꞉ breuioꝛ. Vñ Job. xx.
Gaudiū ypocrite ad inſtar puncti: ⁊ quia
multos dños hꝫ hō de poſſeſſione iſta. vñ
ab vno aufertur cū ab alijs cōceditur: ⁊ iō
nunq̄ pacifice poſſidetur. Quando enim
aliqs ab vno laudatur ipſe vituperatur a
multis: ꝓpterea vbi ꝑdeſt iſta potius ⁊ vl
tra modū ꝯſtat: nec ſolū ꝑditur: imo per-
dit poſſeſſoꝛē ſuū. Oſee. iiij. Gloꝛiā eoꝛum
in ignominiā cōmutabo: ⁊ i Apoc. Quā-
tū gloꝛificauit ſe ⁊ i delitijs fuit tantū date
ei toꝛ. Et Luc. Hoc vitiū poſt alia rema-
net. Vñ in li. ꝓſperi. Cū oia vitia ſupera-
uerit homo manet periculū ne mēs bñ ſibi
cōſcia poti⁹ in ſe q̄ in dño gloꝛietur. vitiū
iſtud inuadit res ſacras cū alia vitia eas
fugiant. cōmittatur enī iſtud in eccleſia i
ſeruitio diuino: ⁊ melioꝛes de eccleſia nitit̄
maculare: ſꝫ ⁊ religioſos: ſuccūbere ēt facit
i bello ſpūali. ſicut humilitas facit triūpha
re. Sicut. n. dñs virtutē tribuit ei q̄ de vi-
ctoꝛia dat ei gloꝛiā: ſic vires ſubminiſtrat
ei q̄ furatur gloꝛiā. ¶ Ultimo poſſunt va-
lere ad oſteſta. hui⁹ peccati figure qb⁹ pec
cata figurātur in ſacra ſcriptura.

¶ De nominibus vane gloꝛie: ⁊ quib⁹ re-
bus hoc peccatū aperitur.

E Notandū ergo quod vana gloꝛia
n quādoq̄ puluis vocatur. Hic eſt
puluis qui adheſit pedibus diſci-
puloꝝ. vt legitur Mat. x. Jdeo aūt puluis
vocatur vanagloꝛia vt oſtendat̄ qꝺ ſicuti
puluis eſt minima pars terre. ſic vana glo
ria minimū eſt inter bona tēpoꝛalia: ⁊ ſi-
cut puluis ledit oculos coꝛpoꝛis: ſic vana
gloꝛia oculū intentionis: vocatur etiā va-
na gloꝛia ventus: vt inſinuentur fatuos eē
qui eam eſuriunt. ventus enī hoiē inflan-
do ei nocet poti⁹ q̄ ꝓſit. Oſee. xij. Effraym
paſcat ventū. Et Jere. xxij. Oēs paſtoꝛes
tuos paſcit ventus. ventus iſte videtur eē
leuis. tamen trāſfert mōtes a regno dei ad F
regnū diaboli viros. ſ. ſpūales q̄ dicūt mō-
tes. vñ leuaui oculos meos ad montes: vē
tus iſte magnus naues ſubmergit in ma-
ri hui⁹ mūdi. ventus iſte valde timendus
eſt. Ducit. n. in infernū quaſi in ꝑceptibi-
liter. videnī enim ire in paradiſum. vana
etiam gloꝛia quandoq̄ vocatur oleum. vt
Mat. xxv. Vbi dicitur quinq̄ fatue acce-
ptis lampadibus nō ſumpſerunt oleū ſe-
cum. in fatuitate enī aſſimilatur oleo. Jn
veritate tamē gladius eſt inſenſibiliter ho
mines occidēs. vocat̄ etiā flos. Jſa. xxviij.
Erit ergo decidēs gloꝛia exultationis. flori
etiā aſſimilatur in hoc qꝺ cito areſcit. Vo
catur etiā vipera. Act. xxviij. Vbi legit̄ qꝺ
vipera manu Pauli adheſit vt oſtēdatur
quod ſicut vipera ſi manui adheſerit cito
excutitur ſi vana gloꝛia bono operi ſe imi
ſceat cito excutienda eſt. ¶ Figurat̄ etiam
vana gloꝛia ꝑ vxoꝛē quā dñs per Joſeph
ſibi ſolā retinuerat: vt legitur Gene. xxxix.
Vt oſtēdatur qꝺ dñs de operibus noſtris
vult gloꝛiā habere: ſed vtilitatē eoꝝ nobis
reliquit. Et ſic quaſi ad medicinam bona
noſtra adeo habemus. Qui autē ſibi ꝑtē
dei vſurpat. ſ. gloꝛiā merito partem ſuam
amittit. ſ. vtilitatē eternā vel mercedē. Fi-
gurat̄ etiā vana gloꝛia. Mat. xiiij. Per ſal
tatricē que caput Johānis fecit amputari
Vnde poſſet multū timere ille qui hāc ſal-
tatricē videt ante ſe. ꝑcipue ſi cogitet quot
millibus hoium caput amputari fecit. ſ. ſui
coꝛpoꝛis ſed caput nobiliſſimū qꝺ ē xp̄s.
Jdeo etiā ſpecialiter timendū eſt vicium
iſtud. q꞉ inſidiatur oculo ſpūali. ſ. intētioni
qui oculus ſi neq̄ fuerit totū coꝛpus tene-
broſū erit. ſ. tota cōgeries opeꝝ. Mat. vi.

¶ Diuiſiones vane gloꝛie.

Equitur de diuiſione vane gloꝛie
n Notā. ergo q̄ gloꝛia ꝑmo diuidit̄
in verā ⁊ vanā. Vera vero diuidi
tur i verā ſimpliciter ⁊ verioꝛē ⁊ veraciſſi
mā. vera gloꝛia ſimpliciter eſt bonū teſti-
monium cōſciētie. qñ. ſ. aliquis nulli⁹ pec
cati ſibi cōſcius eſt. Apoſtolus. Gloꝛia no-

ſtra hoc eſt teſti.o:c. verior vero gloria eſt
quãdo dulcedo ſpũs ſancti: manifeſte ſen
titur. qñ. ſ. ſpũs ſancti teſti. dat ſpiritui no
ſtro quod filij dei ſumus. veriſſima ẽ glo-
ria eterna. Uana vero gloria diuitur inter
diabolicam ⁊ humanã. ¶ Diabolica ẽ qñ
aliquis gloriat̃ de malicia. Dauid. Quid
gloriaris in malicia ⁊c. Poeta Gloria pec
cati nulla petenda fui eſt. ¶ Humana ve
ro diuiditur in carnalẽ ⁊ ſpũalez. Carna-
lis eſt gloria mundanoꝝ que eſt in pulchri
tudine veſtiuz ⁊ ſimilibus. Spiritualis ve
ro eſt vt gloria ypocritarum.

¶ De his que valent ad deteſtationez glo
rie carnalis.

n Otandũ vero q̃ carnalis gl'ia cõ
paratur lumini q̃d de nocte appa
ret: ⁊ de die nõ. Quale lumen hñt
vermes q̃ dicunt̃ nocticucẽ: ⁊ ſquame pi-
ſcium: ⁊ ligna putrida: nũc apparent diui
tes huius ſeculi lucidi ⁊ clari dum nox eſt
ignorãtie ⁊ culpe. In futuro vero tenebro
ſitas eorum apparebit quãdo erit dies do
mini magnus. ſ. in die iudicij. ¶ Cõparat̃
etiã gloria illa hirundini que auis pictu-
rata eſt ⁊ velociſſime volat. velociter eniz
tranſit gloria huius mundi: ⁊ depicta eſſe
videtur. Ad hãc referri põt illud. Tho. ij.
De nido hirundinum. Unde callida ſter-
cora ceciderunt que Tobiam excecauerũt
Quod verbum repoſitũ eſt in tractatu de
auaricia i capitulo in quo auaricia diuer-
ſis infirmitatibus comparatur. ¶ Gloria
etiam carnalis eſt velut puluis calens: ocu
los hominuz excecans: Eſt etiam flos qui
a pueris huius mundi vel potius a pueri-
libus colligit̃. De hoc flore legit̃ in Jere.
xlviij. Date florẽ Moab: q2 florẽs egrediet̃
⁊ Jſa. xl. Oĩs caro fenũ: ⁊ oĩs gl'ia ei⁹ q̃ſi
flos feni. Gloria iſta vere iſipienti ignomi
nia eſt. Uñ. ij. Macha. i. Gloria peccato-
ris ſtercus ⁊ vermis hodie extollit̃ ⁊ cras
nõ iuenitur. Gloria peccatoris eſt caro ei⁹
que eſt ſtercus. i. ſaccus ſtercorũ: ⁊ vermis
ideſt eſca vermium. Licet vana gloria ab
omnibus ſit contemnenda multum preci
pue tamen a clauſtralibus. Jero. Prima
virtus monachi eſt iudicia hoium cõtem-
nere. Non ſolum non deberet clauſtralis:
non gaudere cum laudatur: immo etiam
deberet turbari. Uñ beata v̉go cũ dixiſſet
angelus ad eam: Gratia plena: ⁊ bñdicta
in mulieribus: turbata ẽſt in ſermone ei⁹.

¶ De octo remedijs contra vanã gloriã.

s Equit̃ de remedijs cõtra hoc pec-
catũ. Et ſunt octo remedia cõtra
ipm. ¶ Primũ eſt abſconſio. Uñ
Jſa. xxxi. Erit vir ſicut qui abſcondet̃ a vẽ
to ⁊ celat ſe a tempeſtate. Et i vitas patrũ.
Sicut theſaurus manifeſtus cito minuit̃:
ita ⁊ virtus q̃libet deperit publicata. Naz
ſicut cera a facie ignis ſoluit̃: ita ⁊ anima
per laudẽ reſoluta perit ab itentione ſua.
hoc remedium figuratum eſt. Exo. iiij. In
manu Moy. que leproſa erat: ⁊ cuz miſſa
eſſet i ſinum ipſius facta eſt ibi ſana. Gre.
Jlle debet publicare bonũ quod agit qui
perfecta humilitate fundatur ⁊ nulla ela-
tione contingitur. ¶ Scõm remediuz eſt
dimiſſio: vt. ſ. homo deſcendat ad ꝓpriaz
infirmitatẽ: ſic enim ſolent facere equitã-
tes quando nimi⁹ ventus flat: ⁊ ipſi tran
ſeunt per aliquem pontem ipſi deſcendũt
ne ventus eis noceat. ſic qui laudatur dz
recurrere ad infirmitatẽ ſuam: ⁊ videbit
ſe falſo laudari: ⁊ ſic poti⁹ erubeſcet q̃ glo-
rietur. Boetius. Qui falſo predicantur ne
ceſſe eſt vt ſuis laudibus erubeſcãt. In vi-
tas patrum quidam frater requiſiuit ab-
batẽ pemenẽ. ſi melius eſſet in domo eius
q̃ cum alijs manere. Reſpondit abbas. ho
mo ſi ſeipſum reprehendit. vbiq3 põt con
ſiſtere. Si autem ſe magnificat nuſq̃ ſtat.
¶ Tertium remediũ eſt cõſideratio ignis
infernalis vel purgatorij. Hoc remedium
inſinuatur nobis. Act. xxviij. Ubi Paul⁹
viperam manui adherentem in ignez ex-
cuſſit q̃ ſpũaliter fit quãdo conſideratiõe
pene qua vana gloria punietur vanã glo
riã a ſe abijcit. ¶ Quartum remediũ con
ſideratio glorie eterne. Quia ſm Grego.
Uileſcunt temporalia cũ conſiderant̃ eter
na: ⁊ ſpecialiter vileſcit vana gloria ſi con
ſidereretur gloria vera. ¶ Quintuz reme-
dium conſiderationis eſt vilitatis vane
glorie que apparet ex hoc quod venalis ẽ
quod inſinuat dñs. Mat. xxv. vbi ſic legit̃
ne forte ſuffi. vo. ⁊ no. ite. po. ad ven. ⁊c.
Teſti. venale repellẽdũ eſt. Apparet eniz
vanitas vane glorie ex vilitate perſonaruz
apud quas habet̃. A vilibus. n. perſonis
quõ põt quis habere gloriam niſi in leui.
Preterea odiunt bonũ ⁊ diligũt malum:
⁊ ꝓpter hoc teſtimoniũ eorũ repellendũ

eſt: ⁊ de bono: ⁊ de malo. de altero ratione
amoris de reliquo ratione odij. Amor enī
vel odium veritatis neſcit iudicium iuxta
verbum beati B. ¶ Sextum remedium
eſt conſideratio magne infidelitatis que ē
in hoc peccato valde enim infidelis ē qui
aufert deo partem ſuam quā in bonis no
ſtris retinuit. Bene deberet homini ſuffice
re pars illa quam deus ei conceſſit cū do
mini ſint omnia exemplum fidelitatis no-
tabile habemus. ij. Re. xij. De Joab prin
cipe milicie qui ſcripſit ad David Dimi-
caui aduerſus Rabath ⁊ capiēda eſt vrbs
nunc congrega reliquam partem populi
⁊ obſide ciuitatē ⁊ cape eam ne cū a me
vaſtata fuerit vrbs noīe meo aſcribatur vi
ctoria. B. Fidelis re vera famulus eſt ſi de
multa gloria domini tui ⁊ ſi non ex cari-
tate ex te tamen tranſeunte parte in mani
bus ſuis adhibere nihil cōtingat. Si quis
ſuper pauca fidelis inuentretur ipſe ſuper
multa bona domini ſui cōſtitueretur. Glo
ria vel laus quedam probatio hominū eſt
vtrum ſint domino fideles vel infideles.
vnde Prouer. xxvij. Quō probatur in cō
flatorio aurū ⁊ in fornace argentū ſic pro
batur homo ore laudantiū. ¶ Septimū
remediū eſt ꝙ qñ offertur hoi gloria offe
rat eā regi glorie cuius eſt dicēs. Non no-
bis dñe nō no. ſed nomini tuo da gloriā:
vel illud Gloria in excelſis deo. ſi ita aſſue
uerit vana gloria cōtra eam non tantā viꝫ
habebit cōtra eum quantam viꝫ habebat
prius. ¶ Octauū remediū eſt ꝙ hō opus
illō cui vana gloria adheret dimittat cogi
tās illud opus eē amiſſū ⁊ potius de illo
eē flendū ꝙ gloriandū. Quod remediū fi-
guratū eſt Geñ. xxxix. In hoc qđ Joſeph
reliquit pallium cui dña ſua adheſit.

¶ De ypocriſi. liiij

D Icto de peccato vaneglorie dicen
dū eſt de ypocriſi: qꝛ hoc peccatū
ex illo ꝓcedit: ꝓpter hoc enim qđ
qs amat vanāgloriā ſimulat ſpē ſanctita-
tē. Agemus āt hoc modo: de pctō. Pri-
mo ponemus ea que faciunt ad dete. hui⁹
peccati. Secundo aſſignabimus diuer
ſas ſpecies ypocriſis.

¶ Octo ad deteſtationem ypocriſis.

A N Otādū ergo qđ octo ſunt que poſ
ſunt valere ad dete. huius peccati.
¶ Primo verba ſcripture: que illō
diſſuadent: vt eſt illud. Eccleſi. i. Ne fueris
ypo. in cōſpectu hoīū: ⁊ illud Deut. xxij.
Nō indueris veſtē que ex lana linoqꝫ cō-
texta eſt. Per linū ꝙ ſubtilius eſt cogitatio
nes ſuperbie intus clauſe itelligunt: p la
nā que alba eſt opera extra lucentia: vnde
in ypocrita ſub lane groſſicie linū iacet: qꝛ
ſub puritatis imagine deprehendi calidi-
tas non valet: ⁊ ob h̄ clauſtrales nō lineis
induunt ad carnē. Qđ diſſuadet. Mat. vij.
Ubi ſic legitur. Cum facis elemoſynā noli
tuba canere ante te ſicut ypo. fac. Et poſt.
Cum oratis non eritis ſicut ypo. ¶ Secū
do pōt valere ad deteſtationē huius pec-
cati ſi ypocrita diuerſis generibus rerum
comparetur.

¶ Quibus rebus aſſimilatur ypocrita.

N Otandū ergo ꝙ ypocrita ē ſimia
diaboli volens imitari filios dei
⁊ qđ filij dei faciant ad ſui decora
tionem ipſe facit ad ſui iugulationē ſicut B
refertur de quadā ſimia que cum vidiſſet
quomodo quidā raſor raſiſſet: poſtea vo
lens imitari eum iugulauit ſe. Ipſe etiam
ſimiles ſunt ſterquilinio niue cooꝑto qđ
eſt exterius candidum intus fetidum: ipſe
etiam eſt vt ſepulchrū exterius dealbatum
intus vero plenum oſſibus mortuorū vt
legitur. Mat. xxiij. ¶ Itē ſimilis eſt vaſi
exterius mundo interius ſordido. Item ſi
milis eſt cigno exterius candido interius
vero habenti carnes nigras. Similis ē et
ſtructioni q̄ ſiles pēnas hꝫ accipitri: vnde
Job. xxxix. Struccionis pēna ſimilis ē pēne
herodij ⁊ accipitris qñ derelinqt oua ſua
i terra: ypocrita oua ſua relinqt i terra dū
ex opib⁹ ſuis mercedē terrenā q̄rit: vñ pec
catū ypocriſis ꝓhibet Leui. xi. Ubi prohi
bemur comedere cignū ⁊ ſtructionē. i. aſſi
milari eis. Itē ypocrita ē lup⁹ pelle ouina
indut⁹. vñ Mat. vij. Attēdite a falſis ꝓphe
tis q̄ ve. ad vos in. v. o. ⁊c. Eſt etiā āgelus
tenebrarū trāſfiguratus in angelū lucis ⁊
demoniū meridianū ⁊ latro q̄ a ſiniſtris
cū dño pependit. Et martyr diaboli. Et ſi
cuti ſcti viri dicunt dño qm̄ ꝓpter te mor-
tificamur tota die ſic ypocrite poſſūt ei di
cere qm̄ ꝯtra te mortificamur tota die: ypo
crita eſt ſymō cyreneus crucē ferēs alienā
vñ. B. Faciūt fructū ſed non ſuū ypocrite
cū ſymone cyreneo crucē ferūt ſed nō ſuā
qui amore glorie qđ nō amāt facere cōm-

pellimtur: ypocrita etiã eſt harundo: iuxta
illud. Mat. xi. Quid exiſtis in deſertuz vi
dere. harũ: ven. agi: ypocrita ad modũ ha
rundinis nõ habet radicẽ intentionis firmã
i ſolido. i. in eternis. Lanuginẽ habet pro
fructu. Sap. v. Spes impij quaſi lanugo:
lanugo iſta gloria vana eſt quaz ypocrita
totis viribus amplectitur: vnde Sapiẽs.
Uirtutis fructũ ſapiẽs in cõſciẽtia minus
perfectus ponit in gloria. Interius vacu⁹
eſt: exterius lucet: omni vẽto tẽtationis agi
tatur manuz innitentis ſibi perforat: quia
hoies in eo cõfidẽtes decipit: ypocrita ẽt ẽ
vulpes animal. ſ. fetidũ ⁊ doloſum: cuius
pellis pualet carni: vñ Eze. xiij. Quaſi vul
pes i deſerto pphe tui iſrael erãt. Ypocrita
eſt ſimilis ſichen qui circũcidit ſe vt dynã
haberet in vxorẽ: nõ tamẽ circunciſio illa
ſeruauit eum a gladio ſymeonis ⁊ Leui.
Sic aliq ab aliqbus malis abſtinent vt ec
cleſias poſſint habere: nõ tamẽ ppter hoc
gladius verbi diuini debet eis pcere: vbi
homo videt qd põt pdeſſe cum cõſtet oĩa
mala eſſe que fiunt ambitioſa intẽtione.
Ypocrita ſe mortuũ ſimulat mũdo cuz in
veritate viuus ſit donec habeat vnaz ma-
gnã prelationẽ in qua delicijs poſſit vaca
re: tunc aperte oſtẽdit qd viuus eſt. Sicut
fabuloſe refertur de vulpe que mortuã ſe ſi
mulauit donec poſita fuit ſup quadrigam
in qua erant alecia: tunc comedẽdo aleciã
ſe viuam oſtendit. Ipſi etiam mercatores
ſunt pelliũ anguillarũ dum exteriorem cõ
uerſationem vendunt hoibus. ¶ Tertio
põt valere ad deteſta. huius peccati pena:
q̃ ſcriptura eis cõminatur: ⁊ eſt vna pena
qd nunq̃ videbunt faciẽ dei niſi cõuertã-
tur. Job. xiij. Non veniet in cõſpectu eius
omnis ypocrita. Nec mirũ cũ deus nõ ſit
ante faciem ypocrite. Omnia enim opera
ſua facit vt videat̃ ab hoibus: hoc eſt vnũ
qd multũ placet deo quod homo cor ſuuz
ſemp habeat ad deũ: vñ ſuper illud firma
bo ſuper te. o. m. dicit Glo. in perſona dñi.
Non auferam oculos meos a te: quia tu
ſemp leuas oculos tu. ad me. Alia pena ẽ
magna villificatio magna que ſequit̃ hoc
peccatũ in futuro: ⁊ freqũẽter etiã in pñſen
ti: vnde Job. xx. Si aſcenderit vſq ad ce-
lum ſupbia eius ⁊ caput eius nu. teti. quaſi
ſterq̃li. in fi. per. ¶ Quarto poteſt valere
ad deteſta. y. qd ypocrite vix cõuertantur.
Cui⁹ rei triplex ratio põt aſſignari. ¶ Pri
ma eſt qd ypocrita vix veniaz petit a deo:
vnde ſup illud. Job. xxxvi. Nõ clamabunt
cũ victi fuerint. dicit. Glo. Uicti nõ clama
bunt quia humane laudis auiditate ſupe
rati ſanctos ſe miſceri etiã cũ moriuntur i
peccatis putant. ¶ Scda eſt q: ſpũs ſan-
ctus fugit eos ſine quo ↄuerti nõ poſſunt
vnde Sap. i. Spũs ſanctus diſcipline ef-
fugiet fictuz. i. ypocritam qui fingit ſe dei
amicũ cum ſit inimicus. Tertia eſt qa
diabolus neſcitur eẽ in eis: ⁊ ideo nõ inge
tatur ibi: vñ dormit ibi diu. Job. xl. Sub
vmbra dormit in ſecreto calami. Quar
ta etiã ratio poteſt aſſignari per hoc quod
ipſi defendũt ſe cũ arguũtur: vnde Jud. i.
dicitur. Fuit dñs cũ iuda ⁊ mõtana poſſe
dit nec potuit delere habitatores vallis: q:
falcatis curribus habũdant: hoc eſt in cur
ribus eorũ falces erant: que ſibi obuiantia
vel aduerſantia ſecabant. Uallis habitato
res ſunt ypocrite: qui eos qui reprehendũt
illos cõuitijs ſcindunt. Propter qd ſcirpo
cõparatur ypocrita. Job. viij. Nunqd vire
ſcere põt ſcirpus ſine humore aut creſcere
carectũ ſine aqua? Glo. Scirpus intus eſt
vacuus: carectum manũ ledit. quia ypocri
ta gratia vacuus eſt: ⁊ correctionẽ nõ reci
pit: ſed ad dilacerandũ vitaz prũpit tanq̃
exprobratio alterius criminis abſterſio ſit
pprij. Quinto poteſt valere ad deteſta.
huius peccati ſi oſtẽdatur q̃ nociuũ ſit ho
mini. vnde No. eſt q valde nociuuz eſt ei.
Ad q̃ ſignificandũ fermẽto cõparat̃. Lu.
xij. vbi legitur Attendite a fermẽto phari
ſeoꝝ quod eſt ypo. Modicũ fermẽti iuxta
verbũ apoſtoli totã maſſam corrũpit pec-
catũ iſtud falſificat opera hoĩs: bene ope-
ra ypocrite ſunt. velut falſa moneta exteri B
us deaurata. Sunt etiam velut poma que
inueniuntur in arboribus que ſunt circa
mare mortuum: que vſq ad maturitatem
ſunt viridis coloris. Matura ſi incidas fa
uillas intus inuenies. Uidẽtur eni opa eo
rũ meritoria eſſe ſed in futuro erunt mala
ignis infernalis. Peccatũ iſtud hominez
inperceptibiliter occidit. Unde videntur
ypocrite viui eſſe vita anime cũ ipſi mor-
tui ſint. vnde in Apocal. Scio opera tua:
q nomen habes qd viuas ⁊ mortuus es.
Sexto põt valere ad dete. huius pecca-
ti ſi oſtẽdatur magna fatuitas que eſt in

ypocritis qui carne ⁊ ſanguine paſcũt ho minum oculos. Exter minãt enim facies: ſ. vt appa. ho. ie. Sicut legit̃ Mat. vi. Ipſi etiã quotidianis cruciatib⁹ mercãtur eternum cruciatũ. Ipſi alijs operãtur. Opera enim eorũ alijs per bonũ exemplũ proficiunt: ſibi vero nocẽt. Similes ſunt cãdele que alios illuminat ⁊ ſe cõſumit. Septimo põt valere ad dete. huius peccati hoc ꝙ totiens dñs in euangelio ypocritas reprehẽdit. Mat. xvij. Ypocrita eijce primũ de. o. t. tra. Itez ypocrite bene de vobis ꝓphetauit Iſa. In mltis alijs locis. Octauo vero poſſunt valere ad dete. huius peccati. vij. maledictiões quas legit̃ dñs feciſſe. Mat. viij. ſuper ypocritas Quaruz prima eſt: ve vobis ſcri: ⁊ pha. ypo. qui clauditis re. ce. ante ho. Uos eni: nõ intra. nec ſiroe. ſi intra. Secũda ve vo. ſcri. ⁊ pha. qui circuitis mare ⁊ aridam ⁊c. Tertia ve vo. ſcri. pha. ypo. qui cõtrahitis domos viduaruz in oratione longa. Quarta ve vo. ſcri. ⁊ pha. ypo. qui decimatis mẽtã ⁊ anetum ⁊c. Quinta ve vo. ſcri. ⁊ pha. ypo. qui mundatis quod deforis eſt ⁊c. Sexta ve vo. ſcri. ⁊ pha. ypo. Qui ſimiles eſtis ſepulchris dealb. ⁊c. Septima ve vobis ſcri. ⁊ pha. qui edificatis ſepulchra prophetarũ ⁊c. Sed cuz ypocrite viles videãtur eſſe eccleſie dei bonũ exemplũ hominibus miniſtrando ⁊ hoſtes eccleſie terrendo: ſicut formido terret aues ſ horto ⁊ diabolum incarceratum teneant ne ad alios poſſint trãſire. Queritur quare dñs ypocritas ita perſequitur. Preterea dicit. Iero. ſup Iſa. Et prima tabula poſt naufragiũ eſt abſcondere peccatũ ſuuz ⁊ non publicare. Itez minus malus videtur qui malus eſt interius tantuz: ꝗ qui malus eſt interius ⁊ exterius. Minus peccare videt̃ qui tantũ peccat in deũ occulte peccando ꝗ ille qui peccat aperte cũ peccet in deũ ⁊ in proximũ. Ad qd̓ dicendũ eſt: qd̓ hoc haberet locũ vbi aliquis peccatũ ſuũ occultaret bona intẽtione ne alios corrũperet. Sz aliud eſt vbi peccatũ occultat vt eccleſiam decipiat: ⁊ quãdo ſanctitas ſimulat̃ vbi nõ eſt. Simulata enim eqtas nõ eſt equitas: ſed duplex iniquitas. Et ſicut dicit Iero. ſuper Iſa. De duobus malis leuius ẽ aperte peccare: ꝗ ſanctitatem ſimulare. Cã autẽ quare dñs ita perſequitur ypocritas põt eſſe hoc: ꝙ ipſi proditores ſunt: ſimulãtes ſe eſſe ex parte dei: ⁊ ſunt ex parte diaboli videntur eſſe amici: ⁊ ſunt inimici: ⁊ ideo multum poſſunt nocere eſſe dei. Unde heretici per ypocriſim homines decipiũt. Et antixp̃s qui caput erit maloꝝ ꝑ ypocriſim hoies decipiet. Sap. Nulle ſunt occultiores inſidie: ꝗ. que latẽt ſub ſimilitudine officij: ad Thi. primo. iiij. Spũs ſctũs manifeſte dicit quod in nouiſſimis tpibus diſcedent quidaz a fide attendentes ſpiritibus erroris: doctrinis demonioꝝ in ypocriſim loquentium mendacium.

¶ De ſpeciebus ypocriſis tribus.

Egitur de ſpeciebus ypocriſis. Et poſſunt diſtingui tres ſpẽs ipſius ypocriſis. ¶ Prima eſt quãdo aliquis coraz hominibus ſimulat ſe obedire deo ⁊ in occulto nõ timet eum offendere. ¶ Secũda eſt quãdo in occulto ⁊ in apto opera bona facit vt ſanctus ab hominib⁹ videatur. ¶ Tertia ſpẽs eſt quando aliqs minorem ypocriſim relinquit vt in maiori ⁊ ſublimiori ypocriſi permaneat: vt cuz aliquis requiſitus an ieiunet. dicit domin⁹ ſcit: vt dicatur ypocrita nõ eſſe. In prima ſpecie bonitas in operibus exteriorib⁹ tm̃ apparet. In ſecunda vero in occultis ⁊ in aptis: ſed non in intẽtione. In tertia vero ſpecie pretenditur bonitas intentionis. In prima multum occultatur diabolus. In ſecunda magis: In tertia maxime.

¶ De octo remedijs cõtra ſuperbiã. iiij.

Oſtꝗ poſuim⁹ ea que poſſunt valere ad deteſta. ſuperbie ⁊ i cõmuni: ⁊ poſuimus diuiſiones pertinẽtes ad hoc peccatum: ⁊ membra proſecuti ſumus: vltimo tangemus de remedijs cõtra ſuperbiam. Et cauſa breuitatis ponemus. viij. ¶ Primum eſt melioris cõſideratio: vnde Grego. Sicut incentiuum elationis eſt reſpectus deterioris: ſic cautela humilitatis ẽ cõſideratio melioris. ¶ Secundum remedium eſt cohabitatio humilium. Sicut enim ille qui cõmunicauerit ſuperbo induet ſuperbiã: vt legitur. Eccleſi. xiij. Sic qui cõmunicauerit humili induet humilitatẽ. Ep̃s parieñ. Odo ſem per poſuit deſpectiores pauperes ante ſe ⁊ alios a latere. Requiſitus autez quomodo hoc faceret vel quomodo poſſet tollerari: reſpondit quod quedam nobilis mi

les tum docuerat. Job. ſcilicet dicens. Vi-
ſitans ſpeciem tuam non peccabis. Ter
tium remediũ eſt cõſideratio vilitatis cor
poris: que vilitas precipue apparet i incõ-
ceptione. Tunc eſt enim ſperma vile: et in
fine: tunc enim eſt cibus vermium. In me
dio autem vite eſt vas ſtercorũ. In mich.
Humiliatio tua in medio tui eſt. Jero. Quo
modo ſuperbiat qui ſemper ſecũ ſentinã
portat. Quartum remediũ eſt exem-
plum xpi. Augu. Medicina tumoris hoīs
eſt humilitas xpi. Erubeſcat homo eſſe ſu
perbus quia humilis factus eſt xps deus.
Intollerabilis eſt ſupbia qđ miles ſedeat
ſuper ſcamnũ cum rex iuxta eum ſedet ad
terram. ¶ Quintum remediũ eſt conſide
ratio vilis ſeruitutis in qua homo ē ſi ipſe
ſuperbus eſt: quia ſeruus eſt diaboli. Ipſe
enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbie:
vt legitur in. Job. xli. ¶ Sextum remediũ
eſt cõſideratio illius diſtricti iudicij quod
ſpāliter erit ad humiliandũ ſuperbos: vbi
iudicium duriſſimum his qui preſunt fiet
ibi dominus retribuet habundãter facien
tibus ſuperbiam. Iſa. ij. Dies domini ſup
omnem ſuperbum arrogantem et i Iſa.
xxxiij. Pedibus cõculcabitur corona ſup-
bie. ¶ Septimũ remediũ eſt miſeria hui9
mundi vnde. Job. vi. Sagitte domini in
me ſunt quare indignatio ebibit ſpiritũ
meũ ſpiritum inq̃ ſuperbie. Octauũ re
mediũ conſideratio infirmitatis que in
nobis eſt tã ex parte anime q̃ ex parte cor
poris: ex parte anime adeo infirmi ſumus
vt nec leui contagioni poſſumus reſiſtere:
nec verbũ modicũ ſuſtinere quin ab illo
deiciamur. Ad modicum etiam flatũ ſug
geſtionis diabolice igne infernali toti ſuc-
cendimur: et omnia bona que feceremus
amittimus. Ex parte etiam corporis adeo
infirmi ſumus vt nec pulicibus reſiſtere
poſſumus. Augu. Homo dicit tibi cõuitiũ
et tumes et iratus es: pulicibus reſiſte vt
dormias. Ad diſtemperantiam febrilis ca
loris et ad vnum paruum apoſtema in ci
nerem et puluerẽ corpus noſtrũ reſoluitur
¶ De inuidia que eſt filia ſuperbie:

## Eſt vitium ſuper

p bie ſequitur de inuidia quia
ipſa eſt filia ſuperbie: de quo
hoc ordine dicemus primo ponemus ea
que poſſunt valerẽ ad deteſta. huius vitij.
Secundo tangemus aliquid de ſpecie
bus eius. Tertio de remedijs ꝯtra hoc
vitium. Inuidia ſcđm Augu. eſt dolor
aliene felicitatis.

¶ De his que valent ad deteſtationem in
uidie.

D deteſtationẽ huius vitij primo
a facit hoc quod vitiũ iſtud eſt pec A
catũ in ſpiritum ſanctũ. vnde in-
uidia ſcđm vnam acceptionẽ dicitur pec-
catũ qđ eſt cõtra bonitatẽ que ſpiritui ſan
cto appropriatur: et ſic omne peccatũ qđ
eſt ex certa ſcientia malitia eſt peccatũ in
ſpiritum ſanctum: vnde inuidia cũ ſit ex
certa malitia eſt peccatum in ſpiritum ſan
ctũ qđ etiam patet per diuiſionẽ peccati
in ſpiritũ ſcilicet quia diuiditur in peccatũ
obſtinationis et impugnationis. Obſtina
tus in ſpiritũ ſcilicet peccat quia in bonita
te dei que hominẽ a penitentiam expectat
que cum quãuis hoſtis eius ſit paſcit et ve
ſtit cum a demonibus defendit qui eum
iugularent: et ipe ingratus bonitati dei eſt
impugnat et a bonitate dei colligit mali-
ciam. et ex miſericordia dei theſaurizat ſi-
bi iram. Impugnatio vero diuiditur i im
pugnationem veritatis agnite que eſt in
apoſtatis et impugnationem gratie que ē
in inuidis qui gratiam dei in hominibus
odiũt et perſequũtur. Sic ergo manifeſtũ
eſt quod inuidia peccatum eſt. Mat. xij.
Qui dixit cõtra ſpiritum ſanctũ verbum
non remittetur ei nec in hoc ſeculo nec in
futuro. i. vix remittetur ei. Secũdo facit
ad deteſtationẽ huius hoc quod ipſum eſt
oppoſitum caritati: vnde cum caritas ex-
cellentiſſima virtus ſit: inuidia peſſimum
vitium erit: vnde peſſima vocatur. Gene.
xxxvij. Fera peſſima deuorauit filium meũ
Joſeph. Peior eſt inuidia quam auaritia. B
Auarus enim et ſi nõ vult communicare
bona ſua tamen vult quod alius ea cõmu
nicet. De bonitate ipſa dei dolet ipe quod
ipſa nõ eſt auara hominibus. Sibi tamẽ
vellet eam eſſe largã et omnibus alijs aua
ram. Immẽſitatẽ bonitatis diuine vellet
aliud ſe coartari: peior etiam eſt inuidia q̃
ira vel odium. Quãuis enim homo irat9
vel odiens alium vellet malum proximi
ſui: tamen mala voluntas ipſius ortum ha
buit a malitia proximi qui eum offendit:

vnde proximꝰ culpabilis ē. Sed malicia
inuidi qua vult malum proximi ortū ha-
bet ex propria malicia.ſ. a ſuperbia q̄ vult
illum ſibi primum parificari: ⁊ vult ma-
lum primi: ideo omnino abſq̄ culpa eius.
¶ Tertio facit ad deteſta. huiꝰ vitij quod
hoc vitium pure malum eſt. Quando dia
bolus capit homines alijs vitijs ipſe aliq̄
delectationem ponit tanq̄ eſcam: ſed inui
dos miſerius capit quia ſine eſca delecta-
tionis. Inuidia enim dolor eſt ⁊ amaritu-
do: vnde mirabiliter ceci ſūt inuidi q dolo
rem iſtum preponunt gaudijs eternis qui
dolore ⁊ cruciatu quotidiano dolorē eter
num merentur: ⁊ dolori q̄ſi eſca eſſet adhe
rent donec perueniant ad dolorē eternū.
¶ Quarto facit ad deteſta. huiꝰ vitij hoc:
ꝙ vitiū iſtud diabolicū eſt ⁊ diabolo aſſi-
milat. Vn̄ Sap. ij. Inuidia diaboli mors
intrauit in orbē terrarū. Immitantᷣ eum qui
ſunt ex parte ipſius. Diabolus ideo paren
tes noſtros ſeducere voluit, q: inuidebat
eis regnum celorū quod ipſe perdiderat.
Et ꝑpter eandem cām adhuc hoīes impu
gnat. Unde diabolus inuidens parentibꝰ
noſtris temptauit eos in forma ſerpentis.
¶ Quinto vero facit ad deteſta huius vi
tij hoc: ꝙ vitium iſtud veneratiſſimū eſt
Unde ſuper illud ad Gal. v. Non efficia
mur inanis glorie cupidi inuicem prouo.
inuicem inui. Dicit Gre. Sciendum eſt ꝙ
cū per omne vitium antiqui hoſtis virus
humano cordi iſundat: in zelo inuidie tota
viſcera ſua ſerpens cōcutit. ⁊ in hac ꝑi-
menda quaſi peſtem vomit. Inuidi quaſi
dracones ſunt. Vn̄ Iob. xxx. Frater fui dra
conū ⁊ ſocius ſtructionum. Ipſi ſunt geni
mina viperarū. Mat. iij. Progenies vipe-
rarū q̄s demonſtrabit vobis fugere a vē
tura ira? Immo ſerpentibus peiores videͣ
tur eſſe. Serpens enim vnꝰ ſerpētē aliū
non perſequiᷣ. Homo vero inuidus alios
perſequiᷣ. Inuidi ſunt velut cyconie que
venenatis animalibus veſcunᷣ. Vn̄ Poe-
ta deſcribit inuidiam carnes vipereas co-
medentē. ¶ Sexto facit ad deteſta. huius
vitij hoc: ꝙ vitiū iſtd magne poteſtatis ē.
Eſt enim quaſi ignis grecus qui in aquis
glaciarū accendit. Ex quo hoc vitium cor
alicuius occupauit. Iam ille nullū ſcelus
abhorreret. Non parcit nocēti neq̄ inno-
centi. Non timet homicidiū imo nec fra-
tricidiū nec patricidium. Non pepercit dia
bolus parentibus noſtris qui innocentes
erant q̄n mortē eorum ꝓcuraret. Inuidia
excitatus caym nō pepercit abel fratri ſuo
inocenti q̄n eū occideret quod ſola inui-
dia fecit. Gene. iiij. Nō pepercerūt filij Ja
cob fratri ſuo Joſeph innocenti quin eū
venderent qua inuidebant ei: imo volebāt
eum occidere. Geñ. xxxvij. Nolebat etiam
parcere ſaul Dauid: q ei valde vtilis erat
quia inuidebat ei. Noluerūt ēt iudei parceᷣ
deo q̄n facerēt occidi ſola inuidia excitati.
Mat. xxvij. Sciebat enī quod ꝑ inuidiā tra
didiſſent eum. ¶ Septimo facit ad dete-
ſtationē huius vitij hoc: ꝙ vitium iſtud
non de facili curaᷣ. Unde Cyprianus ſup
illud ad Gal. Nō efficiamur inanis glorie
cupidi ⁊c. Loquens de zelo inuidie dicit.
zelus iſte mundū nō ꝑmanens fugiter ſine
fine. Cum alia firmanᷣ ſcelera quātocūq̄
ille cui inuidetur ſucceſſu meliore ꝓfecerit
tanto inuidus in malus incendium liuo-
ris ignibus inardeſcit. Nec mirum ſi vix
curatur vitiū iſtud cum ſit peccatum i ſpi-
ritū ſanctū: ⁊ cū ſit quaſi ignis grecus qui
non de facili extinguitur. Inuidia ē quaſi
rubigo ferro adherens: que nō de facili re
cedit. Baſilius. Sicut rubigo ferrū ſic inui
dia animam in qua naſcitur corrumpit.
Prouer. xxv. Aufer rubiginē de argento.
¶ Octauo facit ad deteſta. huius vitij hoc
ꝙ vitiū poſtq̄ eſt in alio:ſta eum occupat
vt etiā exterius ſe oſtēdat. Unde Cypria-
nus loquens de inuido dicit huic vultꝰ mi
nax toruus aſpectus: pallor in facie. i labijs
tremor: ſtridor in dentibus: verba rapida
⁊ effrenata conuitia: ⁊ manus ad violen-
tiā prompta. ¶ Ad idē valet deſcriptio
inuidie q̄ ponit Poeta dicēs. Pallor in o
re ſedet macies in corpore toto. Nuſq̄ eſt
recta acies liuent rubigine dentes: pecto-
ra felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt niſi quem fecere dolores. Nec
fruitur ſomno vigilantibus excita curis.
Et videt ingratos tabeſcitq̄ videndo ſuc-
ceſſus hoīum carpitq̄ ⁊ carpitur vna ſup
pliciūq̄ ſuū eſt. ¶ Nono vero facit ad de-
teſta. huius vitij hoc: ꝙ vitiū iſtud infelicif
ſimum eſt. Infelicitas inuidi patet ex hoc
ꝙ ipſe excecaᷣ ex hoc. vnde debuit illumi-
nari: vnde de inuidis legitur Job. v. Per
diē incurrent tenebras. Et quaſi in nocte

ſic palpabunt in meridie. Ubi dicit Gre.
Mens inuidi cũ de alieno bono affligit
de radio lucis obſcuratur. Et ſubdit. Dies
boni operis in proximo licet exterius: ſꝫ q̃ſi
in nocte palpant inuidi: qꝛ liuore ceci aliq̃
que reprehendant inuenire ſatagunt. Ipſi
ſunt vt noctue que lucem bonoꝝ operum
odientes: ⁊ tenebras maloꝝ operũ aman-
tes. Bona opera proximi ſunt velut candele
lucem boni exempli nobis adminiſtrãtes
Sed inuidi de candelis oculos ſibi eruũt
Ipſi ſunt ſimiles heli qui nõ poterat vide
re lucernã donec extingueretur. vt legit. i.
Reg. iiij. Infelicitas etiã inuidoꝝ patet ex
hoc ꝙ ipſi de pfectu aliorũ deficiũt ꝯ me-
lioratione deteriorantur. Unde Gre. Inui
di debent perpẽdere quãte ſint cecitatis: q
alieno pfectu deficiunt: aliena leticia cõta-
beſcunt. Quãte aũt ifelicitatis ſunt: q me-
lioratione proximi deteriores fiũt. Inuidus
infelix fit de felicitate alioꝝ: ⁊ de pinguedi
ne alioꝝ marceſſit. Unde inuidus alteri⁹
rebus marceſſit optimis. Inuidi colligunt
de vitib⁹ ſpinas ⁊ de ficub⁹ tribulos. Inui
di etiam ex bonitate dei quodãmodo de-
teriores fiunt. Unde in Math. xx. Dñs dicit
inuido. an oculus tuus neq̃ eſt: qꝛ ego bo-
nus ſum? Inuidi adeo ſunt ifelices quod
ipſi amittunt qꝺ alij lucrantur. Ipſi de ſa-
nitate alioꝝ infirmãtur: ⁊ ꝺ vita moriũtur
Sicut enim deũ diligentibus oĩa cooperã
tur in bonũ: ita inuidis oĩa cooperãtur in
malũ. Inuidus de bono odore moritur de
quo alij viuunt. Sicut dicitur de iuda ſup
Jo. xij. Ubi iudas murmurat ꝺ effuſione
vnguenti. Inuidus pfectũ aliorũ reputat
ſuum defectuꝫ: vnde iudei inuidi dicunt:
Jo. xij. Uidens qꝛ nihil pficim⁹. Ecce mũ
dus totus poſt eũ abijt. Inuidis ſunt ma
la ipſa bona. ¶ Decimo facit ad deteſta.
F huius vitij hoc: ꝙ vitiũ iſtud miſeroꝝ eſt
hominuꝫ. Unde iob. v. Paruulos occidit
inuidia. Oĩs inuidus inq̃ntũ talis mi-
nor eſt: eo cui inuidet. Miſer eſt inuidus: ⁊
miſeria ei placet Unde ſoli miſerie parcit
inuidia. Jero. In proſperis difficile eſt inui-
dia carere. Jero. Sola miſeria caret inui-
dia. Nobiliũ perſonarũ eſt liberalitas ⁊ cõ
municatio ſuoꝝ: vnde deus liberaliſſim⁹
eſt: ⁊ deſiderio largiendi ⁊ cõmunicandi
ſua fecit quicquid fecit. Leonẽ etiã qui eſt
rex aĩaliuꝫ dicit Ariſto. Alias eſſe cõmu-
nicatiuũ. E contrario inuidia eſt ignobiliuꝫ G
⁊ viliũ perſonarũ. ¶ Undecimo facit ad
deteſta. huius vitij ꝙ inuidia cruciat dñm
ſuũ. Eſt enĩ velut vermis qui naſcitur in
ligno: ⁊ poſt illud: vnde natuꝫ eſt ꝯſumit
Jerony. Inuidia eſt primuꝫ ſui mordax.
Inuidia ſe primum infeſtat. Iſidorus.
Inuidus animo medullitus eſtuans a ſe-
metipſo liuoris proprij ſemꝑ exigit penas.
Socrates. Utinã inuidi in omnibus ciuita
tibus aures vel oculos haberẽt vt de oĩb⁹
pfectib⁹ torquerentur. Idẽ. Quanta ſunt
felicium hoĩum gaudia tanti ſunt inuidoꝝ
gemitas. Oratius. Inuidia ſiculi nõ inuenire
tyrãni mai⁹ tormentũ. ¶ Duodecimo va
let ad deteſta. huius vitij ꝙ ipſa eſt ifirmi-
tas ⁊ corruptio magna. Adeo corrupt⁹ eſt
inuidus vt ei redolentia feteãt: fetentia redo
leant. Amara ſunt ei dulcia ⁊ e conuerſo.
Unde ad inuidos videtur ptinere illa ma-
ledictio. Iſa. v. Ue qui dicitis bonũ malũ
⁊ malũ bonũ. Ponẽ. tene. lu. ⁊ lu. te ponẽ-
tes amaruꝫ dul. ⁊ dul. ama. hec corruptio
inuidie inuitur nobis. Prouer. xiiij. Ubi di
citur ꝙ putredo oſſium inuidia eſt: veſtis
putrefacta nõ recepit ablutionẽ: ſic pecca-
tum inuidie non de facili abluitur. ¶ De
cimotertio facit ad deteſt. huius vitij hoc
ꝙ ipſa eſt magne peruerſitatis. Cũ enim
omne bonum in cõmune deductum pul-
chrius eluceſcat ſm Boetiũ. Et cũ ſm Se
necã. Nullius rei poſſeſſio iocunda ſit ſine
ſocio. Inuidus tamen poti⁹ vult carere bo
no q̃ habeat ſocium in eo. Item poti⁹ vult
habere ſocium in miſeria q̃ in felicitate: ſi-
cut patet per exemplum de quodam rege
qui conceſſit cuidam auaro ⁊ cuidã inuido
quod eligerent munus quod eligerẽt: ita
tamen quod donum eius qui poſterior pe
teret duplicaretur: ⁊ cuꝫ vterqꝫ differet pe
tere munus. Precepit rex inuido vt pri⁹ pe
teret: qui petijt vt ſibi erueretur vnus ocu
lus volens ꝙ proximo eruerẽtur ambo. No
luit enim petere aliquid boni ne proximus
eius duplicatũ acciperet. ¶ Decimoquar-
to facit ad deteſtationem huius vitij hoc:
ꝙ cum alia vitia vni bono tantum oppo-
nuntur: vt incontinentie continentia. In-
uidia omni bono opponitur. Item cũ alia
vitia alicui malo opponantur vt prodiga
litas auaritie inuidia nulli malo opponit.
¶ Decimoquinto facit ad deteſtationem

huius vitij hoc: q inuidia valde periculoſa eſt. Inuidum enim accidunt: et bona: et mala. Bona enim affligendo. Mala vero dando ei occaſionem peccandi. Unde ad inuidum pertinere videtur illud verbū quod dicit Caym Geñ. iiij. Quicūq inuenerit me occidet me. videntur creature cōiurate eſſe contra inuidū: et merito. Degenerat. n. inuidus: et a creatore: et a creaturis Creator. n. liberalis ē: et vult cōicare bōa ſua. Creature etiam a deo cōmunicare volunt bona ſua: vt de hoc certamē videātur habere. Ex hoc enim qd ignis ſpēm ſuam vult cōmunicare materie aque. Ex hoc pugna eſt inter ignē et aquā. Similiter et ſol vult cōicare: et lumen et calorē ſuū. Augu. Judiciū diuine bonitatis eſt: qd quelibet res cogitur dare ſeipſam. Ab hac liberalitate degenerat inuidus: diuidēs ſe a deo: et a creaturis: et ſocians ſe diabolo: qui bona omnibus inuidet: et ſocios vult eſſe homies ſue miſerie. Et ideo merito creature perſequunt eum tanq̄ apoſtatā. ¶ Decimoſexto facit ad deteſta. huius vitij hoc: q inuidia valde damnoſa eſt ſuo ſubiecto. Aufert enim homini ſocietatē eccleſie: de qua ſocietate dicit Dauid. Particeps ſum ego oium timentiū te. et cuſto. et c. Bona proximi que inuidi eſſent ſi ea diligeret contra inuidum ſunt. Aug. Penſent inuidi quantū bonum eſt caritas: que ſine labore noſtro aliena bona noſtra facit. Inuidia aufert homini proximum. Unde magiſter Hugo de ſancto Victore. Superbia mihi aufert deum. Inuidia proximum. Ira meipſum. Inuidia etiā aufert homini ſapientiā. Uñ Sap. vi. Neq cū inuidia tabeſcente iter habebo: qm̄ talis non erit particeps ſapientie. Unde Poeta deſcribens domū inuidie dicit q erat abdita ſole carens. Sol enim iuſticie lumen ſapientie abſcōdit ab inuidis. Inuidi etiā homines ad paupertatē: et ignominiam ſepe puenerūt. Uñ Prouer. xxviij. Uir q feſtinat ditari et alijs inuidet ignorat q egeſtas ſupueniat ei. Et Ecclesia. vi. Improperium et contumeliam i alijs hereditabit: et omnis peccator inuidus et biliguis. ¶ Decimoſeptimo facit ad deteſta. huius vitij hoc: q vitium iſtud ē ſignum quo diabolus diſcipulos ſuos cognoſcit. Unde ſicut dominus dicit. Johā. xiij. Diſcipulis ſuis: in hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis ſi dilectionem habueritis inuicem. ſic diabolus dicit diſcipulis ſuis: in hoc cognoſcent omnes q diſcipuli mei eſtis: ſi inuidiam habueritis inuicem. ¶ Decimooctauo facit ad deteſtationem inuidie hoc q fere omnes inuidi pditores ſunt. Prouer. xxiij. Ne comedas cū homine inuido: et deſideres cibos eius qm̄ in ſimilitudine arioli et cōiectoris eſtimat q ignorat: comede et bibe dicet tibi et mēs eius non eſt tecum. ¶ Decimonono facit ad deteſtationē huius vitij hoc q frequenter mala morte moriuntur inuidi. vñ Eccl. xxvij. Laqueo peribūt qui oblectantur caſu iuſtoꝝ. Dolor aūt cōſumet ipſos anteq̄ moriantur: laqueo perit qui improuiſe perit. Jero. Nō memini me mala morte mortuum: qui liberalē a me duxerit vitā. Econtrario ſepe accidit q inuidus mala morte moritur: q liberalem ante non duxit vitā. ¶ Uigeſimo facit ad deteſtationē huius vitij hoc: q inuidi ſocij ſunt diaboli: et in lucro et damno: quando diabolus lucratur gaudent quaſi lucrū ipſius lucrum proprium reputent: quando diabolus perdit dolent: quaſi damnū eius damnum ſuum reputent. Speciales amici diaboli inuidi videntur eſſe ſm deſcriptionem amicitie: q̄ ponit Tullius de amicitia. Habēt enim idem velle et idem nolle cū diabolo. Idem enim velle et nolle vera amicitia eſt. Inuidia eſt vermis qui areſcere facit ederā ione. Jonas interpretatur donum columbe: et ſignificat aliquē hoiem gratioſū. Edera vero pſperitas ipſius eſt: q̄ vermis inuidie vult conſumere. Quā cito inuidus videt aliquem proſperari ipſe vellet eius aduerſari pſperitati: inuidia etiā vermis eſt diſſoluens caritatem ſiue caram vnitatem eccleſie propter quam filius dei voluit mori: inuidia etiam eſt ſimilis illi paſſioni q̄ percuſſi ſunt ſodomite. Gene. xix. Que dicitur auidentia: vel aoriſia: vel acriſia. Et facit paſſio illa. vt omnino nihil videatur: ſcilicet vt non videatur illud quod expedit non videre: et dicitur acriſia ab a q eſt ſine criſis quod eſt iudicium. Inuidia vero econtrario facit quod illud non videatur quod expedit videri. Inuidia ita excecat hominem quod ipſe non videt i bono niſi malum. Unde Eccleſia. xiiij. Oculus malus ad mala. Specialiter oculus ma-

lus eſt oculus inuidi. Unde in eodem capitulo. Neq̄ eſt oculus inuidi. Et Math. xx. Dixit dominus ad inuidum. An oculus tuus neq̄ eſt: qꝛ ego bonus ſum. Inuidus plenus eſt malicia vſqꝫ ad oculum.

¶ De ſpeciebus duabus inuidie. ca. ij.

s Equitur de ſpeciebus inuidie. Et poſſumus diſtinguere duas ſpecies inuidie. ſcilicet in exultatione in aduerſis proximi: ⁊ triſticia in proſperis. Et notandum quod exultatio inuidia eſt animi gaudium freneticorum qui gaudent de hoc. Unde flendum eſſet. Immo diabolicum eſt cum ſit de malo alterius. De hoc gaudio legitur Prouer. xvij. Qui in ruina letatur alterius non erit impunitus. Et Job. xxxi. Si exultaui ad ruinam eius qui me oderat ⁊ exultaui quod inueniſſet eum malum ſupple malum mihi accidat ⁊c. Miruꝫ eſt quod inuidi gaudent de malo. Cum enim gaudium deberet eē ex coniunctione conuenientis cum conuenienti: ⁊ inuidi boni ſint natura. Naturaliter de bono gaudere debent: ſed hoc accidit quia malicia eis quodāmodo in naturam conuerſa eſt: ⁊ ideo de malitia gaudent. Caritatis eſt gaudere cum gaudentibus: flere cuꝫ flentibus: vt legitur ad Ro. vndecimo. Unde apoſt. ij. Cori. xi. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? Inuidi autem videntur eſſe peiores porcis. Porci enim porco qui occiditur compatiunť.

¶ De quattuor remedijs contra inuidiam. cap. iij.

s Equitur de remedijs contra vitiū inuidie. Et poſſunt eſſe quattuor remedia. ¶ Primum remedium eſt ꝙ homo ponat amorem ſuum in illis bonis que poſſunt haberi a multis: ita qđ ab vno quoqꝫ plene. Unde Grego. Qui faucibus inuidie carere deſiderat illaꝫ hereditatem appetat q̄ numerus poſſidentium non anguſtat. Ideo vir iuſtus ꝑ hoc quod in terris inq̄ appetit alienis profectibus inuidere neſcit. ¶ Secundum remedium eſt meditatio eorum que ſuadēt nobis dilectionem ſupernam: que ſunt quattuor.

Adhuc alia remedia contra inuidiam.

p Rimum eſt fraternitas naturalis que eſt inter homines. Oēs enim deſcenderunt ab vno patre: ⁊ ab vna matre. Omnes angelos creauit deus ſimul homines vero voluit deſcendere ex vno patre ⁊ vna matre ad commendationem dilectionis. ¶ Secundum eſt fraternitas dilectionis ſpiritualis: que eſt inter chriſtianos: quia nati ex vno patre deo: ⁊ vna matre eccleſia: ⁊ eandem hereditateꝫ celeſteꝫ. ſcilicet diuiſuri ſunt: ⁊ quāto plus diuidunt eaꝫ: tanto maior erit portio vniuſcuiuſqꝫ eorum. vix poſſet plene oſtendi quātum aliquis habebit gaudium de gloria vnius qui ſecum erit ſaluus. ¶ Tertiū eſt ſocietas ſpiritualis: que eſt inter fideles. Socij enim ſunt in lucro ⁊ damno.
¶ Quartum eſt quod ipſi ſunt membra vnius corporis. chriſtus eſt caput illiꝰ corporis. Unde ad Ro. xij. Sicut in vno corpore multa membra habemus omnia aūt membra non eundem actum habent: ita multi vnuꝫ corpus ſumus in chriſto. Et. i. ad Cori. xij. Si quid patitur vnū membꝝ compatiuntur cetera membra. ¶ Tertiuꝫ remedium eſt meditatio eorum que valēt ad contemptum proprie excellentie. Inuidia proprie excellentie ex amore naſciť. vnū illa que dicta ſunt in tractatu de ſuperbia contra amorem proprie excellentie ꝑ conſequens valent cōtra inuidiā. ¶ Quartū remedium eſt conſideratio amaritudinis: que inuidiam concomitatur ⁊ multiplicis damni quod ex illa prouenit. Amaritudo illa eſt velut acetum quo ignis gratus extinguitur. Solet ignis gratus cum arena ⁊ aceto extingui. Sic inuidia ex coſideratione īfructuoſitatis q̄ habet: ⁊ aceto amaritudinis: que eſt cū ea extinguitur. Damnum etiam quod ex inuidia prouenit valet ad extinctionem inuidie. Et eſt damnū vnum. Amiſſio proximi ſicut dictum eſt prius. Aliud damnum eſt quod inuidus poſtq̄ diſſolutus eſt a ceteris membris eccleſie nō viuificatur a ſpiritu ſancto: ſicut anima non viuificat membrum poſtq̄ a corpore ſeparatum eſt. ⁊ humor non tranſit ad ramum preciſum ab arbore. Preterea ſicut inuidus non vult communicare proximo bona ſua: ſic non eſt dignꝰ quod deus communicet ei bona ſua.

¶ De ira. cap. i.

P Oſt ſuperbiam
⁊ inuidiam d icẽdũ eſt de
ira: quia taꝫ ſuperbia q̃ in
uidia frequenter eſt occa-
ſio ire. De ira vero tracta
bimus hoc modo. Primo ponemus ea
que valent ad deteſtationẽ ire. Secun-
do diuerſas diuiſiones ire. Tertio age-
mus de peccatis que iram ſequũtur: vlti-
mo de remedijs contra iram.

¶ De his que faciũt ad deteſtationẽ ire. i.

I Ram vero hic intelligimus appe
titum vindicte. Ad deteſtationem A.
vero ire. Primo valere poſſunt
verba ſacre ſcripture que nobis diſſuadẽt
illam. De quibus aliqua ponamus. Geñ.
xlv. Ne iraſcamini in via vbi inſinuatur
cã quare fatuum ſit iraſci. Verbum enim
illud eſt ioſeph ad fratres ſuos ituros. Ad
patrẽ: ſic ⁊ nos fratres ſumus ⁊ in via ad
patrem noſtrum celeſtem: ⁊ iudicem ten-
dentes qui iuſticiã nobis plenarie exhibe-
ris. Alie. n. creature deū laudāt ⁊ bn̄dicūt
oſtendēdo dei potentiā: bonitatē: ⁊ ſapiaȝ
⁊ nō ſolū deū laudāt ⁊ benedicunt. imo ēt
ad eum laudandū hoies iuitant. vn̄ Gre.
Mirū eſt qualiter hō deū ſemꝑ nō laudat
cū ois creatura ſemꝑ ad eū laudandū iui
tat. Un̄ valde miſer eſt hō blaſphem⁹ qui
ſpāliter ꝑpter hoc linguā accepit vt deum
laudaret ꝗ deū nō laudat: ſed cōtra amo-
nitionem aliarū creaturarū eum blaſphe-
mat. ¶ Quarto debet cohibere a peccato
iſto magnitudo huius peccati que multis
circunſtātijs poteſt manifeſtari.

¶ Quibus circunſtantijs patet hui⁹ pec-
ti magnitudo.

E P Rimo in hoc qd in iſto pctō iſert
cōtumelia deo in ꝑpria pſona cui
alij pctōres cōtumeliā iſerūt i reb⁹
ſuis. Homicida in ſeruis. Sed blaſphem⁹
infert ei ꝯtumeliam in ꝑpria pſona. Et iō
nō parū diſplicet deo peccatū blaſphemie.
Multū diſplicet pncipi quādo infert ei cō
tumelia in ſubditis eius: ſed longe magis
qn̄ in filio vel in filia: ſed ſuper oia iſta qn̄
iſertur ei cōtumelia in ꝑpria pſona. ¶ Se
cūdo pōt oſtēdi magnitudo hui⁹ peccati
ꝑ ſublimitatē pſone cui blaſphemia iferī:
⁊ ſine aliqua offenſa augmentaī enim ex
hoc culpa. Offenſa magna eſt cū conuiciū
dicit alicui burgenſi. ſed maior ſi dicatur
militi. ſed lōge maior ſi pncipi. ergo i infi
nitū maior eſt ſi dicatur maiori. vn̄ cuȝ in
pctō blaſphemie cōuitiū dicat deo ꝗ i ifi-
nitū maior ē oi dn̄o terreno pctm̄ illud ni
mis magnū eſt. ¶ Tertio facit ad magni
tudinē huius pcti hoc qd in pctō iſto dei
cōtumelia pncipaliter intendit. Alij pecca
tores: ⁊ ſi contumeliā deo inferant tn̄ pter
intentionē ⁊ voluntatē illoꝝ eſt cōtumelia
illa: ⁊ bene vellent abſtinere a contumelia
illa ſi poſſent habere delectationē q̄ querūt
abſq3 cōtumelia illa: ſed blaſphem⁹ incōtē
ptum ⁊ contumeliā dei blaſphemat volēs
ſe vindicare d deo cū tn̄ de⁹ ſine culpa ſit.
¶ Quarto facit ad deteſta. hui⁹ pcti per-
uerſitas magna que eſt in pctō iſto. Mul
tū enī⁹ puerſi ſunt hoies blaſphemi ꝗ bo-
na que agūt ſibi attribuūt. Mala ꝓo deo
aſcribunt. cum ecōtrario mala ꝑpter cul-
pas eoꝝ eis eueniāt. Bona vero gratia dei
recipiant. ¶ Quinto facit ad deteſta. hui⁹
peccati magnus contēptus ꝗ eſt i blaſphe
mijs. qd pōt manifeſtari ex hoc quod ipſi
dicunt qd nō poſſunt ſe blaſphemia cohi
bere. Si aūt quereī ab eis vtrū aliquando
cōuitiū dixerunt epiſcopo vel archiepiſco
po vel alicui pncipi. ipſi reſpōderēt ꝙ nō.
Immo multi ſunt ꝗ dicerēt ſe nunq̄ dixiſſe
cōuitiuȝ alicui gartioni niſi ꝑprie ꝑus di-
ceret eis. ⁊ tamē nō poſſūt abſtinere ſicut
ipſi dicunt ne deo contumeliam inferant.
Mira iſania. Poteſt aliquis abſtinere ne
dicat ꝯtumeliā gartioni niſi ipſe meruerit:
tn̄ dicit ſe nō poſſe abſtinere quin regi glo
rie cōtumeliā dicat: cū tn̄ ipſe nunq̄ conui
tium ei dixerit. nec aliquid ei meruerit. ma
gis ꝓculdubio videretur talis cōtemnere
deum q̄ gartionē vnuȝ. ¶ Sexto facit ad
magnitudinē huius peccati hoc qd iſtud
peccatū eſt in patrē celeſtem: ⁊ ideo morte
dignū. Un̄ Math. v. Qui maledixerit patri
vel matri mor. moriaī. Blaſphemi ſūt illa
generatio de qua legiī Prouer. xxx. Eſt ge
neratio que patri ſuo maledicit: ⁊ q̄ matri
ſue nō bn̄dicit. Blaſphemi etiā aſſimilanī
Chaam filio Noe qui verenda patris: fra
tribus ſuis oſtendit. ꝑpter quod fili⁹ eius
maledictioneȝ ſuſcepit. vt legitur Gen̄. ix.
¶ Septimo deberet co. a peccato iſto hoc
ꝙ blaſphemia peccatū diabolicū eſt ⁊ q̄ſi
loquela infernalis cuius ſignū eſt horripi
latio q̄ facit iſtud peccatū in audientibus.
Unde Eccle. xxvij. Loquela multū iurans
horripilationē capiti ſtatuet ⁊ irreuerētia
illi⁹ obturatio auriuȝ. Un̄ ſatis vꝫ qd dia-
bol⁹ in blaſphemijs loquiī ex hoc audiēs
horripilationē habeī. Sic aliqs a teutho-

nica lingua teuthonicus perpendit͛ sic bla
ſphemus ex loquela iſta de familia diabo
li eē dignoſcitur ⁊ ad infernū videt͛ perti-
nere. vñ ſicut dictū eſt Petro. Mat. xxvi.
Vere tu ex illis es: nam ⁊ loquella tua ma
nifeſtū te facit. Sic pōt dici de blaſphemo
vere tu de iferno es. nā ⁊ loquella tua ma.
te fa. Illi ꝗ in iferno erunt blaſphemabūt
deū ꝓpter magnitudinem doloris. Unde
Apoc. xvi. Blaſphemauerūt deuꝫ celi pre
dolorib⁹ ⁊ vulneribus ſuis. Sicut filij dei
aſſueſcunt hec benedictioni: ⁊ laudi diui-
ne volētes addiſcer͛ officiuꝫ in terris quod
facturi ſunt in celis. ſic filij diaboli aſſue-
ſcunt blaſphemijs addiſcentes in mundo
iſto officiū quod facturi ſunt in inferno.

E ¶ Octauo deberet cohibere a peccato iſto
hoc quod blaſphemia dei conuiciū eſt di-
ctū ei a ꝓprio ſeruo: ⁊ iō non de facili con
ſequit͛ homo remiſſionē huiuſmodi pcti.
Vñ Eccle. xxij. Mittens lapidē in volati-
lia deiciet illa. Sic ⁊ qui cōuiciat͛ amico.
diſſoluit amicitiā. Ad amicuꝫ: ⁊ ſi ꝓduxe
rit gladiū nō deſperes: eſt enim regreſſus
ad amicū. ſi aperuerit os triſte ne metuas
eſt eniꝫ cōcordatio excepto cōuicio: ⁊ impro
perio ⁊ ſuperbia: ⁊ miſterij reuelatione.
Ad litteraꝫ nobiles poſt magnas guerras
poſtq̄ in bello ſe leſerūt amici efficiuntur.
Si quis aūt cōuiciū aliqđ dixerit eis toto
tēpore vite ſue memores ſunt cōuicij illi⁹.
Si conuiciuꝫ vnum dictuꝫ eſt alicui cum
tanta difficultate a corde recedit. quantuꝫ
timere poſſunt illi ꝗ regi glorie totiens cō
uiciati ſunt: qui delectant͛ deū blaſphemā
do. Iudeis deteriores vident͛ ꝗ in conſue-
tudine habebāt ꝙ audita blaſphemia au-
res obſtruebant ſibi. vñ ſup illud Act. vij.
Cōtinuerunt aures ſuas. dicit Interl. Ne
blaſphemiā audirent. Inſignū ēt doloris
ſcindebant veſtimēta ſua. vñ ſuper illud.
Mat. xxvij. Tunc pnceps ſacerdotū ſcidit
veſtimēta ſua. Glo. Mos ē iudeoꝝ cum
aliqđ blaſphemie audiūt ſcindere veſtimē
ta ſua. Canib⁹ etiā peiores vident͛. Canis
eniꝫ nō mordet dñꝫ ſuū nec dilacerat. Ipſi
vero dilacerāt dñm dū deum blaſphemāt.
Ipſi eodē ore quo vinū a deo creatū bibe
runt: incontinenti eū mordēt ⁊ contumelijs
afficiūt: ſiles canib⁹ rabidis: ꝗ manū q̄ ſibi
panē porrigit mordēt. Maius etiā pecca-
tū videt͛ eſſe blaſphemia q̄ hereſis. Here-
tic⁹. n. ea loquit͛ de deo q̄ credit eſſe vera:
blaſphem⁹ vero cōtra ꝯſciam ſuaꝫ de deo
dicit que ſcit nō eſſe dicenda.

¶ Quam culpabiles ſunt: ꝗ blaſphemos F
tollerant quā poſſunt ꝓhibere.

Ec ſolū blaſphemi culpabiles ſūt
n apud deū: ſꝫ ēt illi ꝗ tollerāt pecca
tū iſtud cū ꝓhibere poſſint: vt pa
ter ⁊ mater ꝗ nō corrigūt filios blaſphe-
mātes: ⁊ qñꝗꝫ hac de cā amittūt eos. Dñs
eniꝫ eos iterficit vt pꝫ exēplo. Gre. Prius
poſit ieodē caplo. Silr illi culpabiles ſūt
ꝗ ꝑmittūt ꝯtumeliā deo fieri in domib⁹
ſuis cū ꝓhibere poſſint. Nullus hō timēs
deuꝫ ꝑmitteret alicui quē ſanctū crederet:
cōtumeliā inferri in domo ſua ex quo poſ
ſet hoc ꝓhibere. Quanto magis tollerare
nō dꝫ vt cōtumelia creatori ſuo inferat͛ in
domo ſua ex quo pōt ꝓhibere? Vix poſſūt G
hoīes ſuſtinere qđ corā eis cōuiciū dicat͛
patri ſuo vel dño terreno. Quō ergo pōt
hoc ſuſtinere de patre celeſti? Nunqd cul-
pabilis eſſet ꝗ ꝑmitteret in cellario ſuo tē-
plū alicui demoni fieri ⁊ i ipſo ſacrificari.
Nōne taberna in qua luditur ⁊ blaſphe-
matur vere diaboli templū eſt in quo de⁹
exhonoratur ⁊ diabolus honoratur? Quō
ergo pōt ſuſtinere hoc qui fidē veram hꝫ?
Dñi etiā culpabiles ſunt: ꝗ in terra ſua ta-
lia ꝑmittūt fieri: ſicut ille culpabilis eſſet ꝗ
in terra ſua paganoꝝ ydolatriā tolleraret
blaſphemia eniꝫ ydolatria deterior eſſe vi
det͛: in hoc ꝙ ydolatria honorē ſuū aufert
deo: ſed blaſphemijs nō ſolū honorem au
fert: ſed etiā cōtumeliā infert. Magna per
uerſitas eſt principū qui bona ſubditoruꝫ
ſuoꝝ auferūt: qñ deus hoc ꝓhibet qñ ꝓ
poſſunt accipere ad honorē dei in ſaluteꝫ
dei in ſalutē aiaꝝ nolunt. Dñi enim poſ-
ſent penā pecuniariā ponere meritorie il-
lis ꝗ blaſphemāt. Non ſunt etiā ſine culpa
ꝗ locāt eis taxillos ⁊ ſimilia: ⁊ qui aſſiſtūt H
ludentibus vel blaſphemantibus: q̄ſi ve-
lint habere de fetore blaſphemantiū. Iu-
deis deteriores i hoc ꝙ iudei obturant au
res ſuas audita blaſphemia ⁊ ſigna dolo-
ris oſtendūt. Et vt breuiter dicā in hoc di
ſtingui poſſunt filij dei a filijs diaboli ꝙ
filij dei nō poſſunt tollerare qđ pater eoꝝ
a blaſphemātib⁹ ſagittet͛: filij vero diaboli
nō curāt qñ vident deuꝫ ita ſagittari. Qđ
tali exēplo pōt oſtendi. Fuit quidā vxores

habēs ⁊ ex ea tres filios ſm opinionē ſuā Cui vxor eius cū quadā die litigaret cū eo obiecit ꝙ ipſe credebat hēre tres filios: ſed vnus tātū erat ſuus regſito vero ab ea qs ſuus eſſet noluit ei indicare. Deinde cum pater infirmaretur ad mortē ⁊ vxor defūcta eſſet ipſe faciēs teſtamētū oīa dimiſit illi q filius eius erat. Poſt vero mortē eius ɔtē-tio facta eſt inter illos tres quos tāq̄ filios ſuos nutriuerat cuius eēt hereditas. Quilibet eniꝫ dicebat ꝙ ipſe filius erat qꝺ ſua debebat eē hereditas. Vñ cū hoc delatum eēt ad iudicē precepit iudex: vt pater mortuus alligaret ad arborē: ⁊ ille q directius ſagittā in eū mitteret hereditateꝫ haberet. Vñ alligato patre ad arboreꝫ duo ex illis ſagittauerūt eū. Tertius vidēs patrē ſuuꝫ ſagittari offēſus eſt vltra modū ɔtra alios duos ⁊ dixit ꝙ patrē ſuū: nullomodo ſagittaret. Ex quo cognitū vere eſt: ꝙ ipſe filius erat ipſius: ⁊ data ē ei hereditas. Siſe iudiciū fecit Salo. iij. Reg. iij. De duabus mulieribus que litigabant de puero vno. Illaꝫ. n. ꝓpendit eſſe matrē que nō potuit tollerare pueri interfectioneꝫ. Sic filij dei nō poſſunt tollerare qꝺ blaſphemātes patrem eorum ſagittent.

¶ De duplici blaſphemia. ſ. oris ⁊ cordis.

e Et notan. ꝙ duplex ē blaſphemia Quedā ē oris: quedā ē cordis. De blaſphemia cordis legitur ī vitas patrū qꝺ qdā frater īpugnabatur ſpiritu blaſphemie: ⁊ cū ſepe pergeret ad ſenes ⁊ ad abbateꝫ pemenē pro curā illius: ⁊ non apperiret cām. Abbas pemen vidēs eum habere cogitationes blaſphemie dixit qd haberet. At ille apperuit qꝺ īpugnabat eū ſpūs blaſphemie: ⁊ ſtatī vt aperuit appuit īpugnatio leuior. Cui abbas pemen. Qñ
I hec cogitatio te arripuerit dic. Ego cām non habeo blaſphemia tua ſit ſuper te o ſathā. Hanc enim cām aīa nō vult. Et innuitur in verbis his duplex cā ꝓpter quaꝫ non ſit tm̄ piculū in iſta blaſphemia ſicut multi credūt. Nō. n. hꝫ delectationē cogitatio blaſphemie ꝓpter q̄ placeat hoī: ſed vehemēs timor offenſe diuine adducit cogitationes iſtas ſicut hoī tanto in tenebris exiſtenti ⁊ ſolitario velit nolit adducit timor terribilia ad cor ſuū: ⁊ nimius amor quē hūit mr̄ ad filiū adducit ei memoriā: ipſius qñ defūctus ē: lꝫ ēt ipſa nolit. Prete rea, diabolus q2 ſcit qꝺ diſplicet viro iuſto ɔuitiū ⁊ cōtumelia dei. Interdū loquit̄ cōuitia dei ī hoie ipo hoie audiēte ⁊ blaſphemia illa diaboli ē nō hois Et meretur hō in hoc qꝺ diſplicet illi blaſphemia illa. Et hoc duo inſinuant̄ exēplo ꝑdicto cū dicit̄ blaſphemia tua: ⁊ cū dicitur hāc. n. cāꝫ aīa nō vult. Sūmū aūt remediū cōtra vitiuꝫ hoc eſt occupatio que animū īpleat. ⁊ ɔtēptus blaſphemie talis. Debet eniꝫ hō parum appreciare cogitationes tales.

¶ De peccato murmuris. iij

s Agitur de pctō murmuris. Eſt āt murmur oblocutio in debito mō facta ɔtra deū vel factuꝫ alicuius. Spāliter āt dicem⁹ de murmure qꝺ fit cōtra deū vel cōtra eū qui eſt loco ipſius. Dicemus autē hoc modo de hoc peccato.

¶ De his que faciunt ad deteſtationem murmuris.

p Primo ponem⁹ ea que pn̄t valere ad dete. ipſius. ¶ Scđo tāgemus diuerſas diuiſiones murmuris. ¶ Tertio vero ſpāliter agem⁹ de murmure clauſtraliū. ¶ Quarto vero de r̄mediīs cōtra peccatū murmuris. ¶ Ad dete. vero huius pcti pn̄t valere verba ſacre ſcripture: que diſſuadēt nobis hoc peccatū: vt eſt illud. Sap. i. Cuſtodit vos a murmuratione que nihil ꝓdeſt. Murmur q. fit cōtra ea que deus facit nihil ꝓdeſt hoī: īmo plurimū nocet: nō. n. ꝑpter murmur ceſſat tribulatio: iꝫ qꝺ potuit eē meritorium ꝓpter murmur fit de meritoriū. Indignat̄ hō vñ debuit mūdari. Deſtruitur vñ debuit emēdari: vñ deſtruxiſti eum ab emūdatiōe vel emēdatiōe. Itē Jo. vi. Nolite murmurare inuicē. Et. i. ad Cor. x. Neqꝫ murmuraueritis. Et ad Ph. ij. Oia facite ſine murmuratiōibus. Et. i. Pe. iiij. Hoſpitales inuicē ſine murmuratiōe. ¶ Scđo pn̄t valere ad dete. huius pcti exēpla: vt eſt exēplū xp̄i: de quo. Iſa. liij. Quaſi agnus corā tondente ſe obmuteſcet. Et exempla ſctōꝝ. ū. de quib⁹ cantat eccleſia non murmurat reſonat nō querimonia: ⁊ iterū. Ecce homo ſine querela. Et Sap. xviij. Properans homo ſine querela deprecari pro populis deferēs ſeruitutis ſue ſcutū oratiōnē ⁊ per incēſuꝫ deprecatiōnē allegans reſtitit ire: Et Lu. Legitur de Zacharia ⁊ vxore ſua: qꝺ erāt iuſti ambo ante deum incedentes in omni-

bus mandatis ⁊ in iuſtificationibus dñi
ſine querela. Tertio põt valere ad dete.
hui⁹ pcti hoc ꝙ murmuratores maledicti
ſunt: vñ. Eccle. xxviij. Suſurro ⁊ bilinguis
maledictus ſit. Multos.n.turbauit pacē
hñtes. Quarto põt valere ad dete. hui⁹
pcti hoc ꝙ murmuratores odibiles ſunt
deo: vñ.i.ad Ro. Suſurrones: ⁊ detracto
res deo odibiles. Quinto põt valere ad
dete. huius pcti hoc ꝙ neſcimus qd nobis
expediat. Alicui.n.magis expedit aduerſi
tas q̃ pſperitas ideo null⁹ de aduerſitate
murmurare dꝫ: vñ in Eccle. Nõ eſt dicere
hoc meli⁹ illo. Oia.n.tpe ſuo ꝓprobãtur.
Sexto põt valere ad dete. hui⁹ pcti hoc
ꝙ cũ ſimus filij dei ⁊ rõne creatiõis redē-
ptiõis rõne nõ debem⁹ murmurare qcqd
placeat ſibi facere de nobis. B. Juſte ſibi
vēdicat meã vitã q pro mea poſuit ſuam.
Apo. Siue morimur ſiue viuim⁹ dñi ſu-
mus. Idē. Empti eſtis ꝓcio magno glori-
ficate ⁊ por. deum in cor. vr̃.i.ad Cor. vi.
Aug. Scit celeſtis medic⁹ qd nobis datu
rus ſit ad cõſolationē ⁊ qd ſubiectur⁹ ad
exercitationē. Nõ.n. hõ ſine cã iumēto ſuo
cibaria detrahit ⁊ Iſa. xlv. Ue q ꝯtradicit
factori ſuo: ⁊ p⁹. Nunqd dicit lutũ figulo
ſuo qd facit ⁊. xxix. peruerſa eſt hoc cogi-
tatio quaſi ſi lutũ ꝯtra figulũ cogitet ⁊ di-
cat opus factori ſuo qd feciſti me? Septi
mo põt valere ad dete. hui⁹ pcti vindictã
q̃ dñs legitur ſumpſiſſe de pctõ iſto legit
maria ſoror moyſi lepra ꝑcuſſa ꝓpter pec
catũ murmuris: ꝓpter peccatũ iſtd dathã
⁊ abiron a terra ſunt abſorti: vt legit. Nu
meri. xvi. Et chore igne cõſumptus ē vt le
gitur. Ibidē. Propter peccatũ ēt iſtud mi
ſit dñs ignitos ſerpētes in filios iſrael: pro
pter peccatũ iſtud maior ps filioꝝ iſrael in
deſerto perijt: vnde Numeri. xiij. Oēs qui
nũerati eſtis a. xx. an. Et ſupra: ⁊ murmu-
raſtis cõtra me nõ intrabitis terrã ſuper q̃
leuaui manũ meã vt habitare vos facerē
ꝑter caleph filium iephone ⁊ ioſue filium
nun. murmurãte populo etiã cõtra dñm
de labore ignis dñi deuorauit extremã ca
ſtrorũ partem: vt legitur. Numeri. xi. Et vt
breuiter dicã ſicut dicit auctoritas de nulla
re dñi magis offendiſſe dictus eſt popul⁹
ille q̃ murmurãdo. De pena etiã murmu-
rantiũ in futuro dicit Judas in epl̃a ſua.
Hi ſunt murmuratores q̃ruloſi ſcd̃m deſi

deria ſua ãbulantes: ⁊ ꝓmittit penam di-
cens. Quibus procella tenebrarum in eter
num ſeruata eſt. Grego. Regnum celorũ.
Nemo qui murmurat accipit. Nemo qui
accipit murmurare poteſt.

¶ De tribus diuiſionibus murmuris: ⁊ q̃
ꝯtra murmuratiões: cõtra infirmitatē: vel
tēporis cõtrarietatē: ⁊ bonoꝝ aduerſitatē

s Equitur de diuiſionibus murmu
ris. quarum tres ponere ſufficiat.
Quaꝝ prima talis. Murmur in
uidie: murmur ſupbie: murmur auaricie:
murmur ipatiētie: murmur ſane ꝯſciētie.
¶ De primo ſic legitur. Mat. xx. Et accipi
entes murmurabant aduerſus patrēfami
lias dicētes. Hi nouiſſimi vna hora fece-
rũt ⁊ pares illos nobis feciſti q por. ⁊ põ.
diei ⁊ eſtus. ¶ De ſcd̃o legitur Lu. vij. Ui
dēs phariſeus q vocauerat eũ ait intra ſe.
Hic ſi eſſet ꝓpheta ſciret vtiqꝫ que ⁊ qua
lis eſt mulier que tangit eũ: q2 peccatrix ē.
¶ De tertio legitur. Jo. xij. Quare hoc vn
guentum nõ venditur trecentis denarijs.
¶ De quarto. Numeri. xi. Ortum eſt mur
mur populi quaſi dolentiũ pro labore cõ-
tra dominũ. ¶ Quintũ murmur eſt quan
do aliquis vult cogere eũ ad hoc ꝙ cõtra
deũ eſt ⁊ illud murmur videtur eē ſignifi
catũ p murmur aſine murmurãtis cõtra
Balaã. de qua legit. Numeri. xxij. Apuit
dñs os aſine ⁊ locuta ē Quid feci tibi cur
percutis me. Ecce iã tertio volebat cogere
balaam aſinam ad id qd erat cõtra deũ
voluntatem. Ad hanc ſpeciē pertinet mur
mur cõſcientie murmurantis contra pec-
catũ. ¶ Item põt diuidi murmur in mur
mur de bonis que cõferimus: ⁊ murmur
de malis que ſuſtinem⁹. Primũ murmur
diſſuadetur i eccleſiaſtico: vbi legitur. In
bonis ne des querelã: ⁊ in omni dato ne
des triſticiã mali verbi. De alio murmure
legitur. Eccle. x. Uir prudens ⁊ diſciplina
tus non murmurabit correptus. Prudēs
eſt qui futura prouidet: ⁊ premia ⁊ tormē
ta ⁊ talis nõ murmurat de flagello. Libē
ter enim virgam tollerat que a gladio pe-
ne eterne eum conſeruat. Patienter etiam
ab eo ſuſtinet flagellari a quo celeſtem he
reditatē expectat. Diſciplinatus etiã qui
circa vtilitates tribulationũ eſt inſtruct⁹
ſimiliter non murmurat de correctione.
¶ Tertia diuiſio murmuris ē in murmur

contra deū ⁊ murmur contra proximum.
Murmur vero contra deū multiplex pōt
eſſe: vel de infirmitate vel de pauptate: vel
de tēporis importunitate: vel de proſperi-
tate malorum: vel de aduerſitate bonoꝝ ⁊
ſimilibus: valde fatuū eſt murmurare de
infirmitate cū vtilior ſit vt frequētius īfir
mitas q̄ ſanitas. Unde in vitis patrū cum
quidā peteret a Johāne heremita vt a ter
tiana ſanaretur ipſe reſpondit. Rem neceſ
ſariam tibi cupis abijcere. Ut eni corpora
vitijs intus: ita anime lāguoribus purificā
tur ⁊ caſtigationibus: ⁊ tamē dedit ei oleū
benedictū ⁊ ſanatus eſt. Itē quidaꝫ miles
rogauit quendā ſanctuꝫ virū vt a morbo
liberaret eum precibus ſuis: ſed audito ab
eo quod melior eſſet in egritudine q̄ in ſa-
nitate dixit vir ſanctus: oro dñm vt ſeruet
te in ſtatu ī quo magis humilieris. Fatuū
etiā eſt de paupertate murmurare: cū ſcia
mus pauperes electos eē ad regnū eternū
Jaco. ij. Nonne deus elegit pauperes ī hoc
mūdo diuites in fide ⁊ heredes regni. De
importunitate etiam tēporis fatuū ē mur
murare. Et ꝑpter hoc ꝗ hoc facit nūq̄ pa
cē habebit: vñ. Job. Quis reſtitit ei ⁊ pa-
cē hūit? Et ꝑpter hoc qꝛ deꝰ ſcit meliꝰ ꝗd
expediat mūdo quē ipſe hꝫ regere q̄ alius
Et qñq; expedire videntur q̄ nō expediūt
vñ quidaꝫ heremita ſeminauerat olera ⁊
viſuꝫ ē ſibi pluuiā neceſſariā eē oleribꝰ. Et
petijt adeo ⁊ obtinuit. Deinde viſuꝫ eſt ei
ſerenitatē neceſſariam eſſe oleribus ſuis ⁊
petijt obtinuit. Et vt breuiter dicā tale tem
pus dedit ei dñs q̄le voluit. Et tñ nec vñ
olus de terra exiuit. Qui credēs vniuerſa
lē defectū olerū in anno illo patienter ſuſti
nuit. Sꝫ cū declinaſſet ad domū heremite
alteriꝰ ⁊ pulcerrima olera ibi vidiſſet mul
tū admiratus ē. Et narrauit heremite illi
quod ſibi acciderat. Cui heremita reſpon
dit: Merito hoc accidit tibi: pūtabas ne te
ſapiētiorē deo ꝗ ei indicabis ꝗd facere de
beret. Ecōtrario vero magne pacis occa-
ſio eēt ⁊ qñq; etiā magne habūdantie bo
norum tēporaliū ſi quis volūtatē ſuā in ta
libus volūtati diuine cōformaret: vñ refer
tur de quodam agricola ꝗ ſemꝑ hēbat in
agris ⁊ vineis ſuis vberiores fructus q̄ alij
Et cū regreretur a vicinis quare hoc eſſet
rñdit nō eēt hoc mirū ſi fructus hēret cuꝫ
ſemꝑ haberet tale tp̄s quale ip̄e vellet. Su
per quo cū alij mirarentur ⁊ ingrerēt qño
hoc eſſet. Rñdit. Ego nūq̄ volo aliud tp̄s
habere q̄ deus velit: vñ cū tale ſit tp̄s qua
le deus vult: ſemꝑ hēo tale quale ego volo
In pace magna erat vir ille qꝛ voluntatē
ſuā cōformauerat volūtati diuine. Et pro
pter hoc bonorū tēporaliū hēbat habūdā
tiam. Cū artifices ita offendi ſoleāt qñ in-
ſtruūtur in opibus in ꝗbus ipſi pīti ſunt:
nō eſt mirū ſi multū deus offendaꝛ qñ de
opibꝰ ſuis ita a ꝗbuſcūq; dijudicaꝛ. Nō eſt
aliꝗs artifex ꝗ nō offenderet vltra moduꝫ
ſi de opibus ſuis tantū dijudicaret. De ꝓ-
ſperitate vero maloꝝ ⁊ aduerſitate bonoꝝ
multū videntur murmuraſſe ſci: vñ. Job
xxi. Quare impij viuūt ſublimati ſunt cō
fortati ſuntq; diuitijs ⁊c. Jere. xij. Quare
via impioꝝ ꝓſperatur: bñ ē oibꝰ ꝗ preuari
canꞇ: ⁊ iniq; agūt? Et in p̄s. Mei āt pene
moti ſunt pedes qꝛ zelaui ſuꝑ ini. pacem
pctōꝝ vi. Et abacuc. i. Quare reſpicis ꝯtē-
ptores ⁊ taces cōculcante impio iuſtioreꝫ
ſe? Et in p̄s. Uſq; quo pctōres dñe vſq; quo
pctōres gloriabunꞇ. Et Malach. vlt. Ua-
nus eſt ꝗ ſeruit deo. Et qđ emolumēti: ꝗa
cuſtodimus p̄cepta eiꝰ: Sꝫ ceſſat murmur
illud ſi ꝗs reſpiciat cām quare hoc fit: ſi fi-
delis medicus ergo deſꝑato vniuerſa ꝯce-
dit q̄ ipſe appetit. Ergo vero de cuiꝰ ſalute
ſpes habetur multa negat. Sic dñs repro
bis habūdātiā bonorū tpaliū tribuit vt ſi
qua bona egerint in mūdo iſto mercedeꝫ
recipiant: ⁊ ſcđꝫ. Gre. Iſte ſucceſſus bono
rū tpaliū ſignū ē eterne reprobatiōis. Si-
militer ſcđꝫ. Gre. Mactādi vituli ī liberis
paſcuis relinquūtur. Seruādūs iugo p̄mīꞇ
ita mali ꝑ amena prata ad fouēā bonus ꝑ
aſꝑa ad patriaꝫ venit. Oīa mala pene ſine
murmure tollerāda ſunt qꝛ iuſto dei iudi
cio ⁊ ordinatiōe eueniūt. Eccle. viij. Nō iu
dices cōtra iudicem quoniā ſcđm q̄ iuſtū
eſt iudicat.

¶ De murmure clauſtralium. B

s Equit de murmure clauſtraliuꝫ:
de quo ſpāliter tangemus ꝗa hoc
peccatū multū infeſtat clauſtralꝫ.
Peccatū murmuris qñq; fuit iudeoꝝ ſed
modo dr̄ eē monachorū. Notādū ergo qđ
clauſtralis murmurās de cibo vel potu de
ficit in ip̄o principio belli ſpūalis. Princi-
piuꝫ belli ſpūalis eſt cōtra gulam. vñ ſuꝑ.
Mat. iiij. dicit. Glo. In pugna xp̄i prius

cōtra gulā. Agitur: q: niſi hoc prius refre
netur fruſtra cōtra alia vitia laborat: talis
clauſtralis in primo cōflictu dicit vltimū
verbū ſiue malū verbū ab ancilla: deuict⁹
carne. ſ. qđ magna vilitas eſt. Jero. Nihil
vilius q̄ a carne vinci: cū de viro iuſto can
tetur. Ecce hō ſine querela verus dei cultor
de tali clauſtrali dici pōt. Ecce hō plenus
querela vētris ſui cultor. Tales eni nō do-
mino ieſu chriſto ſed ventri ſuo ſeruiunt
ſcđm verbū apoſtoli ipſi de vētre ſuo deū
fecerūt iuxta illud. Phi. iij. Quorū deus
venter eſt. Dū vero murmur proferūt qua
ſi pater noſter dei ſui. ſ. ventris dicūt. Ipſi
vaſa vacua gratia dei ſe eſſe oſtendūt dū
murmur i eis reſonat: ⁊ dū ad ignē crepa
tionis tribulationis crepant: ſatis apparet
quod aqua diuine gratie in eis nō ſit. Ad
litterā olla vacua crepat ad ignem ⁊ doliū
vacuū multū reſonat. plenum nō ſic Iſti
quādo debēt dn̄o eſcā apponere cū grata
falſa hylaritatis. Hylarē enim datorē dili
git de⁹ iuxta verbū apoſtoli. Ipſi fel mur
muris in eſca eius ponunt pro falſa: vt ve-
re dn̄s poſſit de eis dicere: dederūt in eſcā
meā fel: quaſi nō legerint de dn̄o qđ cum
guſtaſſet acetū felle mixtū noluit⁹ bibere.
Tales reſpiciūt retro ſicut vxor Loth. ⁊ in
ſtatuam vertūtur. Statua videt eē homo
⁊ nō eſt ſic: tales videtur mōachi eē ⁊ nō
ſunt: vn̄ abbas paſtor in vitis patrū. Qui
querulosus eſt: mōachus nō eſt Clauſtra-
lis murmurās: eſt rota nō bene vncta vn-
ctione gratie: ⁊ ideo murmurat ſicut rota
currus. vn̄ Eccle. xxxiij. Precordia fatui
quaſi rota currus Clauſtralis etiā murmu
rans: omne bonū clauſtri dat pro modico
feni ad opus iumēti ſui. Omne bonū clau
ſtralis eſt pax. Vn̄ ſuper illud pax ſuper iſ
ra. l dicit expoſitor. Omne bonū in vno
verbo dixit. Clauſtralis ēt murmurās in-
tromittit ſe de hoc qđ ad ipſum nō ptinet.
Ipſe eni ſuus nō eſt: ſ; dei vel abbatis
ſui. Nec ſolū dei eſt rōne creationis vel re-
dēptionis: ſed etiā rōne ſue redditiōis: vn̄
qū de ſe intromittit ſi de re aliena ſe intro
mittit. vn̄. B. Qui curā veſtri ſemel nobis
cōmiſiſtis qđ adhuc vos de vobis intro-
mittitis? Clauſtrali murmurāti dicit dn̄s
illud. Jo. vlti. Quid ad te? Tu me ſequere.
Clauſtralis etiam murmurās auctoritate
ppria vult diſpenſare ſibimet de cruce reli

gionis q̄ aſſumpſit cōtra omnia iura. B.
Suſpecta eſt mihi fateor tua diſpēſatio ⁊
vereor tibi illudi ſub tegmie: ⁊ noīe diſcre
tionis a carnis prudētia. Clauſtralis etiā
murmurans xp̄o poſtpoſito diſcipulus fa
ctus eſt Galieni: vn̄. B. Dn̄s docet pdere
animas Galienus ⁊ ypocras ſaluare: cui⁹
cōſilio potius acqeſces: aut cuius vis eſſe
diſcipulus. Itē puta te queſo monachum
nō medicū nec de cōplexione iudicādum
ſed de profeſſione. Clauſtralis etiam mur
murans quēdā cecum qui eū in foueam
multotiens precipitauit ducem ſibi conſti
tuit: iſte cecus eſt proprius ſenſus qui in
foueam peccati eū multotiēs precipitauit
quem tamen adhuc vult ſequi. Talis clau
ſtralis ad deū tergum vertit et adiumētū
ſuū faciem: potius eligens voluntatē face-
re ſui corporis q̄ dei. Ipſe etiam vult eque
habundanter victū ⁊ veſtitum habere in
preſenti ſicut illi qui nullā aliam retribu-
tionē expectant in futuro quaſi p nihilo
reputēt terrā deſiderabilem que eis pro
mercede danda eſt: cum tamen cōſuetudo
cōis habeat qđ operarijs qbus magna mer
ces ſoluitur in veſpere de victu non proui
deatur. Alijs aūt quibus alia merces in ve
ſpere non ſoluitur prouidetur. Mirari de
bēt qui vidēt aliquē clauſtralē murmurā
tē quaſi ſi videnti iumentū loqui: cū clau-
ſtralis iumentū debeat eſſe iuxta illud: vt
iumētum factus ſum apud te: vn̄ cū qui-
dam volens ingredi religionem quereret
a beato. Ber. Quid ſibi maxime eē neceſ-
ſariū. Ipſe dixit ei: vis eē aſinus? Illo que
rente quō poſſet hoc eſſe rn̄dit. Qui vult
eſſe in religiōe debet qđlibet opus ſibi in
iunctū facere indifferēter: ⁊ quēlibet cibū
ſibi appoſitum indifferenter comedere. Et
his eſt modus aſini: ſed in quibuſdā clau
ſtris adeo cōſueti ſunt huic monſtruoſitati
qđ nō pauent cū audiūt clauſtrales mur
murare: ſicut dicitur de Balaam qđ adeo
aſſuetus erat mōſtris quod nō expauit ad
vocē aſine. In vno caſu videtur clauſtra
li licitū eſſe murmurare qn̄. ſ. precipitur
ei aliquid voluntati diuine cōtrarium. In
ſimili ⁊ enim caſu aſina Balaā murmu-
rauit. Item cū murmur ſit loquela veteris
hominis: vetus autem homo mortuus de
beat eſſe in clauſtro: mirandū eſt de mur-
mure clauſtralium ac ſi mortui homines

loquerentur. Clauſtralis dꝫ eſſe moꝛtuus
mundo: ⁊ iam hꝫ ſudariū indutū. Habitꝰ
enī clauſtraliū ſudariū eoꝝ eſt cū in eo ſe-
pelianť. Monachi etiā cū benedicunť nō
debent loqui per .ix. dies in ſignum quod
moꝛtui ſunt: ideo murmur oīno longe de-
beret eſſe clauſtralibus quicquid eis fue-
rit ſicut a moꝛtuis hominibus.

¶ De quattuoꝛ remedijs contra murmur
clauſtralium.

Equitur de remedijs contra pec-
s catū murmuris. Et poſſumus con
tra hoc peccatum q̄ttuoꝛ remedia
aſſignare. ¶ Pꝛimū eſt exemplū xp̄i. Un̄
Aug. Omnia terrena ꝯtempſit hō deus vt
ab oībꝰ ꝯtēnenda mōſtraret ⁊ alia aduer
ſa ſuſtinuit vt ſuſtinēda doceret vt nec in
illis quereretur felicitas nec in iſtius timeret
aduerſitas. ¶ Scđm remedium eſt ꝙ hō
cogitet murmur qđ ſit de malo pene illa-
to murmur eſſe cōtra deū: cū omne maloꝝ
pene adeo ſit. Un̄ Exo. xvi. Non cōtra me
murmur eſt illud ſed contra dn̄m. Et Nu
meri. xiiij. Uſquequo multitudo peſſima
murmurat ꝯtra dn̄m? Ideo quicquid in-
fertur a ꝑſecutoꝛibus patienter tollerādū
eſt: ⁊ potius dꝫ hō habere oculū ad deum
qui hꝫ ꝑſecutorē in manu ſua q̄ ad ipſum
perſecutorē: cuius foꝛmā dedit nobis dn̄s
in cruce qui dimiſſis perſecutoꝛibus dixit.
Deus meus vt qđ dereliquiſti me? Unde
ſup illđ. Timeat dn̄m oīs terra dicit Aug.
Si creature ſeuiant: deū time non illas: q2
oia ſub ipſo ſunt. Item Glo. Cupiditatē
nocendi parce habes poteſtatē autē nocē-
di ſi ille nō dat non habes. Ideo deus hō
ante hoſtem ſtans ait. Non haberes in me
poteſtatē niſi eſſet datū tibi deſuper. Nec
etiā ipſe diabolus vel vnam ouiculam po
tuit tollere viro ſancto Iob: niſi pꝛius dice
ret mitte manū tuā hoc eſt da poteſtatē.
¶ Tertiū remedium ē: ꝙ hō cogitet intē-
tionē qua deꝰ ꝑmittit filios ſuos aduerſita
tibꝰ flagellari: qui enim magnū amoꝛem
cogitaret ex quo dn̄s filios ſuos flagella-
bat ipſe nō murmuraret. Un̄ Grego. Ille
ſolus de flagello murmurat q amorem ꝑcuſ-
ſoꝛis ignoꝛat. Et Apoc. Ego quos amo ar
guo ⁊ caſtigo. ¶ Quartū remediū ⁊ p̄ci-
puū eſt gratia dei. Cū enim murmur ꝓue
niat ex defectu celeſtis vnctionis in coꝛde
hoīs ſūmū remediū eſt poſtulare vnctio
nes celeſtis gratie vt faciat murmur iſtud
ceſſare ⁊ nō vnctionē carnalis voluptatis:
que licet ad tēpus murmur ceſſare faciat:
tamen in poſterū magis reddit queruloſū.
Unde ad Heb. in fi. ¶ Optimū eſt gratia
ſtabilire coꝛ nō eſcis que nō ꝓfuerūt ambu
lantibꝰ in eis. Eque de facili poſſet homo
impetrare a deo gratiā per q̄ talia contem
neretur. Si qs ex coꝛde eā peteret ſicut ab
homine ea pro quibus murmurat. Sene.
Quare potius impetrem a foꝛtuna quod
det q̄ a me ne petamus.

¶ De defenſione ꝓpꝛij peccati. ca. iiij.

Equitur de tertio peccato lingue. A
s ſcilicet de defēſione ꝓpꝛij peccati:
quo vitio multū laboꝛat humanū
genus: qđ ſignificatū eſt Geñ. iij. Ubi le-
gitur de parētibꝰ noſtris q' cū cognouiſſēt
ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus ⁊ fece
runt ſibi perizomata.

¶ D his q̄ pn̄t valeř ad deteſta. huiꝰ pcti.

D deteſtationem huius peccati.
a ¶ Pꝛimo poſſūt valere verba ſa-
cre ſcripture diſſuadentia illđ ad
Ro. xij. Non voſmetipſos defendentes ca
riſſimi. Et ſuper illud. Nolite exaltare coꝛ-
nu. dicit Glo. Suam feciſtis iniquitatem
per cupiditatē non defendatis per elatio-
nem. ¶ Secundo poſſunt facere ad hoc B
exempla ſanctoꝝ qui culpabiles ſe agno-
ſcunt: vbi etiā culpabiles non ſunt. Bo-
narum mentium eſt ibi culpam agnoſce
re vbi culpa non eſt. Prouer. xviij. Iuſtus
pꝛioꝛ eſt ſui accuſatoꝛ. Et Geñ. xxvij. Ia-
cob qui nuda colli ⁊ manus pellibus edi-
nis protexit in ſignum quod vir iuſtus: ⁊
ſi innocens ſit: peccatoꝛem tamen ſe debꝫ
reputare. Et Gene. xliiij. Cypho inuento
in ſacco Beniamin iudas qui tenet figurā
confeſſionis accuſauit ſe: licet ſine culpa
eſſet, de re illa dicens. Quid reſpondebi-
mus domino noſtro ⁊c. Et ſubdit. Deus
inuenit iniquitatem ſeruoꝝ ſuoꝝ. Ille etiā
qui peccatum non fecit: nec inuentus ē do
lus in oꝛe eius ſigna peccati habere voluit
Uoluit enim occidi: ⁊ cum iniquis repu-
tari. ¶ Tertio poteſt valere ad hoc ſi os
tenditur quanti meriti ſit humilis confeſ- C
ſio ⁊ accuſatoꝛia. Unde Greg. Non minꝰ
admiroꝛ humillimā confeſſionē peccato-
rum q̄ ſublima geſta virtutum. Itē in pſ.
Dixi confitebor aduer. in iu. ⁊ tu remi. im-

ple.pec.m.Prouer.xv. Reſponſio mollis
frangit irā. Mollis reſpōſio eſt ſui ipſi⁹ ac
cuſatio que multū frangit irā dei. Jtē ſup
illud iniuſticias non abſcon. dicit glo. Qñ
homo detegit de⁹ tegit. Cū hō detegit de⁹
nudat. Cū hō agnoſcit de⁹ ignoſcit. Jdeo
latro regnū i cruce meruit: q: ſe accuſauit.
Uñ Aug. Loquēs de illo verbo ſacrificiū
laudis honorificauit me ⁊ illic iter q̄ oſten
dā ſalutare dei dicit: latro in cruce q̄re ve
niam meruit? Quia illaȝ viam tenuit vbi
oſtēdit ſalutare dei a qua tibi pes nō exeat
Jn eo enī qḋ ſe accuſauit: deū laudauit.
Et ſup illud veritas de terra orta eſt: ⁊ iu
ſticia d̄ celo pſpexit. dicit Aug. q. d. deus:
Parcamus ei q: nō parcit ſibi. Jgnoſca
mus eis q: nō ignoſcit ſibi. ¶ Quarto pō
teſt v a. ad deteſta. hui⁹ pcti hoc ꝙ peccatū
iſtud multū īpedit peccatorē. Non. n. vult
deus a peccatis ſuis liberare illū q defēdit
ea. Uñ Aug. Tu fact⁹ es peccati tui defen
ſor: quō erit deus liberator: vt ſit ipſe libera
tor: tu eſto accuſator.
¶ De ſtulticia illi⁹ q peccatū ſuū defēdit.
Quinto pōt valere ad deteſta. hui⁹
D peccati ſi oſtēdatur multiplex eius
ſtulticia qua peccatū ſuum defen
dit. ¶ Et primo ſtultus eſt talis: quia ipſe
defendit peſſimū hoſtem quē ipſe hȝ: ſed
peccatū oſtenditur eē peſſim⁹ hoſtis quē
hō habeat: ex hoc ꝙ nullus ali⁹ hoſtis: nec
hō nec diabol⁹ pōt nocere ei: ſi ab hoc ho
ſte ſibi caruit. Gre. Nulla enī nocebit ad
uerſitas ſi nulla dominet̄ iniqtas. Scdo
vero ſtult⁹ eſt q defendit peccatū ſuum: q:
cū abyſſus miſerie abyſſuȝ inocet miſerie
ipſe debuit miſeriā ſuā plene exponere: vt
ampli⁹ miſericordiam dei poſſet mouere.
Jpſe vero miſeriā attenuat quaſi nolit qḋ
miſericordia ſua miſericordiā dei moue
at nō ſic faciunt pauperes qui elemoſinas
volūt ipetrare: imo paupertatē ⁊ infirmita
tem ſi quā hn̄t hoibus denudāt. Tertio
ſtultus eſt: q: nō vult manifeſtare in curia
miſericordie peccatū ſuū ⁊ reſeruat illud i
foro iuſticie vbi manifeſtabitur ad penaȝ
quod non vult ibi manifeſtare ad veniaȝ.
¶ Sexto pōt valere ad deteſta. hui⁹ pcti
ſi oſtendatur in illis magna puerſitas qui
peccata ſua defendunt puerſitas eoꝝ pȝ ex
hoc ꝙ illud qḋ de⁹ pſecut⁹ ē vſqȝ ad mor
tem ppriā. ſ. peccatū ſicut oſtenſum eſt in
principio ſūmeripſi defendere volunt vſqȝ
ad leſionē pprie conſcientie: ⁊ vſqȝ ad dei
offenſam: cū tñ oēs creature peccatū de
bent perſequi tanq̄ illud qḋ ſolū indecens
eſt in mundo iſto. Septimo pōt valere
ad deteſta. hui⁹ pcti ſi oſtendatur igratitu
do eoꝝ qui peccatū ſuū defendūt. Jngrati
vero tales ſunt dei miſericordie ⁊ bonitati
dū beneficiū ipſius volūt attenuare: boni
tatis diuine beneficiū attenuat q culpam
ſuā diminuēdo beneficiū remiſſionis quo
dāmodo diminuūt. vnde in ſpiritū ſanctū
videtur peccare cui bonitas attribuit̄. Ad
deteſta. hui⁹ pcti pōt facere hoc ꝙ illi qui
peccata ſua defendunt in culpa ſua ipſum
deū inuoluere volūt. vñ ſup illud Gene. iij.
Uocem tuā audiui in paradiſo. dicit Gre.
Propriū eſt peccantib⁹ deo velle attribue
re vnde accuſantur. Quod inde eſt q: ſic
peccauit hō cuȝ vellet eſſe par deo liber. ſ.
ſicut ille ab omni dominio. Qm̄ ergo illi
in maieſtate par eſſe nō potuit in peccato
ſibi parem eum facere cōtendit: imo vult
eum oſtēdere eſſe nocentē. Se aūt inocen
tem. Et ſuper illud nolite inique agere. di
cit glo. Malū eſt peccare: ⁊ peius eſt perſe
uerare pernitioſuȝ eſt in deuȝ ſe defenden
do culpā ſuā pijcere. Ad deteſta. etiā hui⁹
peccati videt̄ facere ꝙ Dauid videtur ſpe
cialiter petere cuſtodiā ori ſuo pp̄ter pecca
tū iſtō. Uñ in pſ. Pone cuſtodiā ori meo.
Et ſubdit. Non declines cor meū iuer. ma.
ad ex. ca. ex. ipe. Non declines. i. declinare
nō pmittas. Excuſationes in peccatis: di
cuntur verba malicie: vel q: ſunt cōtra bo
nitatē dei: dum beneficiū dei volunt atte
nuare: vel q: ille qui excuſat ſe deum vult
infamare dum culpā ſuā in deū nititur re
fundere: vt Adā. Gene. iij. Qñ dixit dño.
Mulier quā dediſti mihi ſociā dedit mihi
de ligno ⁊ comedi: q: ipſe defendi qḋ ho
mines debent perſequi peccatum ſuum.
¶ De multimoda excuſatione peccati.
Et notanduȝ ꝙ multis modis ſo
lent hoies peccatū ſuum excuſare
vel defendere. Alij pp̄ter infirmi
tatem carnis contra illud. Eccle. v. Ne de
deris os tuum: vt peccare carnem tuaȝ fa
cias. Alij multitudine peccātiū iuxta illḋ
Eccle. xxxij. Peccator homo vitabit corre
ctionē: ⁊ ad voluntatē ſuā inueniet cōpa
rationē. Jllis vero qui ſe excuſant in mul

titudine peccantiũ dici põt illud. Non minus ardebunt: qui cum multis ardebunt: imo maior ignis erit ſecundũ ꝙ plura ligna erunt in igne: qꝛ ſm ligna exardeſcit ignis: vt legitur in Eccleſia. cõtra hũc modũ excuſationis eſt illud. Exo. xxiij. Non ſequaris turbã ad faciendũ malũ. Turbã ſequitur ꝗ eã imitatur. Et Eccleſia. vij. Ne pecces in multitudine ciuitatis. Alij vero excuſãt ſe ꝑ nobilitatẽ ſuã ꝗ magnũ dedecus faciunt nobilitati ſue quãdo rei viliſſime ⁊ imundiſſime ſcutũ faciũt. Immundiſſima res eſt peccatũ: turpiꝰ eſt nobilitate ſua peccatũ defendere quã ſi aliquis miles clipeo ſuo vile ſterquilinium ꝓtegeret alij vero excuſant ſe ꝑ iuuentutẽ ꝗ videtur dicere qꝺ iuuẽtutẽ ſuã a diabolo teneãt cũ credãt diabolo in iuuẽtute eẽ ſeruiendũ.

¶ De peccato periurij: ⁊ de duabus ſpeciebus eius. cap. v.

s Equitur de peccato ꝑiurij. Et notandũ ꝙ due ſunt ſpẽs ꝑiurij: vna eſt iuratio ꝑuerſa: alia ẽ iuramẽti liciti trãſgreſſio. Ad deteſta. vero ſcꝺe ſpẽi ꝑiurij. Notandũ eſt qꝺ ille ꝗ iuramentum illicitũ facit ipſe quaſi laqueũ ad collũ ſuũ ponit. iuxta illud. Prouerb. vi. Illaqueatꝰ es verbis oris tui: ⁊ captus ꝓprijs ſermonibus quã vero iuramentũ licitũ tranſgreditur ipſe laqueo ſuo quaſi ꝓprijs manibꝰ ſe ſtrangulat. potiꝰ expediret ei qꝺ ſolummodo cõtritus eſſet ſi laqueo ad collũ ſuũ poſito ipſe ſtrangularetur quã ꝙ iuramẽtũ licitũ tranſgrediatur. De alia ſcꝺo ſpecie iuramẽti. Notandũ eſt ꝙ. xij. ſunt q̃ debẽt hoies cohibere a peccato illo.

¶ Duodecim q̃ deberent retrahere hoiem a peccato periurij.

A p Rimum eſt quod ille ꝗ ſciẽter peierat in ꝓmo ꝑiurio ſuo manũ illã diabolo dat q̃ ipſe tangit euãgeliũ vel que tangit manũ illius cuꝫ quo iurat. Et donec ipſe peniteat de ꝑiurio illo manꝰ illa diaboli eſt: ⁊ quẽcunqꝫ ſe manu illa ſignat hoc facit manu diabolica. Et cibus quẽ manu illa ſignat mãu diabuli ſignatꝰ. ¶ Scꝺm eſt hoc qꝛ cũ alia peccata fugiãt ⁊ quaſi timeant res ſacras peccatũ ꝑiurij nõ timet eas ſed illis appropinquat. Si qs vult fornicari ſi ipſe eſt infra eccleſiaꝫ ipſe erit inde. Si ꝓpinquus ẽ cimiterio vel eccleſie elongat ſe ab eis. Ille vero ꝗ vult peierare intrat eccleſiã ſi ipſe erat extra ſicut ad altare ⁊ cõmittit peccatuꝫ ꝑiurij: qñqꝫ ſup altare: qñqꝫ ſup euangeliũ: qñqꝫ ſuper ipſm corpꝰ xp̃i qꝺ horrendũ ẽ dictu. Mirũ eſt quõ ipſa terra euꝫ nõ abſorbet: vel quõ angeli qui aſſiſtunt circa corpꝰ xp̃i cũ non perimunt ipſe etiã diabolus timet res ſacras ⁊ quaſi reueretur qꝺ nõ facit ille qui periurat. ¶ Tertiũ eſt hoc qꝺ ille qui peierat fur ⁊ ſacrilegus eſſe videtꝰ. Contractat B enim rem alienã inuito dño ⁊ rem ſacraꝫ: qꝛ nomẽ dñi ſanctũ aſſumit cõtra ꝓhibitionẽ illam. Exo. xx. Non aſſumes nomen dei tui in vanũ. ¶ Quartũ eſt hoc qꝺ ipſe falſariꝰ eſt. Si qs ſigillo alicuiꝰ dñi ſibi cõmiſſo ad cõfirmandã aliquã veritatẽ vteretur ad aliud cõfirmanduꝫ ipſe falſarius iudicaretur. Et ſi faceret hoc de ſigillo dñi pape ipſe eſſet excõmunicatꝰ ipſo iure nec poſſet abſolui ab epiſcopo ſuo. ſic cuꝫ deus permiſit hoibus vt aſſumãt nomẽ ſuũ ad cõfirmationẽ veritatis ſi vtantur nomine ipſius ad cõfirmationẽ falſitatis ipſi falſarij ſunt: ⁊ quo ad deũ excõmunicati excõmunicatione illa q̃ dicitur. i. ad Cori. xvi. Si qs nõ amat dñm ieſuꝫ xp̃ꝫ anatha ſit. ¶ Quintũ eſt hoc qꝺ ille ꝗ ſciẽter peierat ipſe preter morẽ alioꝝ peccãtiũ vult deuꝫ inuoluere in peccato ſuo. Cum enim iurare ſm Aug. ſit deuꝫ in teſtem adducere cũ ipſe iurat falſum: ipſe vult adducere deum ad teſtificandũ falſum. Talis inquantum ipſe eſt vult maius maluꝫ facere xp̃o vt videtur q̃ eius crucifixores. Ipſi enim intulerunt xp̃o tñ malũ pene. Ipſe vero vult eum inuoluere in maluꝫ culpe ꝙ deterius eſt. Ipſe vero vult facere reputare deũ deceptorẽ dum in noie eius ⁊ quaſi ꝑ manũ eius vult hoies ſeducere: quod genus peccati non legitur cõmiſſum fuiſſe etiã a diabolo: licet diabolus mendax ſit ⁊ pater eiꝰ ⁊ per mendaciuꝫ homines ſeducat: tamen non. Legitur quod ipſe iuramentum mẽdacio addat vt meliꝰ poſſit ſeducere ſicut faciunt illi qui peierant. ¶ Sextum ẽ hoc quod cum in nomine ieſu flectatur omne genu celeſtiuꝫ terreſtrium ⁊ infernoruꝫ: vt legitur ad Phil. ij. Ille qui peierat cuꝫ in nomine ieſu xp̃i deo contumeliã facit deterior videtur eſſe illis qui in inferno ſunt ꝗ in nomine eius genua flectere dicuntur. ¶ Septimuꝫ eſt hoc quod cum hõ ꝑ hoc

torqueatur per que peccat: ⁊ talis in noīe
dn̄i peccet: ipſe in noīe dn̄i merito punietᷣ.
Et cum illud inuocauerit non exaudietur:
⁊ cum ad illud fugerit non proteget. Cum
alijs hominibus nomen dn̄i refugiū ſit iux-
ta illud Prouerb. xviij. Turris fortiſſima
nomē dn̄i, ad illud currit iuſtus ⁊ ſaluabit
¶ Octauū eſt hoc qd̄ periuriū enumeratᷣ
inter ea que dn̄s odit. zach. viij. Ubi ſic legi
tur vnuſquiſqꝫ malū cōtra amicū veſtruꝫ
ne cogitetis in cordibus veſtris: ⁊ iuramē
tū mēdax ne diligatis. oīa hec ſunt q̄ odi.
dicit dn̄s. ¶ Nonuꝫ eſt maledictio q̄ ē ſup
periuros ⁊ in p̄ſenti ⁊ i futuro. vn̄ zach. v.
Uidi volumen ⁊c. Et ſubditᷣ. Et dicit ad
me dn̄s: hec eſt maledictio q̄ egreditᷣ ſuper
faciē oīs terre: qꝛ oīs fur ſicut ibi ſcriptū ē
iudicabitur: ⁊ oīs iurās ex hoc ſilr̄ iudica
bitur. Educā illud dicit dn̄s exercituuꝫ: et
⁊ venit ad domū furis ⁊ ad domū iuran
tis in nomine meo mendaciter: ⁊ cōmora
bitur in medio dom⁹ ei⁹ ⁊ cōſumet euꝫ ⁊
ligna ei⁹ ⁊ lapides. ¶ Decimū eſt hoc qd̄
pctm̄ iſtud replet hoīes iniquitate. Unde
Eccle. xxiij. Uir multū iurās replebitᷣ ini-
quitate: ⁊ nō diſcedet a domo illi⁹ plaga.
In fine huius verbi tangitᷣ pena piurioꝝ
in p̄ſenti. ¶ Undecimū eſt qd̄ piurij pdit
deū dum iurat. pdit etiā iuſticiā ſiue fideꝫ
ſuam: repellitᷣ etiā poſt periuriū a teſtimo
nio claudit etiaꝫ ſibi igreſſuꝫ regni celeſtis
Un̄ in p̄s. Quis aſcēdet in mō. do. aut qs
ſta. in lo. ſ eius. Et ſubditᷣ. Quid nō iurat
in dolo primo ſuo: ibi per cōtrariū innuitᷣ
qd̄ ille qui iurat in dolo primo nō intret.
¶ Duodecimuꝫ eſt hoc qd̄ ſacra ſcriptura
ꝓpter magnū periculū periurij a deo diſ-
ſuadet iuramentū quod quibuſdā viſū eſt
qd̄ iuramentū oīno ꝓhibeatᷣ. Un̄ Mat. v.
Ego aūt dico vobis non iurare neqꝫ ꝑ ce-
lum neqꝫ per terram ⁊c.

¶ Septem que ſacra ſcriptura diſſuadet circa iuramentum.

e
T notandū ꝙ circa iuramentum
ſeptē diſſuadentᷣ i ſacra ſcriptura.
¶ Unuꝫ eſt appetitus iurādi ſiue
affectio. Un̄ Jac. v. Ante oīa fratres. m. n.
iu. neqꝫ per celū neqꝫ per terram neqꝫ per
aliud quodcūqꝫ iuramentū. Sit auteꝫ ſer-
mo veſter eſt eſt: nō nō: vt non ſub iudicio
decidatis. ¶ Scd̄m eſt aſſiduitas iurādi.
Un̄ Eccl. xxiij. Iurationi non aſſueſcat os
tuū: multi eniꝫ ſunt caſus in illa: ⁊ iterum.
Noīatio dei non ſit aſſidua in or. t. ¶ Ter
tium eſt iurare ex leui cā vel nulla. Unde
Deut. v. Non iurabis nomē dei tui fruſtra
qꝛ non erit ipunitus qui ſup re vana illud
aſſumpſerit. ¶ Tria alia que diſſuadētur
circa iuramentū ſunt falſitas ei⁹ ꝙ iuratᷣ.
Subita iuratio: ⁊ iuratio iniuſta q̄ ꝑ op-
poſitū innuuntᷣ. Jere. iiij. Ubi ſic legitur.
Jurabis viuit dn̄s in veritate ⁊ in iudicio
⁊ in iuſticia. ¶ Septima eſt iurare ꝑ crea
turas. Un̄ Mat. v. Ego aūt dico vobis nō
iurare omnino neqꝫ per celū qꝛ thron⁹ dei
eſt: neqꝫ per terrā qꝛ ſcabellū pedū dei eſt.
Ideo aūt diſſuadetᷣ iurare ꝑ creaturas ne
aſſiduitate ſic iurandi labantur homines
in ydolatriam.

¶ De peccato mendacij. ca. vi.

s
Equitur de pctō mēdacij de quo
hoc ordine dicemus. ¶ Primo di
cem⁹ qd ſit mendaciū: ⁊ ponem⁹
ea que poſſunt valere ad deteſtationeꝫ hu
ius peccati. ¶ Secundo tangemus aliqd
de diuerſis diuiſionibus mendacij.

¶ Quid ſit mendacium: ſm̄ Augu. Et de his que faciunt ad deteſtationem eius.

e
St aūt mendaciū ſm̄ Aug: Falſa
ſignificatio vocis cū intētione fal
lēdi. Ad deteſt. hui⁹ pcti. ¶ Prio A
poſſūt valere ꝟba ſacre ſcripture q̄ diſſua
dent nobis mendaciū: vt ē illud Eccle. iiij.
Ne accipias faciē aduerſus faciem tuam.
Nec aduerſus aīam tuā mendaciū: faciem
aduerſus faciē ſuā accipit q veritate exclu
ſa a corde ſuo q̄ eſt dei ſimilitudo falſitatē
q̄ diaboli eſt facies aſſumit. Et Eccleſ. vij.
Noli amare mendaciū: ⁊ poſt in eodeꝫ. c.
Nolite mētiri omne mendaciuꝫ. ¶ Scd̄o
poteſt vale. ad deteſta. hui⁹ pcti hoc quod B
peccatū iſtud eſt diabolicū. Primuꝫ enim
mendaciū dixit diabol⁹. Gen̄. iij. Nequaq̄
moriemini. Un̄ Jo. viij. Legitᷣ de diabolo
dum loqtur mendaciū ex ꝓprijs loquitur:
qꝛ mendax eſt ⁊ pater. Ipſe eſt pater men
dacij qꝛ p̄imus inuentor eſt: ⁊ pr̄ hoīs mē-
dacis. Homo. n. mendax filius diaboli in-
tentione. Johā. viij. Uos ex patre diabolo
eſtis ⁊ deſideria pr̄is veſtri vultis facere.
¶ Tertio poteſt valere ad deteſta. huius
peccati hoc qd̄ peccatū iſtud membꝝ inq
nat in quo magis eſt idecens imūdicia. ſ
omni. Reddit. n. illud abhominabile deo.

vnde. Prouer. xij. Abhomiatio eſt domi-
no labia mēdacia. Si quis os ſuū apertū
haberet muſcis ⁊ alijs rebus imūdis que-
cūq; vellent intrarent ⁊ permitteret ea ibi
nidificare os eius abhominabile eſſet ho
minibus ſic os mendax eſt abhominabile
deo immundicia mendacij multo āplius
diſpliceat in deo imundicia muſcaꝝ vel ſi
milium rerū. ¶ Quarto pōt valere ad de
teſta. huius peccati hoc qđ peccatū iſtud
hominē falſum reddit. Quāto ꝓualet bo-
nus denarius denario falſo tantū preualet
hō verax homini falſo ⁊ mendaci: vnus
bonus denarius valet. c. falſos: ⁊ vnus hō
verax. c. mēdaces: vn̄ multū melioraret ſe
aliquis ſi remoto peccato mendacij vera
de cetero loqueretur. Quis eſt cui nō di-
ſpliceat ſi aliquē de denarijs ſuis inueniat
falſum? Quis eſt qui nō potius velit habe
re denarios bonos q̄ falſos? Sꝫ de ſeipſis
non dolent miſeri homines qn̄ ſeipſos fal
ſos inueniūt: ⁊ potius volunt ſe eſſe falſos
q̄ veros in quo apparet cecitas eorū qui
amplius amant denariū vnum q̄ ſeipſos.
¶ Quinto pōt valere ad deteſta. hui⁹ pec
cati hoc qđ mēdaciū eſt quaſi quoddā ve
nenū qđ tante efficacie ē qđ in ipſo ore exi
ſtens hoīem interficit iuxta illud. Sap. i.
Os qđ mētitur occidit animā: vn̄ mirū eſt
B quō miſeri hoīes nō timent qn̄ venenum
iſtud in ore ſentiunt. Peius ē venenū iſtđ
veneno materiali: ſicut cā ſolet eē deterior
ſuo effectu. Mēdaciū qđ fuit in ore ſerpen
tis occaſio vr̄ fuiſſe veneni qđ in ore habꝫ
ſerpēs. ¶ Sexto pōt valere ad dete. huius
pcti hoc qđ oīs mētiens ꝓditor eſt. Velut
eni quod ille mētitur fidē ſibi adhibeat:
fidē tn̄ ei non ſeruat imo vult eū decipere:
¶ Septimo pōt valere ad dete. hui⁹ pcti
magnitudo ipſius que inſinuatur nobis.
Eccle. xx. Vbi ſic legitur potior eſt fur q̄ aſ
ſiduitas viri mēdacis: ꝑditionē tn̄ ambo
hereditabūt: idō vr̄ eē peior qui aſſuetus eſt
C mēdacijs q̄ fur qr̄ fur nocet corpori: ille āt
qui mētitur nocet anime dum eā i errorē
inducit. Itē appetitus malus qui eſt in fu
re quo ipſe appetit rem alienā ē appetitus
rei bone: ſꝫ appetitus eius qui mētitur eſt
appetitus rei male. Fur. n. ſuū bonū tpale
querit: ſed mētiēs alienū malū. i. errorem
primi: vnde peccatū mēdacij peccatū dia
bolicū: eſt: ⁊ peccatū malicie: ⁊ numerat a

ſalomōe inter pctā que odit dn̄s. Prouer.
vi. Vbi ſic legit. vi. Sūt q̄ odit de⁹ ⁊ ſepti-
mū deteſtat aīa eius. Oculos ſublimes: lin
guā mēdacē. ⁊c. Sicut ergo aliqs ſi in fur
to deprehēderet erubeſceret ſic erubeſcere
dꝫ ſi mēdaciū eius deprehēderet. Hoc aūt
q̄ dictū eſt q̄ đ fur ⁊ mēdax ꝑditionē here
ditabūt nō ē intelligēdū de quocūq; mēda
ce ſꝫ de illo qui dicit mēdaciū ꝑniciosū: ⁊
ad eandē ſpēm mēdacij referēdū ē qđ di
ctū eſt: os qđ mentitur oc. ani. ⁊ illud ps.
Perdes oēs q̄ loquunt mēdaciū. ¶ Octa
uo pōt valere ad dete. h⁹ pec. pena qua pu
nitur peccatū iſtđ: de qua habet. Prouer.
xx. Suauis eſt hoi panis mēdacij: ⁊ os ei⁹
iplebitur calculo De pena etiā mēdacij ha
betur. Act. v. De anania: vbi ſic ait petrus
non es mentitus hominibus ſed deo. Au
diēs aūt ananias hec verba cecidit ⁊ expi
rauit. ¶ Nono pōt valere ad deteſta. hui⁹
peccati hoc quod peccatū iſtud valde no-
ciuū eſt eccleſie dei facit. n. vt vix alicui fi-
des adhibeatur. Jero. Mendaces faciunt D
vt vera dicentibus nō credatur: vn̄ ꝓpter
mēdacia hominū multiplicantur iuramē
ta periuria: lingua hominis mendacis eſt
velud arcus diaboli oculos iteriores filio-
rū dei ſagittās: vnde. Jer. ix. Extenderunt
linguā ſuam quaſi arcū mendacij nō veri
tatis: ⁊ ibidem. Sagitta vulnerās lingua
eſt. ¶ Decimo pōt valere ad deteſta. hui⁹
peccati: ſi oſtendatur quāti meriti ſit abſti
nere ab hoc peccato. Ad qđ pertinet qđ i
vitas patrū legitur de quodam heremita
qui viſitatus ab alijs heremitis de latis il
luc per fluuiū miniſterio angelorū dixit il
lis querentibus aliqd de eius cōuerſatiōe:
hoc cuſtodiui ex quo cōuerſus ſuꝫ qđ nūq̄
mendaciū de ore meo ꝓcederet nec poſt-
poſui amorem celeſtiū terreno amori: ſed
nec gratia domini i his mihi: defuit: qcqđ
petij a domino ſine mora cōſecutus ſuꝫ: ⁊
infra triduū ſicut ipſi preuiderūt mortu⁹
eſt: ⁊ anima eius ab āgelis ipſis vidētib⁹ E
recepta eſt: Magni meriti ſciebat ſalomō
eſſe a mendatio cauere cū hoc petijt. Pro
uer. xxx. Vanitatē ⁊ verba mēdacij lōge
fac a me. ¶ Undecio pōt valere ad dete.
huius peccati hoc quod homines aſſueti
huic pctō in opprobrio magno ſunt: vnde
Eccle. xx. Opprobrium magnum in homi
ne mēdaciū: ⁊ poſt ibidē. Mores hominū

mendaciũ ſine honore ⁊ cõfuſio illorũ cum ipſis ſine intermiſſione: ⁊ Eccle. iiij. Ne cõtradicas verbo veritatis vllo modo ⁊ De mẽdacio eruditiõis tue ↄfundere. ¶ Duodecimo põt valere ad dete. hꝰ pec. hoc qḋ grauiter vulneratˀ q cadit in pctõ iſto: vñ. Eccle. xx. Lapſus falſe lĩgue quaſi q in pauimẽto cadit. Multũ videtˀ eẽ corruptꝰ mẽtiens. cui potius placet qḋ nõ ẽ q̃ qḋ eſt: ⁊ multũ vr̃ habere oculos cordis ĩfirmos cũ tenebre falſitatis ei placeãt ⁊ lumẽ veritatis ei diſpliceat. Corruptionẽ hoĩs mendacis inſinuat. Aug. ſup illud. ps. pdes oẽs q loquũtˀ mẽdaciũ ſic dicẽs. Merito pditur mẽtiẽs q2 decliat ab eo qḋ ẽ ad id qḋ nõ ẽ

¶ De diuiſionibus mendacij.

p s Equitur de diuiſionibus mẽdacij q multe ſunt prima ẽ l. vij. Mẽbra ſiue. vij. Spẽs quas ponit. Aug. in libro de mẽdacio. Prima ſpẽs ẽ mẽdaciũ in doctrina religiõis qḋ eſt cõtra fidẽ vel bonos mores hoc ſumme fugiẽdũ eſt. Ad hoc nulla cã q̃ſq̃ dz adduci. Secũda eſt quod nulli pdeſt ⁊ alicui obeſt. Tertia eſt quod vni pdeſt ⁊ alij obeſt. Quarta ẽ qḋ fit ſola mẽtiẽdi fallẽdiqꝫ libidine. Quod eſt mirũ mẽdaciũ ſicut dicit btũs. Aug. Quinta quod fit cupiditate placendi de ſuaui elogo. Sexta qḋ nulli obeſt ⁊ alicui pdeſt ad pecuniam eiꝰ ſeruãdã. Septima qḋ nulli nocet ⁊ alcui pdeſt ad vitã corpis ſeruãdã. Octaua eſt quod nulli obeſt ⁊ ad hoc pdeſt vt ab imunditia corpis aliquẽ tueatur. Tres prime ſpẽs mendacij ſunt mortalia pctã ſi cũ deliberatione dicantˀ. Quiqꝫ alia venia I lia ſunt pctã niſi aſſit aliqua circũſtãtia q̃ ea mortalia faciat. Alia aũt diuiſio mẽdacij diuiditur in tres ſpẽs. ſ. mẽdaciũ pernitioſum ⁊ iocoſum: ⁊ officioſuz ſiue benignũ. primũ mẽbrũ huius ſecũde diuiſiõis cõtinet tria prima mẽbra prime diuiſiõis. Secũdũ vero mẽbrũ cõtinet quartũ ⁊ quitũ. Tertiũ ãt mẽbrũ diuiſiõis cõtinet vltia tria mẽbra prime diuiſiõis. Tertia ãt diuiſio mẽdacij eſt in mẽdaciũ principalis aſſertionis ⁊ mẽdaciũ falſi teſtimonij.

¶ Contra falſum teſtimonium.

k a D deteſta. vero falſi teſtimonij aliqua addere poſſumꝰ lz ea q̃ prius dicta ſunt ad deteſta. mendacij ad idẽ poſſint referri. Notãdũ ergo qḋ cõtra peccatũ falſi teſtimonij. ¶ Primo poſſunt valere verba ſacre ſcripture q̃ iſtud diſſuadẽt vt eſt illud. Exo. xx. Nõ loq̃ris cõtra pximũ tuũ falſuz teſtimoniũ. Et eiuſdẽ. xxiij. Nõ iunges manũ tuã vt pro ipſo dicas falſuz teſtimoniũ. Secũdo poſſunt valere ad idẽ cõminationes quas ſacra ſcriptura facit falſis teſtibus vt eſt illḋ. Prouer. xix. Teſtis falſus nõ erit ĩpunitus ⁊ q loqtur mẽdacia peribit. Et prouer. xxi. Teſtis mẽdax pibit. ¶ Tertiũ eſt hoc quod peccatũ iſtḋ multũ nociuũ eſt. Nocet eni deo nocet iudici. Nocet ei cõtra quẽ teſtimoniũ ferit vnde. Aug. Falſidicus teſtis tribus pſonis eſt obnoxius primũ deo cuius preſentiã cõtemnit. Deinde iudici quem mẽtiẽdo fallit: poſtremo innocẽti quẽ falſo teſtimonio ledit. vñ falſus teſtis licet ſeptennẽ penitentiã egerit de falſo teſtimonio nundũ tamẽ liberatus eſt donec ipſi ſatiſfecerit pro poſ L ſe ſuo qui rẽ ſuã pro falſo eius teſtimonio amiſit. Teſtis iniquus deridet iudiciuz vt legitur. Prouer. xix. Et ideo in extremo iuditio merito deridebitur: q2 p que peccat hõ per hoc ⁊ torquetur. Quartũ ẽ hoc quod ipſe vendit dñm: vñ ſup illud. Mat. xxvi. Tũc abijt iudas ⁊c. dicit. Glo. Multi hodie ſunt qui factũ iude execrãtur: ⁊ idem faciũt. Nã cũ pro mũere falſuz teſtimoniũ dicũt q2 veritatẽ negãt deũ qui veritas eſt vendũt. Et notãdũ quod qui vult a peccato mendacij cauere oportet quod peccatũ cupiditatis a ſe repellat. Ex pctõ eni cupiditatis mẽdacia pcedũt vt patet i mercatoribus: vñ caym qui inter homines primus legitur mendacium dixiſſe. iiij. Gene. Neſcio dñe nũquid cuſtos fratris mei ſum ⁊c. Interpretatˀ poſſeſſio. Cupiditas etiam cauſa fuit quod ananias ⁊ ſaphira petro mentiti ſunt. Timorẽ etiam humanum oꝫ remouere qui vult cauere a mẽdacio: hac de cauſa petrus dominum negauit.

¶ De peccato detractionis. vij

s Equitur de pctõ detractionis de quo hoc ordine dicemus. ¶ Pri m mo dicemꝰ de pctõ eorũ qui detractiones pferunt. Secũdo de pctõ eorum qui libẽter eas audiũt. Tertio vero tangemꝰ aliqd de ĩpatiẽtia eorũ qbꝰ detrahitˀ. Circa primũ primo ponemꝰ ea q̃ poſſunt valere ad dete. detractionis. Secũdo tangemus de diuerſis ſpeciebus detractionũ.

¶ xij. que valent ad deteſta. detractionis.

n Otãdũ ergo ꝙ. xij. ſunt q̃ poſſunt valere ad dete. detractiõis. ¶ Pri

A mo poſſunt valere ad hec verba ſacre ſcripture que nobis hoc vitiũ diſſuadẽt de quibus pauca ponem⁹. Diſſuadetur ẽt nobis hoc vitiũ. Leui. xix. vbi ſic legiẗ. Nõ maledices ſurdo nec coꝛã ceco pones offendiculũ ſed timebis dñm deũ tuũ. Ad litterã valde impiuꝫ eſt ſurdo maledicere cũ ipſe non audiat: nec contra obiecta aliqd poſſit rñdere. Valde etiã impiũ eſt coꝛam ceco ꝓponere offendiculũ cũ ille ſi videat nec poſſit cauere: ſꝫ ſcdꝫ Glo. Surdo maledicit q abſẽti detrait. Homo abſens minus põt audire detrahentẽ q̃ ſi ſurdus eẽt ſurdus qñqꝫ audit qñ alte ſibi clamatur. Abſens vero q qñqꝫ p duas leucas diſtat vel amplius nõ audiret detrahentẽ quantũcũqꝫ clamaret: detrahẽs etiã qñqꝫ ponit offendiculũ corã ceco dũ illũ qui eũ aſcultat qui cecus eſt: vel q2 ſimplex ẽ vel q2 nõ cog noſcit pſonaꝫ cui detrahiẗ narrat alienũ factũ vñ ipſe ſcãdalizatur: vñ detractoꝛ impie agit ⁊ ꝑditioſe tam in eũ cui detrahit q̃ in eo corã quo detrahit. Itẽ diſſuadetur hoc vitiũ poſt in eodẽ. c. vbi ſic legiẗ Nõ eris criminatoꝛ nec ſuſurro i populis Criminatoꝛ idez eſt qḋ detractoꝛ q in alieno crimine delectatur. Itẽ Leui. vij. Sanguinẽ oĩs animalis nõ ſumetis in cibum. ¶ Itẽ Leui. iij. Nec ſanguinẽ nec adipeꝫ oĩno comedetis. Sanguinem comedit detractoꝛ qui in peccato delectaẗ. Deuẗ. xij. Caue ne ſanguinẽ comedas. Et Eccle. v. Ne appelleris ſuſurro in vita tua ⁊ lingua tua ne capiaris. Et Ja. iiij. Nolite detrahere ⁊c. B. Noli eſſe aliene vite aut temerarius iudex aut curioſus explorator. Secũdo põt valere ad dete. h⁹ pec. ſi diuerſis generibus rerũ detractoꝛ comparetur.

¶ Quibus comparatur detractoꝛ.

n Otãdũ ꝙ detractoꝛ cõparaẗ cani. vñ Mat. vij. Nolite ſanctuꝫ dare canibus ⁊c. Et Eccle. xix. Sagitta

B infixa femoꝛi canis ſic verbũ in coꝛde ſtulti. Canis ſagittã habẽs infixã femoꝛi non qeſcit donec remouerit: nec ſtult⁹ qeſcere põt donec verbũ malũ ꝙ de ꝓximo audiuit alij retulerit. Detractoꝛes ſunt cães gregẽ diaboli cuſtodientes nõ ꝑmittentes ẽt vnã ouiculã inde auferri qn latrent vel deridẽdo vel aliter. Canes iſti ñ ſolũ carnes comedũt: ſꝫ ẽt oſſa rodũt: q2 nõ ſolũ carnalibus hoibus detrahũt ſꝫ ſpũalibus. Specialiter ẽt detractoꝛes ſimiles ſunt canib⁹ q in macello moꝛãtur: q ſanguini inſidiantur ⁊ ſanguinolẽta hñt labia: vñ ad eos ptinet illud. Prouer. i. Inſidiãtur ſanguini Detractoꝛ ẽt poꝛco cõparaẗ: q2 ad modum poꝛci oꝛi ſuo non parcit ſicut nec pedi ſuo: nõ aduertẽs illud qḋ diciẗ. Sap. i. A detractione parcite lingue. Qui non vult pcere ei cui detrahit ſaltẽ deberet pcere ꝓpter linguã quã ingnat dũ p imundicias alioꝝ peccatoꝝ eã trahit. Poꝛc⁹ ſi oꝛtũ intret vbi ex vna pte floꝛes videat ex alia pte ſtercoꝛa: floꝛib⁹ neglectis ad ſtercoꝛa currit ⁊ ea in oꝛe ſuo ponit. Sic detractoꝛ ſi videat in aliquo aliqua imitatione digna q̃ velut floꝛes ſunt: ⁊ ex alia parte aliqua reprehẽſibilia ipſe verſat i oꝛe ſuo reprehẽſibilia. De his vero q̃ ſunt imitatiõe digna que velut floꝛes ſunt nõ curat. Propter hãc imũdiciã que eſt in detractoꝛibus voluit ſpãliter eos excludere. Aug. a mẽſa ſua. vñ legitur habuiſſe hos duos verſus ſcriptos in mẽſa ſua ſic hẽtur. Glo. ſup illḋ. Prouer. xxvij. Cũ detractoꝛibus ne cõmiſcearis ⁊c. Quiſquis amat dictis abſentũ carpere vitam. Hãc mẽſaꝫ indignaꝫ nouerit eẽ ibi. Multũ imunda iudicauit oꝛa detractoꝝ Aug. qui pꝛe ceteris peccatoꝛibus eos excluſit a mẽſa ſua. Detractoꝛ etiã cõparatur ſerpenti. Vñ Eccle. x. Si moꝛdeat ſerpẽs in ſilentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Aſſimilaẗ detractoꝛ ſerpenti in his ꝓprietatibus. Serpẽs ẽ aĩal ꝑditioſum in ſilẽtio moꝛdẽs toꝛtuoſe incedẽs: terraꝫ comedẽs. Sic detractoꝛ ꝑditoꝛ eſt. Illos. n. moꝛdet retro quos dũ ſint pñtes amare ſe ſimulat: nec detrahit niſi vbi de ſilentio cõfidit ⁊ ſicut ad litterã ſerpentes verbis ⁊ tumultibus hominũ deterrentur ſic detractoꝛ timet qñ videt venire eũ cui detrahit. Toꝛtuoſe etiã incedit detractoꝛ dum a laude eius incipit cui vult detrahere: ⁊ deinde ſubdit tamẽ: que ẽ cõiunctio attenuatiua: vel ſed que eſt cõiunctio aduerſatiua Rectitudinẽ etiã ſue intentionis pꝛetẽdit dicẽs: nõ dico hoc animo detrahẽdi: ⁊ vt ei fides adhibeatur dicit ſe multum amare eum cui detrahit: terram etiam ad modũ ſerpentis comedit quia quod terre nõ

ꝛ infimū eſt in homine hoc in oꝛe ſuo ver
ſat. De his ſerpētibus legitur. Deut. xxxij.
Dentes beſtiarū immittā in eos cū furoꝛe
t.ſ.am. ꝛ Jere. viij. Ecce ego mittaȝ in vo-
bis ſerpentes peſſimos quibus nō eſt incā
tatio: Itē homines aſſueti detractioni vix
corriguntur: vñ. Eccle. xxiij. Homo aſſuet⁹
verbis impꝛoperij oībus diebus vite ſue
non erudietur. B. vipera eſt lingua que
tres interficit flatu vno? Lingua detractio
nis tres interficit ſimul vno verbo. ſe. ſ. ꝛ
cū qui audit quando conſentit ei: quando
ꝗ etiā eum cui detrahitur quando perue-
nit ad eius noticiam. Detractoꝛ etiā mon-
ſtrum eſt in oꝛe gladios ꝛ habēs: vnde ad
detractoꝛē pertinet illud. Pꝛouer. xxx. Eſt
generatio que pꝛo dentibus gladios hꝫ: ꝛ
illud ps. Filij hominuȝ dentes eo. ar. ꝛ ſa.
ꝛ lingua eoꝝ gladius acutus. Et iterum.
Gladius in labijs eorum qm̄ quis au. B.
Gladius triceps lingua detractoris. nec
huiuſmodi linguam mucrone illo quo do
minicū latus cōfoſſum eſt crudelioꝛē dice
re verearis: fodit etiā hic coꝛpus nec iam
exanime fodit: ſed exanime facit. Ipſis eſt
ſpinis ꝛ clauis nocētioꝛ eſt quos ei iude⁹
infixit. Niſi enim coꝛpoꝛis ſui vite vitam
iſtius coꝛpoꝛis pꝛetuliſſet nunꝗ̄ illud pꝛo
iſto moꝛtis iniurie tradidiſſet. Detractoꝛ ēt
figuratus eſt per illam beſtiaȝ de qua legi
tur. Dan. vij. Que ſimilis erat vrſo ꝛ ha-
bebat tres oꝛdines dētiū: vrſus ꝛ ſi homi-
ni ſimilis ſit tñ homo nō eſt cū ſanguine
humano paſcatur. In tribus vero oꝛdini-
bus dētiuȝ figurari poſſunt tres modi qui
bus detractoꝛ pꝛimū lacerat. Lacerat eni
eū bona apta minuendo: occulta negādo.
falſa crimina imponēdo. Detractoꝛ etiam
cōparatur ſepulcro patenti de quo fetoꝛ in
ceſſanter exalat: vñ in ps. Sepulcrū patēs
eſt guttur eoꝝ. Nullū ſepulcrū ita fetet in
cōſpectu hominū ꝗ̄ os detractoris in ꝯſpe
ctu dei. Sap. nō refert de his gartionibus
an a ſupioꝛi an ab inferioꝛi intonēt: q2 nō
minus a ſupioꝛi ꝗ̄ ab inferioꝛi fetent. Tan
tus eſt fetoꝛ in oꝛe detractoꝛum vt ex fetoꝛe
multi moꝛiantur. Aliq tñ adeo fetidi ſunt
quod fetoꝛē ꝓꝓꝛiū non ſentiunt. B. Ubi oēs
fetidi ſunt vnius fetoꝛ minime ſentit. De-
tractoꝛ etiaȝ cōparatur mulieri pꝛegnanti.
que cū doloꝛe conatur ad emiſſionē part⁹:
vñ. Eccle. xix. A facie verbi parturit fatu⁹
tāꝗ̄ gemitus partus infātis. Uideretur de
tractoꝛi q2 diſrūperetur niſi verbū malum
auditū de pꝛoximo emitteret cōtra hoc ꝙ
dr. Eccle. xix. Audiſti verbū aduerſus pꝛxi-
mū tuū cōmoꝛiatur ī te. fidens qm̄ non te
diſrūpet. Ad detractoꝛē vr̄ pertinere illud
xxxij. Job. en venter meus quaſi muſtuȝ
abſqȝ ſpiraculo qḋ lagūculas nouas diſrū
pit. Detractoꝛ etiā ſimilis eſt noctue, cuius
oculos nox illuminat ꝛ lux cecat. Detra-
ctoꝛes etiaȝ ſunt vt ciconie que venenatis
aīalibus paſcūtur. Sic detractoꝛes alienū
pctm̄ quod quaſi venenū eſt i oꝛe deferunt
Os etiā detractoꝛis vas ē aquā maledictā
diaboli cōtinens: iuxta illud ps. Quoꝝ
os maledictione ꝛ ama. ple. eſt. Detractoꝛ
etiā fur eſt peioꝛ furibus illis qui veſtes ꝛ
alia bona tpalia furātur: vñ. Ambꝛ. Tolle
rabilioꝛes ſunt fures qui veſtes ꝛ alia bo-
na nr̄a diripiūt ꝗ̄ fures q famā nr̄am lace
rāt. Cuius rō pōt eē hoc qḋ dicit ſalomon
qḋ melius ē nomē bonuȝ ꝗ̄ diuitie multe.
Uñ q nomē bonū alicui aufert magis no
cet eiꝗ̄ ſi ei multas diuitias furaretur. Pꝛe
terea furtum tale vix aut nūꝗ̄ pōt reſtitui.
Itē detractoꝛes capiferi diaboli ſunt q car
nes humanas hoībus comedendas appo
nūt. vñ ſup illud. Pꝛouer. xxiij. Noli eē in
cōuiuijs potatoꝝ nec in co. c. q car. ad veſ.
e. dicit. Glo. Carnes ad veſcēdū cūferre eſt
in collocutione derogatiōis viciſſim vita
pꝛimoꝝ dicere. Itēȝ detractoꝛes diabolo
thuriſicant ꝛ in cetu diaboli quaſi thuri-
bulū deferūt in quo pꝛo ſuaui odoꝛe fetoꝛē
alienoꝝ peccatoꝝ hoībus ingerūt. Detra
ctoꝛes etiā ſunt teſtes iniqui qui nec roga
ti nec examinati teſtimoniū ferūt abſente
eo cōtra ꝗ̄ teſtificātur Ber. loqueris de pꝛxi
mo tuo ſcito te pꝛo eo vel ꝯtra eū teſtamē
tū dicere dicit. ps. Inſurrexerūt ī me teſtes
iniqui. Ipſi ēt videntur eē aduocati diabo
li. Ipſi conant̄ ad hoc vt ꝙ eſt dei cedat in
partē diaboli. Detractoꝛes figurati ſunt ꝑ
amō q raſit dimidias barbas nuntijs da-
uid: ꝛ ēt detruncauit veſtes vſqȝ ad nates:
vt legit̄. ij. Re. x. Dimidiā barbā radit de-
tractoꝛ nūtijs. Dauid. i. xp̄i dn̄ medietateȝ
vtilitatis eius aufert. Dicit eni ꝙ bona fa-
ciūt ſed intētione mala. Detractio aūt ſicut
dicit auctoꝛitas filia liuoꝛis eſt quaſi bene
facta negare nō poſſit quocūqȝ mō ꝑuerte
re temptat detrūcat etiā veſtes vſqȝ ad na-

eis:q2 si quid ē pudibundū in eis detegit.
B ¶ Tertio pōt valere ad detesta. hui⁹ pcti. scȝ detractionis si ostendat quāte crudelita tis ē pctm̄ istud. Notandū aūt qđ detractor adeo crudelis ē ꝙ se poti⁹ ledit vt post alios ledere possit. Se enīȝ pri⁹ accusat. vt alijs possit detrahere. Crudelitas ēt detractoris ex eo pȝ ꝙ carnes humanas comedit ⁊ sanguinē humanū bibit. vnde Job. Quare psequimini me sicut de⁹ ⁊ car. m. sa: Detractor hoiem psequitur sicut dicit Greg. Qui aliena detractione pascit pcul dubio alienis carnib⁹ saturatur. Ad gal. v Si inuicē mordetis videte ne inuicē consumamini. Detractor comedit qsiꝗ patrē suū vel matrē suā spūalē vel carnalē dū ei detrahit. nulli parcit nec amico nec inimico. Vn̄ Eze. x. Hic dn̄s ierusalē. i. Ecclesie: patres comedent filios suos in medio tui: ⁊ filij comedent patres suos Et Jere. xix. Unusquisꝗ carnes amici sui comedet. Detractores vno morsello comedūt populuȝ vnū: vel archiepm̄ vel epm̄. Detractor etiā in. xl. Carnes comedit. Vn̄ qdaȝ abbas in vitis patrū. Meli⁹ est comedere carnes et bibere vinū q̄ comedere vituperatione carnes fratrū. Detractor nō parcit etiam mortuis. Hi sepelit etiā hoies mortuos i pctis qđ est vnū opus in misericordie: cōtrariū illi opi mīscordie de quo habet. Thob. ij. Detractor etiā crudelior vr̄ eē lupis ⁊ leonib⁹ ⁊ ceteris bestijs. Leo. n. leoni parcit ⁊ lupus lupo: ⁊ cetere bestie bestijs sui generis. Detractor ꝟo nō parcit etiā carnib⁹ hūanis. Detractoris lingua peior videt eē inferno. Infern⁹. n. soluȝ malos deuorat. Lingua ꝟo detractoris amplectitur ⁊ bonos ⁊ malos. vn̄ legit Eccle. xxviij. De lingua tertia q̄ est lingua detractoris qđ vtilis poti⁹ ifern⁹ q̄ illa. ¶ Quarto pōt vale. ad detesta. hui⁹ pcti si ostendat quāte immūdicie sit pctm̄ istud. Notandum ꝙ detractor scraboni cōparaturꝗ nō qescit nisi in stercorib⁹. Sic detractor i alienis peccatis. De scrabonib⁹ legit. xxiij. Exo. Cunctoꝝ inimicoꝝ tuoꝝ corā te terga vertam emittēs scrabones ꝑ̄us ligua detractoris velut rotabulū est nō cessans voluere ⁊ reuoluere sordes vitioꝝ. ¶ Quinto pōt va. ad detesta. hui⁹ pcti. si ostendatur quāte iniqtatis sit detractor. Notādū ergo ꝙ detractor iniquus ē in seipsuȝ in ꝓximū ⁊ in deum. In seipsuȝ q2 ipm̄ q̄rit festucas: vn̄ oculos sibi eruat qn̄ deberet q̄rere lumē alicui⁹ boni exēpli ipse sufflat in puluerē: vn̄ oculi ei⁹ excecantur. Greg. Quid aliud detrahētes faciūt nisi in puluerē sufflant: ⁊ in oculos suos terrā excitant: vt vnde plus detractores pflant inde magis veritatis nihil videant. Iniqu⁹ est etiā detractor in ꝓximū quem fetore pctoꝝ vult corrumpere. Iniquus etiā est in deū cui iudicium vult auferre cōtra illud Lu. vi. Nolite iudicare ⁊ non iudi. Detractor vult vsurpare sibi qđ ipse deus pater sibi non vsurpat. s. iudiciū Pater enim non iudicat queꝗ sed omne iudicium dedit filio. Johā. v. Iniquus est etiam in deum cuius partem quantū pōt conatur minuere. Bonos. n. qui ex parte
dei sunt asserit esse diaboli quādo eos ma E
los dicit. ¶ Sexto potest valere ad detesta. huius pcti. si ostendatur detractor exosus esse deo ⁊ hoib⁹ ad quod ptinet illud Eccle. Susurro coinqnabit aiam suā ⁊ in oibus odiet. Et Eccle. v. Susurroni odiū inimicitiā ⁊ cōtumeliā. Susurroni odiuȝ cordis: inimicicia opis: cōtumelia ꝟbi: ⁊ ad Ro. i. Detractores deo odibiles. ¶ Septimo pōt valere ad dtesta. hui⁹ pcti hoc qđ detractor maledictus est a deo: ⁊ abhominabilis hoibus. De pmo legit. xxviij. Eccl. Susurro ⁊ bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. De scđo legitur. xxiiij. Prouer. Abhominatio hominuȝ detractor. ¶ Octauo potest valere ad detestatio. huius peccati. pena qua dominus punit detractores. De pena ista le- F
git Nūeri. xij. De Maria sorore Moysi q̄ leprosa facta est: q2 detraxit Moy. de pena etiā ista legit. Leui. viij. Quicūꝗ comederit sanguinē peribit de populis suis. Iteȝ. Leui. xvij. Homo qlibet de domo israel ⁊ đ ppl'is q peregrinātur iter nos. Si comederit sanguinē obfirmabo faciē meā ꝯtra aiam illi⁹ ⁊ disperdā eam de populo suo. Delectari in sanguinē peccati diabolicum vr̄ esse. vn̄ detractores spāliter filij diaboli sūt q sanguisuga vocant. Prouer. xxx. Sitiūt enīȝ detractores sāguinē peccati sicut ⁊ diabolus. Nono pōt va. ad detesta. hu- G
ius pcti. Si ostēdat q̄ta stulticia peccator laborat. De stulticia ipsi⁹ dicit. phs. Quod ꝓpriu̅m stulticie est aliena vitia cernere ⁊ sua obliuisci. Legit ēt in vitis patrū qđ q-

daꝫ frater inuentus eſt culpabilis ⁊ addu-
ctus eſt abbas moyſes vehemētia precuꝫ
ꝗ tollens ſecū ſportā vetuſtiſſimā impleuit
eaꝫ harena ⁊ portauit eā. Illis vero admi
rantibus qd hoc eſſet: dixit: peccata mea
ſunt: poſt me currentia ⁊ non video illa: ⁊
veni ego hodie aliena iudicare peccata. ſic
detractor facit. Peccata. n. ſua qbus totus
plenus eſt nō videt: peccata āt aliena ante
oculos ſuos habet. ¶ Decimo pōt valere
ad deteſta. hui⁹ pcti. ſi oſtendat quā dam-
noſuꝫ ſit eccleſie dei. ¶ Notanduꝫ ergo ꝙ
detractor eſt vētus vrens vineā domini le-
dens ṗcipue in flore. Illi enim qui ſunt in
initio bone vite nō poſſunt morſus detra
ctionū ſuſtinere ſed deſiſtunt a bono ince-
pto: ⁊ ſicut poma debiliū caudaꝝ deciunt
ab arboribus vento. ſic ventus detractio-
nis illos a deo qui nundū ei firme adheſe-
runt detractor quantū in ſe eſt vniuerſales
tenebras facere nititur in mundo iſto: ſi-
cut leguntur facte in paſſione domini ſuꝑ
vniuerſaꝫ terrā. Lucernas enim conat de-
tractor extinguere duꝫ ſanctos viros nitit
infamare: cuꝫ eccleſia tenebras ſuas faciat
cani ter i anno: detractor cōtinue tenebras
ſuas vellet facere: detractor tenebras amat
H ⁊ in tenebras ibit. ¶ Undecimo pōt vale
re ad deteſta. huius pcti hoc: qꝺ peccatum
iſtud eſt in ſpiritū ſanctuꝫ: detractor enim
impugnat gratiā ſpūs ſancti dū conat eā
diminuere vel totā ſuffocare in hominib⁹
Ideo vix dimittitur peccatū illud a ſpiritu
ſancto ad quem pertinet remiſſio pctōꝝ.
¶ Duodecimo pōt valere ad deteſta. hui⁹
peccati hoc qꝺ dicit glo. Peccato iſto ſuꝑ
illud Prouer. xxiiij. Cum detractorib⁹ ne
ꝯmiſcearis: hoc ſpecialiter periclitat vitio
I totū pene genus humanū. ¶ Et notandū
qꝺ licet quilibꝫ dꝫ cauere a detractione q̄
licet perſonaꝝ: precipue tamē a detractio-
ne patris vel carnalis vel ſpiritualis. vnde
xxij. Exo. Diis nō detrahes ⁊ pncipi popu
li tui non maledices. Et Geñ. ix. Legit de
Cam filio Noe qꝺ patris ſui verenda dete
xit: ⁊ ideo in ſemine ſuo maledictionē rece
pit: vnde legitur ibi. Maledictus Chanaā
puer ſeruus ſeruoꝝ erit fratribus ſuis. Le
gitur etiā. ij. Re. vi. De Oza quod a domi
no ꝑcuſſus eſt: qr manū ſuā ad archaꝫ dei
extendit: per archam in qua continebatur
manna ⁊ virga Aaron ⁊ tabule teſtamēti
figuratur prelatus in quo contineri debet
manna dulcis cōſolationis: ⁊ virga corre-
ctionis: ⁊ cōſilia directionis. Ad quam ar
cham ſi detractor manū extenderit illi de-
trahendo a dño ꝑcutietur. Grego. Multi
dum plus vitā ſacerdotū q̄ ſuā diſcutiunt i
erroris foueam dilabunt minus conſiderā
tes quod non eos vita ſacerdotum lederet
ſi humiliter bonis ſacerdotū admonitioni
bus aurem accōmodarent.

¶ De ſpeciebus detractionum diuerſis.

P Oſt ſpeciebus illis que poſſunt va
lere cōtra peccatū detrahentiū cō K
ſequens eſt vt aliquid tangem⁹ de
diuerſis ſpeciebus detractionū. Notanduꝫ
ꝙ ſuper illud ps. detrahentē ſecreto proxi-
mo ſuo hunc per ſe. diſtinguitur triplex ge
nus detractionis. ¶ Primū eſt malum di
cere de alio. ¶ Scdm audita mala cum
augmēto referre. ¶ Tertiū eſt libēter illꝺ
audire. Nos aūt poſſumus diuidere detra
ctionē in ſex ſpecies: quaꝝ. ¶ Prima ē oc-
culta mala ꝓximi publicare. ¶ Secūda ē
audita mala cū augmēto referre. ¶ Tertia
crimina falſa iponere. ¶ Quarta bona oc
culta negare. ¶ Quinta manifeſta bona
minuere. ¶ Sexta bona in mala conuer-
tere.

¶ De peccato libenter audientium detra-
ctiones.

S Equitur de peccato eoꝝ q libēter
detractores audiunt: contra quod L
pctm̄. ¶ Primo valer̄ poſſunt ver
ba ſacre ſcripture q̄ illud diſſuadēt: vt eſt il
lud. Prouer. iiij. Labia detrahentium ſint
ꝓcul a te: ⁊ ad. xxiiij. Pro. Noli eſſe i cōui
uijs potatoꝝ: nec i cōmeſſationib⁹ eoruꝫ q
carnes ad veſcendū ꝯferūt. Et illud. xxiiij.
Cuꝫ detractoribus ne cōmiſcearis. Et illꝺ.
Eccle. xxviij. Sepi aures tuas: ⁊ noli audi
re linguā neq̄. Contra hoc peccatū pōt va
lere illud. Ber. Detrahenteꝫ vel detrahere
audire ꝙ hoꝝ dānabilius ſit non facile di
xerim. Sunt aūt reprehenſibiles illi qui li
bēter detractores audiūt multis de cauſis.
Primo ꝓpter hoc ꝙ vidēt fratres ſuos a
canibus dilacerari: ⁊ non exterrent canes
ſaltem clamoribus: ṗcipue cū ſperēt ſe ꝓfi
cere poſſe: imo canibus applaudūt in quo
potius ſe canes q̄ homines oſtendūt. Ec-
cle. xiij. Que cōmunicatio ſancti hominis
ad canē? Cum detractor ſerpens ſit vt ṗus

oſtenſum eſt non videntur homines eſſe: ſed potius genimina viperarum qui eos non exhorrent qui lapides durarum icrepationum non proiiciunt quando vident fratres ſuos ab eis morderi.

¶ Multis cauſis ſunt reprehenſibiles: q libenter audiunt detractores:

m Eprehenſibiles etiam ſunt: qui li r benter audiũt detractores: q2 illis q fratres ſuos comedunt: ſalſam miniſtrant ad quod eos comedant hylarem eis vultum oſtendendo: ſine qua ſalſa morſus: quaſi inſipidus eſſet detractoribus. Jero. Nemo inuito auditori libenter narrat. xxv. Prouer. Uentus aqlo diſſipat pluuias: z facies triſtis linguam detrahentem. Reprehenſibilis etiaȝ eſt ille qui detractori conſentit: q2 teſti exceptionis pleno non iurato neq3 examinato contra abſentem credit: z frequenter teſti iniquo cõtra illud legis diuine. Jn ore duoꝝ vel triũ teſtium ſtet omne verbum. Jmmo quod plus eſt ſi vnus ribaldus detraxit vni viro ſancto. z deceȝ boni viri dicerent contrarium potius crederet illi ribaldo ſimplici verbo teſtificanti contra virum ſanctum: quã decẽ bonis viris iurantibus pro ipſo. Reprehenſibilis etiam eſt talis: quia iuxta ſepulchrum patens. Unde fetor inceſſanter exalat potius eligit eſſe contra dei voluntatem: z ad ſuam damnationem q̃ recedendo inde obmuteſcer facia os detractoris. Si eni deeſſet auditor deeſſet z detractor. Reprehenſibilis eſt etiam talis: q2 noctue credit teſtificanti contra luceȝ quaȝ naturaliter odit.

¶ De peccato eoꝝ qui ipatienter tollerant detractiones.

n Equitur de pctõ eoꝝ q ipatienter e tollerãt eos q ſibi detrahũt: q valde fatui ſunt. Ualde. n. vtiliter ſeruiũt eis ſi ipſi patiẽter ſuſtinẽt. Detractores. n. ſũt ſpine viã iferni obſtruẽtes viris ſctis. vñ Oſee. xi. Ecce ego ſepiaȝ viã tuam ſpinis. Jpſi ẽt ſunt vigiles ciuitatẽ eccleſie cuſtodiẽtes ad modũ vigiliũ quaſi ↄtinue mentiẽtes. Jpſi ẽt depaſcunt ſegetes dñi ne in paleas luxuriẽt z pauca grana habeant. Jpſi ſunt lime a vaſis glorie rubiginẽ auferẽtes. Sed ſunt quedaȝ vaſa maledicta q̃ a limis iſtis aſſumũt rubiginẽ: vñ oȝ recipe pulchritudineȝ. Detractores a filiis dei quaſi quodam raſorio peccatum elationis eradũt. Uñ Gre. Jdcirco laxat dñs liguas detractoꝝ i electos: vt ſi qd i eis elationis ſurrexerit lingua detractoris eradat.

¶ De peccato adulationis. ca. viii.

s Equitur de peccato adulationis: de quo hoc modo dicemus. Primo ponemus ea que ad deteſtationem hui9 peccati poſſunt valere. ¶ Secundo tangemus de remediis contra peccatum iſtud. ¶ Notandũ ergo q adulatio ſicut quidam dixit eſt peruerſa laudatio. Unde nomen laudationis z adulationis eiſdem litteris conſtat. ſed non eodẽ econtrario ordinatis. Scdm Tullium vero nomen a ſono ſumptum. Canes enim quorum eſt mira adulatio fere exprimũt iſtuȝ ſonum.

¶ De his que valent ad deteſtationeȝ adulationis.

A deteſtationẽ vero hui9 peccati, a ¶ Primo poſſunt valere verba ſacre ſcripture que illud diſſuadẽt A vt eſt illud. Exo. xxx. Hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras. Carnes hominis non vngenẽ ex eo. Et ſubditur paulopoſt. Homo quicunq3 tale ↄpoſuerit: z dederit ex eo alieno exterminabitur de populo ſuo. Oleum illud laus eſt que debet deo dari non homini viuenti. Jtem Leuit. xi. Nihil melius adolebitur in ſacrificio domini. Jn melle dulcedo adulationis intelligitur. Jtem diſſuadetur hoc vitium. Exo. xxiii. Non coques edum in lacte matris. Adulator hominẽ durum quem diabolus frangere non pot in lacte adulationis coquit vt diabolo comeſtibilis fiat. Jtẽ. Prouer. xxiiii. Nec lactes quẽq̃ labiis tuis. Et i Eccle. Ante mortem non laudes quemq̃. ¶ Scdo poſſunt valere ad deteſta. huius peccati exempla: ꝑcipue exemplũ xpi. de quo dicit Glo. ſup illud. Mat. xxi. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ. Quia paup erat nulli adulatus nullum in tanta vrbe inuenit hoſpitẽ: ſed apud Lazarũ receptus eſt. Paul9 etiã dicit de ſe. i. ad Theſ. ii. Neq3 aliqñ fuim9 in ſermone adulationis ſicut ſcitis: neq3 i occaſione auaricie de9 teſtis eſt. ¶ Tertio poteſt valere ad deteſtationem huius peccati ſi adulatorem vel adulationem diuerſis generibus rerum comparemus.

B ¶ Adulatio nutrix eſt diaboli.

Notandū ergo ꝙ adulator nutrix diaboli eſt filios diaboli lactās lacte adulationis. Uñ Prouer. i. Sic te lactauerunt pec. nō acq. eis. Item Prouer. xvi. Uir iniquꝰ lactat amicū ſuum ꝛ ducit eum per viā nō bonā. Et Treñ. iiij. Lamie nudauerūt mammas lactauerunt catulos ſuos. Lamia eſt beſtia ſuis fetibꝰ crudelior ꝗ cetere beſtie: vnde lamia quaſi lania appellatur: qꝛ catulos ſuos creditur laniare. vnde bene ſignat adulatorē qui in veritate eos laniat quos videt lactare. Jō aūt cōparat adulatio lacti vt oſtendat verecundū eſſe homini adulto adulationē amare. Sicut verecundū eſſet homini barbato ad mamillas maternas pēdere. Adulator ad modū nutricis filios diaboli obdormire facit in peccatis ſuis. Sicut ꝛ nutrix caſum paruuli ad eius cōſolationē ſaltum interpretat: ſic adulator eiꝰ peccatum cui adulatur qḋ in veritate caſus eſt aſſerit eſſe opꝰ magnificū: adulatores egyptie mulieres ſunt quarū mamillas Moyſes reſpuit. ¶ Item adulatores locuſte ſunt comedentes reſiduū grandinis. Exo. x. Locuſta eſtate canit hyeme ſilet. vnde recte ſignificat adulatores q eos laudāt q habent eſtatē pſperitatis: a laude vero eoꝝ ſilent qui habēt hyemē aduerſitatis. Unde Eccle. xiij. Diues locutus eſt ꝛ oēs tacuerunt ꝛ verbū eius vſqꝫ ad nubes pducunt. In grandine vero pſecutor intelligit. Locuſta ergo reſiduū grādinis comedet: qꝛ ſm Gre. Quē perſecutio frangens nō vincit mulcens adulatio pmit: adulatio deterior videtur eſſe detractione: qꝛ detractio hominē humiliat: ſed adulatio extollit. Adulatores etiā ſunt rane ꝓpter loquacitatem ſuā. Uñ in ps. Et dedit terra eoꝝ ranas i pe. re. ip. Adulatores etiā ſunt ſyrenes vſqꝫ in exitū dulces ſm Boetiū. Item ſunt ioculatores diaboli nō permittētes diabolū in aliquo contriſtari. Uñ Oſee. vi. In malicia ſua letificauerunt regē. Ipſi etiā ſunt ſacerdotes diaboli homines viuos ſepeliētes. Uñ Mat. ix. Dimitte mortuos. ſermo. De quo verbo loquēs Gre. dicit. Tūc mortuus mortuū ſepelit cū peccator peccatorē aggere adulationis premit. Adulator eſt rethoricus conformans ſe ei cui adulatur. Si. n. riſerit ridet: ſi fleuerit flet. ſap. xvij. Reſonans in altiſſimis montibus eccho. Ipſi ſunt quaſi cameleon ꝙ ſm ſoliñum animal eſt de aere viuens qḋ colorē habꝫ variū ꝛ in momenta mutabile: ita vt cui rei ſe cōiungit ei eius color fiat. Item ſunt incantatores diaboli q faciunt hoībus de ſe credere que ipſi volūt. Terentiꝰ. Adulator homies pſus inſanos ex ſtultis facit. Quidā nihil eſt ꝙ nō poſſit de ſe credere cū laudatur diis equa poteſtas. Itē adulator ꝗſi ſub pretextu decorādi ꝛ ornādi hominē iugulat: vñ ad eū pōt dici: ſicut noua accu. ſe. do. Adulator etiā pditor eſt. Sub ſpē. n. oſculi ad modū Jude hoiem tradit hoſtibus ſuis: ꝛ ſub ſpecie amicitie hoiem interficit Unde recte ſignantur per Joab: qui ſicut legitur. ii. Re. xx. Dixit ad Amaſam. Salue mi frater ꝛ tenuit manu dextera mentū amaſe quaſi oſculans eū ꝛ percuſſit eū in latere ꝛ mortuus eſt. Adulatio oleo cōparatur. Unde in ps. Oleum pec. non impinguabit caput meum. De quo oleo diabolus vngit ſuos qui in extremis laborant: hoc oleo etiā vngit diabolus homines quos flectere non poteſt: vt ad malum eos molliat. Unde Auguſti. Oleum eſt falſa laus adulatoris que mentes a rigore veritatis emollit ad noxia. Adulator etiam mel eſt: ſed toxicatum: etiam eſt ſagitta aurea: ꝛ ideo aliqui nō curant ſi ab ipſa ledantur. Eſt etiam ventus qui leuis videtur: tranſfert tamen montes de regno dei ad regnum diaboli. Item eſt rethe diaboli inuiſibile. Unde. xxx. Prouerb. Qui blandis fictiſqꝫ ſermonibus loquitur: rethe expandit proximo ſuo. ¶ Quarto poteſt valere ad deteſtationem huius peccati ſi oſtendatur quantū ſit nocumentū homini iſtud vitium: ad quod pertinent verba ſacre ſcripture que ſequuntur: ſuper illud. Quoniā laudatur peccator in deſiderijs anime ſue. dicit Augu. Nec eſt ira dei magna: vt deſit correctio ꝛ aſſit adulatio. Adulantiū lingue alligant animas in peccatis. Delectat enim hominē ea facere in quibus non ſolum non metuitur reprehēſor ſed etiam auditur laudator. Et ſuper illō Lu. vi. Ue vobis cū benedixerint ꝛc. Dicit Glo. Magna pars pene eſt peccatori ſua ſcelera non modo non argui: ſed inſuper quaſi bene geſta laudari. et ſuper illud: Deus in adiutorium ꝛc. Dicit Aug.

Plus nocet lingua adulatoris q̄ manus ꝑ
ſecutoris. Et Prouer.xxvij. Meliora ſunt
vulnera diligentis q̄ fraudulenta oſcula
odientis. Eccle.vij. Melius eſt a ſapiente
corripi: q̄ ſtultorum adulatione decipi. Et
Iſa.iij. Popule meus qui te beatū dicūt
ipſi te decipiunt. Item Iſa ix. Erunt qui
beatificant populum iſtum ſeducentes: ꝛ
qui beatificantur precipitati. Adulator du
cit eū cui adulatur: quaſi ad ſupercilium mō-
tis vt inde precipitetur: ſicut iudei dicūtur
feciſſe de domino. Luce.iiij. Itē Prouer.
xi. Simulator ore: decipit amicum ſuum.
Quinto poteſt valere ad deteſtationē
huius peccati ſi oſtendatur adulator eſſe
maledictus: ꝛ abhominabilis ꝛ deteſtabi
lis. Ad primum pertinet illud. Iſa.v. Ve
qui dicitis bonum malum. Alia littera ha
bet: ve qui dicitis malo bonus es. Et i eo-
dem. Ve qui iuſtificatis impium pro mu-
neribus: ꝛ iuſticiam iuſti aufertis ab eo.
Et ſubditur pena. Propter hoc ſicut ſtipu
lam deuorat flamma ignis: ꝛ calor flāme
exurit, ſic radix eorum quaſi fauilla erit.
¶ Item Eze.xiij. Ve qui cōſuunt puluil
los ſub omni cubito manus: ꝛ faciunt cer
uicalia ſub capite vniuerſe etatis. Quan-
doq; diabolus in aliquo peccatore fatiga
tus eſt: ꝛ vult corruere in eo: ſed venit ma
ledictus adulator ꝛ appodiat cum exem-
plis malis confortando. Ipſe qui peccat
quaſi parietem facit inter ſe ꝛ deum: ſed
abſq; temperamēto eſt ꝛ cito corruet: ſed
adulator linit eū vt fortior ſit: vnde Eze.
xiij. Ipſi edificabant parietem: illi autem
liniebant luto abſq; paleis dic ad eos qui
liniunt abſq; temperamēto quod caſurū
ſit. Ad hoc vero quod adulator deteſtabi-
lis ſit: pertinet illud. Prouer.xxiiij. Qui di
cunt impio iuſtus es maledicent eis popu
li: ꝛ deteſtabitur eos tribus. Ad hoc ꝙ ab
hominabilis ſit pertinet illud: Prouerbi.
xvij. Qui iuſtificat impium: ꝛ qui ꝯdēnat
iuſtum vterq; abhominabilis eſt apud do
minū. Ad idem pertinet ꝙ dicitur ſuper
illud. Luce.xvi. Ibi agitur de diuite ꝛ la-
zaro. Quod poteſt intelligi in lingua ca-
nū lingua adulantium qui vulnera lingūt
dum mala que in nobis reprehendimus
improbo fauore laudant. Lingua enī iſta
que vulnera lingit indubitanter abhomi-
nabilis eſt. Sexto poteſt valere ad dete
ſtationē huius peccati ſi oſtendatur ma-
gna ſtulticia: qua laborat adulator. Eſt āt
vna ſtulticia ipſius hoc: q; ipſe laudat ho
minem ſibi ipſi: quaſi vellet eum vendere
ſibi. Unde quidam dixit cuidam adulāti
ſibi. Quid me mihi laudas: Nunquid mi
hi vendere me vis? Alia ſtulticia eius eſt:
ꝙ ipſe homini adulatur vt gratiam eius
acquirat quam tamen melius inueniret ſi
veritatem ei diceret. vnde.xxviij. Prouer.
Qui corripit hominem gratiā poſtea in
ueniet apud eum magis q̄ ille qui eū lin-
gue blandimento decipit. Et.xxiij. Eiuſdē.
Labia deoſculabitur: qui recta reſpondet
Et Idem. Qui arguunt laudabuntur: ꝛ
ſuper eos veniet benedictio. Hoc eſt ꝙ ꝑ
cipue deeſt diuitibus videlicet qui eis ve-
rum dicat. Seneca: Monſtrabo tibi quid
omnibus poſſidentibus deſit ſcilicet qui ve-
rum dicat: ꝛ hominem intus mentientem
ſtupentem vel prorectis blanda audien-
tem ad verum perducat. Idem. dicitur il-
lis non ꝙ velint audire: ſed quod velint
ſemper audiſſe.

¶ De quattuor remedijs contra peccatū
adulationis.

s Equitur de remedijs contra pec-
catum iſtud. Et poſſunt eſſe quat
tuor contra hoc vitiū. ¶ Primū
eſt: vt quando ventus adulationis flat: ho
mo ad terram deſcendat: vt ſcd'm ꝙ infir
mum eſt: ꝛ infirmum ipſe conſideret ꝛ di
cat quoniam tu illuminas lucernam meā
de domo mea illumina tenebras meas.
¶ Aliud remedium eſt memoria mortis.
Quod remedium figuratum eſt. Exo.x. Ubi
legitur ꝙ orauit moyſes dominū qui fla
re fecit ventum ab occidente vehementiſ-
ſimum ꝛ arreptā locuſtam proiecit in ma
re rubrum. In locuſtis adulatores intelli-
guntur quos ventus veniens ab occiden-
te proiecit in mare: dum memoria mortis
eos fugat quia vanas hominum laudes
cōtēpnit qui de morte ſua cogitat quando
veritas aperte patebit. ¶ Quartum reme
dium eſt vt homo ſubtiliter diſcernat adu
latorem eſſe eum qui ſibi loquitur. Verecū
dabitur enī cum cognoſcet ſe puerilem re
putari ab eo qui ſibi lac propinat: vñ So
crates cuidā ſibi adulanti dixit nil ꝑficis
adulator cum te intelligam. ¶ Quartum
remediū eſt ꝗ homo triſtē faciem adula-

tibus oñdat. Triſtis eñ facies eos fugat
ſicut hylaris facies eos multiplicat: vnde.
Prouer. xxix. Princeps qui libēter audit
verba mēdacij oēs habebit miniſtros im
pios. Renuere vero lac adulatiōis: multū
eſt acceptū pr̄i quod figuratū ē. Gen. xxi.
Ubi legitur abrahā feciſſe grande ꝯuiuiū
in die ablactationis Iſaac.

¶ De peccato maledictionis ⁊ de his que
faciunt ad deteſtationē eius. ix

s Equit̄ de pctō maledictiōis. Ma
ledictionē vero hāc intelligo mali
imprecationē cōtra qđ peccat̄ ꝯm.
A Primo poſſent valere verba ſacre ſcri-
pture q̄ illud diſſuadēt: vt ē illud ad. Ro.
xij. Bñdicite ⁊ nolite maledicere: ⁊ illđ. ij.
Pe. iij. Nō reddentes malū pro malo: ⁊c.
Secūdo valere poſſunt ad hoc exēpla
ſicut ē iſtud qđ legit̄ de dño ieſu. i. Petri.
ij. Qđ cū malediceretur nō maledicebat:
⁊ illud apoſtoli. Maledicim⁹ ⁊ bñdicim⁹.
B Tertio pōt valere cōtra hoc peccatū ſi
oſtēdatur multiplex malū qđ ſequit̄ ex eo
primū malū eſt amiſſio regni eterni: vñ. i.
ad Cor. vi. Neq̄ maledici neq̄ rapaces re
gnū dei poſſidebūt. Aliud malū eſt qđ fre
quēter maledictio q̄ aliqs facit: ſup caput
maledicentis reuertitur: vñ. xxvi. Prouer.
Sicut auis ad alta trāſuolās ⁊ paſſer quo
libꝫ vadēs ſic maledictū fruſtra ꝓlatū in
quēpiam ſuperueniet. Idō aūt dicitur fruſtra
ꝓlatū q: eſt maledictū iuxta diuinā iuſti
tiā: ꝓlatū vt eſt iſtud. Act. viij. Pecunia
tua tecū ſit in ꝑditionē. Et tale maledictū
venit ſup illū qui maledicitur. Maledictū
vero ſine cā ꝓlatū venit ſuper eū qui ma-
ledicit: vñ. Eccle. xxvij. Qui in altū mittit
lapidē ſup caput eius cadet. Et. xxvij. Ge-
ne. Qui maledixerit tibi ſit ille maledict⁹:
⁊ In ps. Maledicēt illi ⁊ tu benedices: ⁊
C Mat. v. Beati eritis cū maledixerint vobꝭ
Quarto pōt valere cōtra pecatū hoc ſi
oſtēditur ꝑuerſitas eorū qui male agenti-
bus maledicūt. Cū eñ illi q male agūt in-
firmi ſint cōpaciendū ēēt eis ⁊ ꝓp eis orā-
dū nō eſſet malū imprecandū eis cū plus
mali habeant q̄ expediret. Quinto po-
teſt valere cōtra hoc peccatū hoc ꝙ male-
dicere adeo eſt illicitū: qđ etiā nō eſt licitū
maledicere diabolo. Uñ Eccle. xxi. Dum
maledicit impius diabolum maledicit ipſe
animā ſuā. Qđ dupliciter intelligi poteſt:
vno modo ſic. Cū impius maledicit dia-
bolū. i. cū dicit eū maledictū ⁊ cōdēpnatū
ipſe maledicit animā ſuam. i. damnatam
⁊ maledictā oſtēdit cuꝫ maledictū immittit:
vnde ad Ro. ij. Inexcuſabilis es hō ois
qui iudicas. In quo enim iudicas alium
teipſū cōdemnas. Alio modo ſic intellige
Cū impius maledicit diabolo. i. malum
optat diabolo ipſe maledicit animā ſuam
i. maledictio culpe ⁊ pene ſubicit. Cū eñ
diabolus ſit creatura dei peccatū eſt ei ma
lum optare: vnde in canonica iude. vbi le
gitur quod cum Michael archangelus
cū diabolo diſputans altercaret̄ de moyſi
corpore non eſt auſus iudiciū inferre bla-
ſphemie ſed dixit: imperet tibi dominus
dicit Glo. Ubicunq̄ vel quocunq̄ hec al-
tercatio angeli facta fuerit cū diabolo: hoc
diligenter intuendū eſſet. Quia ſi michael
archangelus diabolo ſibi aduerſanti bla-
ſphemiam dicere noluit ſed modeſto eius
ſermone cohercuit quanto magis homi-
nibus omnis blaſphemia cauēda eſt. Item
Glo. Diabolus in ſubſtantia bonus ſed in
voluntate malus. Et ideo ab angelo non
balſphematur: quia aliquod proferre ad-
uerſus bonam naturam blaſphemiam re
putat angelus. Simile habetur Zacha. iij.
vbi ſic legitur. Oſtendit dominus ieſum
ſacerdotem magnū ſtantem corā angelo
domini ⁊ ſathan ſtabat a dextris eius vt
aduerſaretur ei: ⁊ dixit dominus ad ſathā
increpet te dominus ſathan ⁊ increpet in
te dominus qui elegit ieruſalem: precipue
vero cauendū eſt parētibus a maledictio-
ne filiorum quoniā ille maledictiones ma
gis nociue ſolēt eſſe. Eccleſi. iij. Bendictio
patris firmat domos filiorū. Maledictio
autem matris eradicat fundamēta: valde
impium eſt ꝙ mater malum optet filios
quod non licet ei optare diabolo.

¶ De peccato conuitij: ⁊ his que cohibēt
ab hoc peccato. x.

s Equitur de pctō cōuitij. A quo
peccato. Primo deberet cohibere
hoc qđ cōuicium multū vulnerat
cor eius cui dicitur: vñ. xxviij. Eccle. flagel
li plaga liuorē facit plaga aūt lingue ꝯmi
nuet oſſa: idō ſicut hō cauet ne aliquis per-
cutiat baculo ſic cauere dꝫ ne eū percutiat
cōuitio. Secundo deberet cohibere ho-
minē a cōuitio hoc quod cōuitiū caritatē

ſeu amicitiā deſtruit que eſt via excellētior vñ. Eccle.xxij. Mittēs lapidē in volatilia deiicit illa ſic qui cōuiciat amico diſſoluit amicitiā. Tertio dʒ cohibere a cōuitio hoc q̄d nō de facili fit ɔcordatio poſt cōuitiū dictū: vñ. Eccle.xxij. ad amicū. Et ſi ꝓduxerit gladiū nō deſpes. Eſt enim regreſſus ad amicū. Si aperuerit os triſte ne timeas. Eſt enim cōcordatio excepto ɔuitio improꝑio ⁊ ſuꝑbia ⁊ miſterij reuelatione ⁊ plaga doloſa. Quarto dʒ cohi. a pctō cōuitij quod homo aſſuetus. huic peccato vix corrigit: vñ. xxiij. Eccle. homo aſſuetꝰ verbis improperij in oībus ſuis nō erudiet.

Quinto dʒ cohi. ho. a conuitio hoc q̄d hij qui cōuitia dicūt frequēter cōuitia audiūt: vñ. Sap. Qui pergit dicere que vult audiet q̄ nō vult. Prouer. xiij Impius cōfundit ⁊ cōfūdetur. Prouer. xxvi. Qui voluit lapidē reuertet ad eum. vi. d. ho. co. a
B cō. hoc q̄d ɔuitiū dignū facit hoīeʒ morte eterna: vñ. Mat. v. Qui dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehēne ignis. Sexto dʒ h. co. a cō. hoc quod dicerē ɔuitiū libenter hoī ſignū ē impietatis ⁊ magne ꝑuerſitatis: vñ. x. Prouer. labia iuſta ɔſiderāt placita ⁊ os impiorū ꝑuerſa. Ex habūdantia cordis os loquitur. vitioſuʒ ē cor vñ freq̄nter exit cōuitiū ⁊ indubitāter ruſticus eſt qui ruſticitatē libēter dicit Quod valde peruerſus ſit qui ɔuitiū dicit ex hoc pōt patere: quia aūt ɔuitiū q̄d ipſe dicit eſt malū pene aut malū culpe. Si malū pene eſt cū malū pene ſit adeo ipſe dicēdo opprobriū hoī exꝓbrat eius creatori: vnde. xvij. Prouer. Qui deſpicit pauperē exprobrat factori eiꝰ. Si vero eſt malū culpe diabolicū eſt gaudere de hoc q̄d aliqs illud cōmiſerit Leui. xix. Si habitauerit aduena in terra veſtra ⁊ moratus fuerit vos nō exprobretis ei ſed erit inter vos quaſi idigena. Aduena ē hō qui magnus pctōr fuit: cui peccatū ſuū exprobrandū nō ē: vñ. Eccle. viij. Ne deſpi-
C cias hominē auertenteʒ ſe a peccato neqꝫ improperes ei. Memento quoniā oēs in corruptione ſumus. Spāliter aūt cauēdū eſt ne conuitiū correptioni admiſceatur: ſicut faciūt quidā qui ſub ſpē correctionis cōuitiātur hoibꝰ: vñ. Eccle. xix. Eſt correctio mēdax in ore cōtumelioſi: vere mēdax eſt talis correctio. Mētitur eni ſe correctionē cū potius ſit cōuiciatio. Tullius in tractatū de amicitia. Monere ⁊ moneri eſt officiū vere amicitie ita tamē q̄d adulatione careat admonitio: ⁊ contumelia obiurgatio. Et Pro. xij. Qui ſuauis eſt viuit ⁊ in amonitionibus imoderationibus ſuis reliquit cōtumeliam homo māſuetus moderate corripit ⁊ ſic vitam anime ſue ſeruat homo iracūdus immoderate corripiēdo ipſam perdit vitam. Cauenduʒ eſt ab imoderata: ⁊ in māſueta correctione: nec homo caueat ſibi ipſe ignem incendit quē debuit extinguere ⁊ occidit quē debuit ſanare ⁊ tenetur de dāno q̄d verbum incaute ab eo prolatum fecerit. Ad primū pertinet illud. Eccle. viij. Non incēdas carbōes peccatorum arguens eos. ¶ Ad ſcdʒ pertinet illud Prouer. xv. Lingua placabilis lignum vite que autem imoderata eſt conteret ſpiritum lingua māſueta lignum ſeu arbor vite eſt. Occaſio eni vite ſpiritualis eſt illis quos corripit ſed lingua immoderata conteret ſpiritū tam corripiētis q̄ eiꝰ qui corripitur. Ad tertiū pertinet illud. Exo. xxij. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas ⁊ comprehēderit aceruos frugū ſiue ſtantes ſegetes in agris reddet damnum qui ignem ſuccenderit. Quod de igne ire intelligi poteſt cuius damnuʒ tenetur reddere qui verbo incauto illud ſuccenderit.

¶ De peccato cōtētionis ⁊ de eius prohibitione. xi.

Equitur de peccato contētionis.
a A quo peccato. ¶ Primo deberet cohibere homines hoc q̄d peccatum iſtud diabolicum eſt: vnde. Augu. Nihil eſt ſimilius actibus demonuʒ q̄ litigare: vnde ſeruos diaboli non dei ſe oſtēdūt qui litigant. ij. ad Thi. ij. Seruum dēi nō oportet litigare ſed manſuetum eſſe ad omnes. Item apoſto. ſi quis vult contentioſus eſſe nos talem conſuetudinem non habemus. ¶ Secundo debet co. ho. a cōtentione hoc q̄ ſeparare ſe a contentione honorabile ē: vnde: Prouerbiorū. xx. Honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentionibus. Contendere vero ignominioſum eſt. Sene. Muliebre eſt litigare. ¶ Tertio debet cohibere homi. a contentiōe hoc q̄d litigare ſignum eſt ſuperbie ⁊ ſtulticie ⁊ ꝑuerſitatis ⁊ malitie ad primum pertinet. Prouerbiorū. xviij. Labia ſtulti miſcēt ſe rixis. Et illud. xx. Omnes autem ſtulti mi-

ſcentur contumelijs. In verbo miſcendũt quia cõmixtio eſt inſeparabilis vnio intelligitur ꝙ ſtulti a cõtentione ſeparari non poſſunt. Ad tertium pertinet illud. Prouerbiorũ.xvi. Homo peruerſus ſuſcitat lites. Et.xxxvi. Sicut qui apprehendit auribus carnem ſic qui pertranſit impatiens ⁊ cõmiſcetur rixe alterius. Ad quartũ pertinet illud. Prouerbiorũ.xvij. Semp iurgia querit malus: angelus autem crudelis iraſcetur ꝯtra eum: hoc erit in morte quando angelus malus ad eum veniet vt eum deferat in infernum: vel ãgelus malus poteſt intelligi aliquis malus homo ad eum miſſus: vnde dicitur vulgariter iſte ẽ malus ſed quandoq; inueniet parem ſuum. ¶ Quarto debet cohibere homi. a cõtentione hoc ꝙ multa mala inde proueniunt vnde Eccle.xxij. Ante ignem camini vapor ⁊ fumus ⁊ ignis inaltantur ſic ⁊ ante ſanguinez maledictũ ⁊ cõtumelie ⁊ mine. Et Eiuſdem.xi. A ſcintilla vna augetur ignis. Et.xxviij. Certamen feſtinans incẽdit ignem ⁊ lis feſtinans effundit ſanguinez. ¶ Quinto debet cohibere homi. a cõtentione hoc ꝙ abſtinere ab ea magni meriti eſt: vnde legitur in vitis patrũ ꝙ orante macario vox inſonuit ad deum dicens. Nũdũ ad menſuram duarum mulierum perueniſti que habitant in proxima ciuitate. Cũq; queſiſſet macarius intrans ciuitatem conuerſationem earum ab ipſis dixerunt qꝺ erant vxores duorum fratrum: ⁊ per.xv. annos ſimul fuerant nec vnq̃ aliqua earũ aliam dicto vel facto contriſtauerat: ⁊ ſtatuerunt vſq; ad mortem ſuaz verbum inter ſe ſeculare non loquerentur: ⁊ libenter intrarent religionem ſi viri earuz permitterent: vnum eorum in quibus cõſiſtebat meritum harum mulierũ erat hoc ꝙ lites non habuiſſent inuicem. Animus enim innocẽs neſciret litigare. vñ legitur in vitis patrum ꝙ duo ſenex erãt in cella vna qui nunq̃ habuerãt litem inter ſe. Dixit ergo vnus: faciamus litez inter nos: ⁊ ponamus laterez in medio. ⁊ vterq; dicat qꝺ ſuus eſt: quia neſcimus quid ſit cõtentio. Cũq; poſitus fuiſſet later ⁊ vnus dicere qꝺ meus eſt alter dixit ego ſpero quod meus eſt. Cũ autẽ primus diceret nõ tuus eſt ſed meus. Alter rñdit: Si tuus eſt tolle eũ. Et ſic non inuenerunt materiaz litigãdi. Et licet vniuerſaliter declinanda ſit cõtentio precipue tamẽ cum.v. perſonis. Qꝺ maxime cum quinq; perſonis cauenda ſit contentio.

B

I licet cum homine potẽte: ne forte incidas in manibus eius: ⁊ cuz homine locuplete: ne forte e cõtra ſtatuat litem tibi. Multos enim perdit aurum ⁊ argentũ. Et cum homine linguato Unde Eccle.viij. Nõ litiges cum homine linguato: neq; ſtruas in ignem eius ligna. Et cũ homine iracũdo. Unde in eodẽ. Cũ iracundo nõ facias rixam. Item cũ ꝓpria vxore. Ex quo eni aliquis incipit habere litem cũ propria vxore nunq̃ habebit getẽ Prouer.xix. Tecta perſtillãte eſt qñ vult declinare ſtillicidiũ in vno loco inuenit illud in alio ita quod nõ inuenit ibi quietez ſic vir ⁊ vxor nõ inueniũt ex quo incipiũt eſſe litigioſi ⁊ valde male eſt eis quantaſcunq; delicias habeãt. vnde Prouer.xvij. Melior eſt bucella ſicca cũ gaudio q̃ plena domus victimis cu iurgio. Et licet de nulla re litigandũ ſit precipue tamẽ nõ eſt litigandũ de re que hominez nõ moleſtat vnde Eccle.xi. De illa re que te non moleſtat non certaueris.

¶ De peccato deriſionis. ij

Equitur de deriſione quã mali faciunt bonis: de qua breuiter ꝑtranſimus cũ de ea dictũ ſit in tractatu de ornatu in capitulo de verecũdia hoc ſolum addentes qꝺ legitur neemias dixiſſe.ij. Heſdre.iiij.c. cum Thobias amonites irrideret iudeos edificantes dicẽs. Si aſcenderit vulpes tranſiet murũ eorum lapideum. Audi inquit deus noſter qꝺ facti ſumus deſpectio Conuerte obprobriũ ſup caput eorum. Et paulo poſt ſubditur. Ne operias iniquitatẽ eorũ ⁊ peccata eorũ coram facie tua non deleãtur: quia irriſerũt edificantes.

¶ De peccato praui cõſilij: ⁊ de his que debent cohibere ab hoc peccato xiij.

Equitur de pctõ praui cõſilij: a quo pctõ dꝫ homines cohibere hoc ꝙ prauus cõſiliarius proditor eſt: decipit.n. eũ q in eo ꝯfidit ſiue q ab eo ꝯſiliũ petit qꝺ nõ ẽ paruũ peccatũ. vñ Prouer.xxvi. Sicut nociuꝰ eſt q mittit lãceas ⁊ ſagittas in mortẽ ita vir qui fraudulẽter nocet amico ſuo. ¶ Scdo de co.ho. ab hoc

peccato hoc quod praui conſiliarij quaſi omnia mala faciunt: ſic tamen vt nihil feciſſe videantur. Ipſi dant palmas in faciē xpi in membris eius dicentes. Prophetiza nobis xpe: quis eſt q te percuſſit. vt legitur factum fuiſſe Mat. xxvi. Cū dñs captus teneretur quaſi dñs ignorare poſſit aſtucias eoꝝ: cum ſcriptum ſit Job. xij. Ipſe nouit decipientem: et eum qui decipitur. ¶ Tercio debet co. ho. ab hoc peccato hoc q cōſiliarius prauus illud conſiliū qd ipſe vult dare cōtra alios primo dat cōtra ſeipſum. Iſtud. n. habet iuſticie omnis iuſticia qd quicūq vult nocere alijs primo nocet ſibi omnis laqus deceptionis primo capit eū qui tetendit. Omnis gladius perſecutiōis ſpiritualiter pmo tranſuberat eū q eo vtit. Vñ Eccl. xxvij. Qui fodit foueā incidit in eam: et qui ſtatuit lapidē primo offendet in eo: et qui laqueū ponit alij peribit i illo: facienti nequiſſimū conſiliū ſup illud deuoluetur et nō agnoſcet vnde veniat illi. Prouer. xvi. Qui fodit foueā incidit i eā: et qui voluit lapidē reuertetur in eum. Et in ps. Lacū aperuit et effodit ec. Hoc eſt figuratū. i. Re. xvi. In hoc q Golias pro pzio gladio decapitat9 eſt. Et Heſter. iiij. In hoc q Aman ſuſpenſus eſt in patibulo qd parauerat mardocheo. Praui conſiliarij de rapinis et exactionibus quas faciunt fieri: habēt peccatū: ad reſtitutionē tenentur cū alij habeant lucrum. Conſilio eoꝝ bene acquieſcitur in malis faciendis: in bonis vero minime. Quādoq modico tēpore plus mali faciūt q̄ toto tpe vite ſue: poſſint emendare: nullū peccatū eſt: quod magis impediat homies ſaluare q̄ iſtud. ¶ Quarto dz cohi. ho. ab hoc peccato hoc iſtud peccatū multū nociuū eſt eccleſie dei. Unus. n. malus cōſiliarius deſtruit totā patriā vnā. Ad magnā maliciā prauī cōſiliarij referri pōt illud. Eccle. Nequius oculo quid creatū eſt? Conſiliarius enim alicuius oculus eius eſt. Unde Mat. vi. Si oculus tuus ſcandalizat te ec. Si cōſiliari9 alicuius princip is malus eſt. negocia eius male diſponent. Unde Math. vi. Si oculus tuus neq fuerit totū corpus tuum tenebroſum erit. ¶ Quinto debet co. homi. ab hoc peccato hoc q. qñq illi qui aſtuti ſūt ad dandū conſilia nociua alijs: in conſulēdo ſibi ipſius iuſto dei iudicio fatui inueniuntur. Unde Job. xij. Legit q deus adduxit cōſiliarios in ſtultū finē: legitur etiā Job. v. de dño: qꝛ apprehendit ſapiētes in aſtucia eoꝝ: et conſilium pravoꝝ diſſipat. Sicut enim cauendum eſt homini ne det prauū conſiliū: ſic cauendū eſt ei ne prauo conſilio acquieſcat. Unde Eccle. vi. Multi. p. ſint tibi: ſed conſiliarius vnus de mille. Et Eccle. xxxvij. A cōſiliario malo ſerua animā tuam: prius ſcito que ſit illius neceſſitas: et quid ipſe cogitabit ne forte mittat in terra et dicat bona via eſt. Cauendū eſt homini ne conſilium querat a iuuenibus Hac enim de cauſa Roboam partem regni amiſit: qꝛ acquieuit conſilio iuuenum relicto conſilio ſenum: vt legitur. iij. Reg. xij. Item cauendum eſt bonum ne amatores huius mundi cōſulat de ſalute anime ſue. Unde Eccl. xxxvij. Noli conſiliari cū ſocero tuo. Socer eſt mundus iſte: qꝛ quodammodo pater eſt carnis que vox ſpirit9 eſt: cū quo conſiliū habendum nō ē de ſalute anime. Quod figuratū eſt Gen. xxxi. In eo quod iacob receſſit a laban. ipſo neſciente. Ber. Angelus magni conſilij vocat te et tu aliud conſiliū preſtolaris. Idē. Amicus conſulat qui non legit quod inimici hominis domeſtici eius. Iſa. xix. Sapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Cauendum eſt homini ne cum ſtulto conſiliū habeat. Vñ Eccleſia. viij. Cum fatuis conſilium non habeas: non enim poterunt diligere niſi que placent eis.

¶ De ſeminantibus diſcordias: et de his que cohibent ab hoc peccato. cap. xiiij.

Sequitur de peccato eoꝝ qui ſeminant diſcordias. A quo pctō pmo deberet homines cohibere hoc q iſtud peccatum adeo exoſum eſt deo. Unde Prouerb. vi. Sex ſunt que odit dñs et ſeptimū deteſtatur. Oculos ſublimes ec. Et ponit Salomon ſeptimo loco eū q ſeminat diſcordias iter fratres tanq̄ magis exoſum deo q̄ alios peccatores: nec mirū ſi dñs odias eos qui ſeminant diſcordias in eccleſia: magis enim videnē nocere ei q hoc faciunt q̄ qui pprū corp9 eius crucifixerunt. Plus enim dilexit corp9 eccleſie q̄ corpus pprium: cū pro corpore eccleſie corpus pprium morti expoſuerit. Vñ q ſa-

diuīt corp⁹ eccleſie vnitatē eius diuidēdo
magis videnī ei nocere q̄ qui corpus eius
ꝓpriū foderīt cōtinuitatē in eo diuidēdo.
Ad oſtendēdū ꝙ nullo mō volebat ſcindi
corpus eccleſie ꝑ diſcordiā voluit ipſe tu-
nicā incoſutilē manere idiuiſaʒ. Joh.xix.
¶ Scđo dʒ ho.co. ab hoc peccato hoc ꝙ
nihil magis nociuuʒ ē corpori humano q̄
diuiſio ꝯtinuitatis: ſic nihil magis nociuū
eſt eccleſie dei quā diuiſio vnitatis xp̄i. Ex
vno verbo qđ dicit ille q̄ diſcordiā ſeminat
qn̄qʒ naſcit diſcordia tanta ex qua deſtrui
tur patria vna. Un̄ magne malicie eſt ſe-
minare tale ſemen cū ex vno grano illius
talis meſſis ſurgat. ¶ Tertio dʒ ho.co.ab
hoc peccato hoc ꝙ opus iſtud diabolicuʒ
eſt ⁊ contrarium operi xp̄i. Un̄ de diabolo
ſcriptū eſt. Joh.x. Qui diſpergit oues. xp̄s
vero de ſe dicit. Mat.xij. Qui nō ꝯgregat
mecū diſpergit. Ad xp̄m ⁊ ad ſeruos eius
pertinet venire ⁊ pacificare. Un̄ Mat.v.
Beati pacifici qm̄ filij dei vocabunī. Hac
de cauſa filius dei venit in mūdo vt pacē
reformaret in mundo. Ad diaboluʒ vero
pertinet diſpergere.

¶ De peccato bilinguiuʒ: ⁊ de hiis q̄ debēt
cohibere ab hoc peccato. cap̄.xv.

s Equitur de peccato bilinguium.
Bilingues aūt dicuntur q̄ mala lo
A quunī de hoib⁹ in abſcentia ⁊ bo
na in preſenia vel q̄ p̄tendunt quod bona
itentione dicant vel cā loci id qđ ꝓferunt
cū malā intentionē habeāt. ¶ A pctō iſto
p̄mo dʒ ho.co.hoc ꝙ multū diſplicet deo.
Un̄ Prouer.viij.dicit. Sapientia que eſt
increata filius dei. Arrogantiā ⁊ ſupbiam
⁊ viam prauā ⁊ os bilingue deteſtor. Nec
mirū ſi deus deteſtetur os bilingue cū mō
ſtruʒ ſit. Nullū animal bilingue inuenitur
excepto ſerpente qui bilinguis ē iuxta vul
gi opinionē: q2 ꝓpter velocē motū ipſius
lingue ſic apparet. ¶ Scđo dʒ ho.cohi.a
pctō iſto hoc ꝙ valde nociuū eſt proximo.
Un̄ Prouer.xviij. Uerba bilinguis quaſi
ſimplicia ⁊ ipſa ꝑueniūt vſqʒ ad interiora
vētris.i.vſqʒ ad interiora mētis. Dicuntur
auteʒ verba bilinguis q̄ſi ſimplicia: q2 ſub
p̄textu ioci vel bone intentionis ea dicit tn̄
cor audiētis multuʒ ledūt vn̄ de ipſis pōt
intelligi illud. In p̄s. Molliti ſunt ſermo-
nes ei⁹ ⁊ ipſi ſūt iacula. ¶ Tertio dʒ ho.
co.a pctō iſto hoc ꝙ multū nocet proprio
ſubiecto. ¶ Primo q2 ponit illud in ma-
gno p̄iculo eſt. Si.n.in magno p̄iculo eſt:
qui vnicā linguā hʒ in quāto p̄iculo ē ille
q̄ eſt bilinguis. Uix ſufficit aliqs vnicā lin
guā regere. ¶ Scđo nocet: q2 ponit hoieʒ
in obprobrio ⁊ fama mala. Un̄ Eccleſi.v.
Denotatio peſſima ſup bilinguē. Denota
tio eſt digiti oſtenſio ꝯuerſione plena. Itē
Eccle.vi. Improperiū ⁊ cōtumeliā malus
hereditabit: ⁊ oīs peccator inuidus ⁊ bilin-
guis. ¶ Tertio nocet: q2 hoieʒ reddit ma
ledictū. Un̄ Eccle.xxviij. Suſurro ⁊ bilin
guis maledict⁹. Multos.n.turbauit pacē
habētes. Bilingues pſeudo apoſtoli ſunt
varijs linguis loq̄ntes. A peccato ꝓo iſto
precipue cauendū eſt illis q̄ legem dei hn̄t
alios docere. Un̄ .i.ad Thi.iij. Diacones
ſiſr pudicos nō bilingues nō multos ⁊c.

¶ De peccato amantiū rumores ca.xvi.

s Equitur de peccato eoꝝ q̄ rumo-
res amant: a quo peccato p̄cipue ē
cauendū clauſtralibus. Un̄ Ber.
Rumorē i clauſtro enumerat. Inter l.xij.
Abuſiones clauſtri.xij.ꝓo abuſiones clau
ſtri he ſunt. Prelatus negligēs. Diſcipu-
lus inobediens. Iuuenis ocioſus. Senex
obſtinatus. Monacus curialis. Religio-
ſus cauſidic⁹. Pānus p̄cioſus. Cib⁹ exq̄ſi
tus. Rumor i clauſtro. Lis i capitulo. Diſ-
ſolutio in choro. Irreuerētia iuxta altare.

¶ De peccato iactantie: Et de hiis que va-
lent contra illud. cap̄.xvij.

Equitur de peccato iactātie. Qđ
peccatū diſſuadet. Prouer.xxvij.
vbi legitur. Laudet te alien⁹ ⁊ nō
os tuum. Poteſt autē valere contra pec-
catū iſtud ꝙ legitur. Dan̄.iiij. de Nabuch
qui verba iactantie proferebat dicens in
fine. Hec ē Babilon ciuitas magna q̄ ego
edificaui in domum regni in robore forti-
tudinis mee: ⁊ in gloria decoris mei: ⁊ cū
adhuc ſermo eſſet in ore eius vox de celo
ruit. Tibi dicitur Nabuch Rex. Regnum
tuū tranſit a te ⁊c. Legitur etiā in vitis
patrum de quodā heremita q̄ pollens oī-
bus animi virtutibus cepit iactare ſe. Et
diabolus in ſpecie mulieris venit ad ſpe-
luncam eius dicēs qđ a beſtijs eſſet deuo-
randa niſi ſuſciperetur in eius hoſpitio q̄
ſuſcepta diuerſis blandimentis iduxit euʒ
ad hoc ꝙ membra eius ſigillatim tange-
ret: ⁊ cum inclinaret ſe vt eaʒ ſede amplec

terret ipſa euanuit deridēs eū. e multitudo demonuꝫ clamauit dicens. O monache q te vſqꝫ ad ſtellas extollebas quō demēſus es in infernū? Uiſce qui ſe exaltat humilia bitur. Tunc ille deſperans ꝛ fugiens pre confuſione a cōſpectu oium religioſorum reuerſus eſt ad ſeculū tradēs ſe ipudicitie omni: ne quis euꝫ ſalutaribus monitis de precipitio reuocaret. ¶ Itē in regione the balde manente quodā heremita Appollo nio vite probatiſſime dixit ei vox de celo. Appolloni pte perdā ſapientiā ſapientiuꝫ in egypto ꝛ oēm culturā demonū ſubrues At ille ait. Aufer a me dñe iactantiā ne fo te elatus ſup fratres meos cadaꝫ ab oibus bonis. Et dixit vox. Mitte manꝰ tuas ad ceruices tuas: ꝛ qđ cōphēderis conſtrin ge ꝛ ſub harena ſubrue. Et cōtinuo appo ſita manu ad ceruices apphēdit paruū ethiopē clamantē ꝛ dicentē. Ego ſum ſu perbie demon. Et iteꝝ vox ait de celo. perge quocunqꝫ in deo volueris ſecurus:

¶ Scđo poteſt valere cōtra peccatū iactā tie ſi māifeſtetur ſtulticia eius q hoc vicio laborat. Notandū ꝙ ille q iactat ſe ore pro prio ſeipm quaſiqꝫ occidit. vñ Prouer. xviij. Os ſtulti cōtritio eius: filios etiaꝫ ſuos ore pprio comedit: dū opera ſe iactando de il lis amittit. Ipſe etiā dei grām effundit: vñ Eccle. xx. Gratie fatuoꝝ effundentur. Ipſe laudē quā amat i loco ponit vbi ſordeſcat ſcilicet in ore pprio. Ois. n. laus in pprio ore ſordeſcit. Ipſe etiaꝫ teſtimoniū ſumit de ſeipſo. Joh. xij. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimoniū tuum nō eſt veꝝ. In xpo cui hoc dicebatur nō habebit locum. Cum eniꝫ ſolus ſit ſeipſo cognoſcitur ꝛ ſi bi ipſi de ſe credēdū eſt iuxta verbū ylarij. Soli deo de ſe credendum eſt q ſe ſolus no uit. Sed in alijs veꝝ ē qđ dicit Apoſto. ij. ad Cori. x. Non q ſeipſꝫ cōmēdat ille pba tus ē: ſed quē deꝰ cōmē. Ille q iactat ſe eſt ydoluꝫ ſeipm colens ꝛ de ſeipſo cantans. Ipſe aſſimilatur galline q poſtq̄ fecit ouū nō ceſſat clamare donec ppēditur qđ ouū fecit ꝛ ſic ouū amittit. Sic ille qui iactat ſe tacere nō pōt donec bonum opus qđ fecit amiſerit. ¶ Tertio pōt valere contra hoc pctm̄ ſi oſtendātur mala q̄ ex eo ſequūtur Notanduꝫ ergo qđ ex hoc pctō ſequuntur iurgia. Uñ Prouerb. xxviij. Qui ſe iactat ꝛ dilatat iurgia cōicat. Seqtur inde etiam odiū. Uñ Sap. Uicioſa ē iactatio offerēqꝫ audiētibꝰ miro mō faſtidiū ſed ꝛ plerūqꝫ odiū: hoc tñ ſciendū quod licet viris ſctis opa ſua bona qñqꝫ dicere ad dei gloriam. Uñ. ij. ad Cor. x. Dicit paulus. Eſtimo me minus nihil feciſſe a magnis apoſtolis: lꝫ etiā ea dicere ad reuelationē ipei. Uñ Iſa. xxviij. dicit ezechias. Memēto dñe queſo quō ambulauerim corā te in veritate.

¶ De ſecretoꝝ reuelatione.

Equitur de ſecretoꝝ reuelatione.
s A quo peccato debent cohibere
tria verba ſacre ſcripture. ¶ Pri mum eſt hoc quod legitur. Eccleſi. xxvij. Qui denudat archana amici fidem pdit. ¶ Scđm eſt hoc quod legitur. Eccle. xxij. Quod eſt cōcordatio ad amicum excepto cōuitio ꝛ improperio ꝛ ſuperbia ꝛ miſte rij reuelatione ꝛ plaga doloſa: vnde reue latio ſecreti eſt vnum eoꝝ de qbus vix fit concordatio. ¶ Tertium eſt hoc quod ſi infamatus fuerit aliquis illa reuelatione vix poteſt ei reſtitui damnum qđ ſuſcipit. vnde Prouer. xxv. Que viderūt oculi tui ne pferas in iurgio cito ne poſtea emen dare non poſſis amicum tuum:

¶ De pctō idiſcrete cōminationis. xix.

Equit de peccato indiſcrete cōmi
s nationis a quo peccato cauere de
bemꝰ. ¶ Primo exemplo de quo legitur. i. Pe. ij. Qui cum pateretur non cōminabatur. Scđo cauere debemꝰ ab eo vt demus locum timori dei. Uñ Eccle. xix. Corripe amicū anteq̄ cōmineris ꝛ da locum timori altiſſimi. Timori altiſſimi dat locum qui potius vult quod homines dimittant peccare timore dei quaꝫ timore humano. Tertio propter mala que inde ſequuntur. Unde Eccle. xxij. Ante ſaguinē maledicta ꝛ contumelia ꝛ mine. Quar to cauendum eſt a cōminationibꝰ ne ſtul tiores nos oſtendamus: quā ſimus. Nō q minari cōſueuit oſtēdit ſe ſtultiorē quā ſit qꝛ multa cōminatur que nunq̄ facturꝰ eſt Unde Prouer. xiiij. Qui impatiēs ē exal tat ſtulticiam ſuam.

¶ De peccato indiſcrete pmiſſionis. xx.

Equitur de peccato indiſcrete pro
s miſſionis a quo peccato debēt ho
mi. cohibere tria mala que inde ſe quuntur. Primum eſt remorſio ppe cōſcientie. Unde Prouer. xxij. Eſt q pro

mittit: ꝛ quaſi ge. pun. conſcientie. hoc fit
quando non ſolum quod promiſit. ℭ Se
cundum malum eſt quod inimicitias in
currit eius cui promiſit cum ei non ſoluit:
Unde in Eccle. xx. Eſt qui pre confuſione
promittit amico: ꝛ lucratus eſt eū inimi
cum gratis. ℭ Tertium malum eſt quod
tenetur ſoluere quod promiſit. Uñ Eccle.
xix. Ne ſpondeas ſtulto ſupra virtutē tuā
quod ſi ſpoponderis quaſi reſtituens co
gita. ℭ Specialiter autē cauere debemus
a voto indiſcreto ne. ſ. voueamus quod im
plere nolumus. In quo multum peccant
aliqui clauſtrales qui vouent ea que ſciūt
ſe non impleturos. In quo etiaꝫ aliq mul
tum peccant ſuſcipiendo ſacros ordines
continentiam promittunt quā tamen non
proponunt ſeruare quod valde periculo
ſum eſt. Unde Prouer. xx. Ruina eſt ho
mini deuotare ſanctos. i. de voto ſuo ho
norare ſanctos: ꝛ poſt votū retractare. Et
Eccle. v. Melius eſt non vouere q̄ poſt vo
tum promiſſa non reddere. Itē in eodē.
Si qd voueris deo ne moreris reddere.
Diſplicet. n. ei īfidelis ꝛ ſtulta pmiſſio.

ℭ De verbo occioſo. cap. xxi.

Equitur de verbo occioſo. ℭ No
A s tandum quod verbum occioſum
eſt quod ſine vtilitate audiētis di
citur aut loquentis: verba vero ſcurrila ꝛ
turpia non ſunt computāda inter iocoſa.
Unde Iero. Qui ſcurrilitatē replicat ꝛ ca
chinis ora diſſoluit ꝛ aliquid profert tur
pitudinis non occioſi ſermonis ſed crimi
ne reus tenetur. Multa enim ſunt que de
bent cohibere homi. a verbis occioſis.
ℭ Primum eſt hoc quod vir iuſtus celuꝫ
B ſit: os eius porta celi eſt. Et ideo aperien
dum non eſt abſq; magna cauſa: legimus
celum ad litteram multotiens apertuꝫ fu
iſſe: nunq̄ hoc legitur quin aliquod miruꝫ
ſecutum ſit: Legitur in ps. Et ianuas celi
aperuit. Et ſubditur. Et pluit illis manna
ad manducandum. Legitur etiam in Lu
ca quod Jeſu baptizato ꝛ orante apertuꝫ
eſt celum: ꝛ ſubditur: quod deſcendit ſpiri
tus ſanctus. Uox etiam patris audita eſt.
ℭ Item cum beatus Stephanus lapida
retur aperti ſunt celi: ꝛ vidit ieſum ſtanteꝫ
a dextris dei ꝛ gloriam ipſius. Et ſic quan
do porta celi ſpiritualis aperitur. ſcilicꝫ os
viri iuſti debꝫ inde exire manna. ideſt ver
bum dulcis conſolationis: vel verbuꝫ quo
gratia ſpiritus ſancti datur: vel verbū quo
xp̄s ꝛ ipſius gratia hominibus oſtendit.
Sed de quibuſdaꝫ cum expectatur quod
exeat mānā exit potius rana aliqua. ideſt
garrulitas. ℭ Scōm quod de. homi. coh.
ab occioſis verbis eſt hoc quod lingua ca
lamus eſt ſpūs ſancti. Unde ps. Lingua
mea calamus ſcribe ꝛc. Solent offēdi ſcri
ptores quando calamo eoꝝ aliquod inuti
le ſcriptitatur ꝛ pſciunt illud: ſic ſpūs ſan.
quandoq; linguā illam repellerit que ver
bis occioſis ſe exponit. ℭ Tertium quod
de. ho. co. a verbis occioſis eſt hoc qđ lo
quela naturaliter in ſolis rationem habē
tibus iuenit: vnde per ſe data eſt loquela
rationi ꝛ ideo ſine rōne fieri non debet.
ℭ Quartuꝫ ꝙ debet cohi. ho. a verbis oc
cioſis eſt hoc quod omnia verba ad exa
men diuinum venient. Unde Math. xij.
De omni verbo quod locuti fuerit homi
nes reddent rationeꝫ in die iudicij. Et Ec
cle. vlt. Cuncta que fiunt adducet domin⁹
in iudicium pro omni errato ꝛc. Et dicit
Glo. quod de verbo ignorāter plato hoc
intelligitur. Unde debemus verba noſtra
examinare hic vt per examē illud poſſint
tranſire. ℭ Quintum eſt hoc ꝙ de. ho. co.
a verbis occioſis hoc quod homo ē velut
caſtrū obſeſſum vndiq;. vñ in ps. Inimici
mei aiam meaꝫ circundederunt. Os vero
hominis porta eſt per quaꝫ iſtud caſtrum
multotiens captum eſt: ideo porta iſta di
ligenter eſt cuſtodienda: ꝛ non ad occioſa
ꝛ inutilia aperienda. ℭ Sextum eſt hoc
quod theſaurus magnus eſt in hoie. Uñ
apoſtolus. Theſaurū habem⁹ i vaſis ficti
lib⁹: ideo qui theſauꝝ nō vult amittere os
ſuum clauſum diligenter debet cuſtodire.
ℭ Septimum eſt vtilitas magna que ex C
verbis poteſt prouenire: verbo vno poteſt
homo in oratione regnū eternū pmereri.
ℭ Item vno v̄bo poteſt dari occaſio ſalu
tis pluribus animabus: Unde ex magna
corruptione puenit hoc qđ homo occioſa
ꝛ inutilia loquitur libenter. ex quo poteſt
adeo vtilia loqui. hoc aūt precipue repre
henſibile eſt in ſacerdotibus. Uñ Ber. In
ter ſeculares nuge. Nuge ſunt in ore ſacer
dotis blaſphemie interduꝫ ſi icidant ferē
de fortaſſe: referende nunq̄ conſecraſti os
tuum euangelio: talibus apire iā illicituꝫ

eſt aſſueſcere ſacrilegiū: vnde. Malach. labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciētiam ⁊ legē; de ore eius requirent: nō nugas vel fabulas: verbum ſcurilitatis quod faceti vrbaniue nomine colorant. Non ſufficit ab ore peregrinari procul ab arte eſt relegādū: ſe de ad cachinos mouerīs: fedius moues. ℭ Jero. Beata lingua que non nouit niſi de diuinis texere ſermonem. Aliqui tamē ſunt qui non multum curant cauere a verbis ocioſis vel ab alijs venialibus peccatis: eo quod talia peccata parua videntur ſibi.

ℭ De .v. q̄ ſunt timēda circa vēialia pctā.

Deo notādū quod q̄nq; ſunt q̄ debēt homines timere ꝯtra venialia pctā. ℭ Primū ē multitudo eorū: vn̄. Aug. Jſta leuia noli contēpnere ſi cōtēnis qn̄ apprehendis expaueſcere qn̄ numeras. ℭ Scdm eſt hoc quod ad iudiciū dei pro talibus ſumus trahēdi: vn̄ ſuper illud. Job. xxxi Nonne ipſe vias meas cōſiderat: dicit. Glo. Sic deꝰ vniuſcuiuſq; vias cōſiderat ſic greſſus dinumerat vt ne inimiciſſime cogitationes ac tenuiſſima verba que apud nos viſu viluerunt eius iudicio indiſcuſſa remaneāt. Sed que rō poterit reddi de verbis ocioſis cū ipſa ſine ratione dicātur: vn̄. B. Si ꝓpterea verbum ocioſum eſt quod nullā rationabili ȝ cauſam hēat q̄ rōnem reddere poterimus de eo quod eſt preter rōnem? Licet ꝯfabulari aiunt donec p̄tereat hora quā tibi ad agēdam penitētiam ad optinendam veniam ad acquirendam gratiā ad promerendaȝ gloriam miſeratio conditoris indulſerat. ℭ Tertio timenduȝ eſt ne inter multa venialia aliquod mortale incidat hoīe ignorante: vn̄ in. Job. Alieni comederūt robur eius ⁊ ipſi neſciūt. ℭ Quarto timēdū eſt ne per venialia ita homo debilitetur q̄ i aliquod manifeſtuȝ mortale cadat. Eccle. xix. Qui modica ſpernit paulatī; decidet. Grego. vitaſti grandia caue ne obruaris harena. Jdem. Si iſta parua pctā negligimus iſenſibiliter ſeducti audacter maiora ꝑpetramus. Et ſi ſtuppa ⁊ claui in nauibus ſint minima tn̄ defectus eoruȝ cauſa ſubuerſionis poſſet eſſe hijs qui in nauibꝰ ſunt. Preſentia eni eoꝝ occaſio ē euaſiōis legitur quod abſalon occaſio criniū interfectus ſit. ij. Re. xviij. Jn crinibus paruapeccata poſſūt intelligi ſicut ⁊ ibi. Capilli capitis veſtri numerati ſunt: que parua peccata multis ſunt occaſio mortis: legitur ēt Judi. xvij. Quod ſanſon abſciſis crinibus debilis factus ſit. Jn quo figuratū eſt q̄ aliquis debilitatur qn̄ modica bona negligit facere: Contra q̄ nazarei nutriebant comā vt legitur numeri. vi. ℭ Quinto timēda ſunt venialia quia profectuȝ impediūt. Quādo enim aliquis deo ingratus ē ⁊ nō vult facere pro eo niſi id ad q̄ tenetur. Deus nō ita abūdāter largitur gratiā ei: vnde ꝓficere poſſit: preterea vnicus pilus cibum reddit alicui abhominabilem: Et modicum pulueris totum oculum obnubilat. Sic venialia ſeruitiū alicuius minus gratum videntur reddere deo ⁊ oculum cordis obnubilant.

ℭ De multiloquio. xxij.

Equitꝰ de multilogo. A quo pctō. ℭ Primo debet cohibere hoc q̄ multiloquiū ſignum eſt in becillitatis: vn̄. Jero. Jnter cāes q̄ infirmior eſt magis latrat. ℭ Scdo vero hoc q̄ multiloqū hominē reddit odioſuȝ: paucīloquiū vero amicabilē: vn̄ qdā phs interrogatus qūo quis hominibus poſſet placere: inqt. Si geſſeris optima ⁊ locutꝰ fueris pauca. Et eccle. ix. Terribilis in ciuitate ſua vir linguoſus ⁊ temerarius in verbo ſuo odibilis erit. ℭ Tertio hoc q̄ ipedit ꝯuerſionē hominis: vn̄. Job. xi. Nunq̄d verboſus iuſtificabitur? Leui. xv. Uir q̄ patit fluxuȝ ſ. immundus erit. ℭ Quarto q̄ in multiloquio nō deerit peccatū: vt legit. Prouer. x. ⁊ in eccle. Qui multis vti̅ verbis ledit aīaȝ ſuā. Et in eccle. Jn multis ſermōibus inuenit ſtulticia. Quarto hoc q̄ multiloquiū ſignū eſt ſtulticie: vn̄ in. Eccle. Stultus verba multiplicat: ⁊. Eccle. xxix. Totū ſpm̄ ſuū ꝓfert ſtultus. ℭ Sexto hoc q̄ in pſ. legitur. vir linguoſus nō diriget in terraȝ. Septimo hoc q̄ frequenter eſt ibi egeſtas ſicut vbi multū ē de palea frequēter parū ē de grano. Prouer. xix. Qui tātū verba ſectatur nihil habebit. ℭ Octauo q̄ magna vtilitas eſt in cauēdo a multiloquio: vn̄. Eccle. xx Qui odit loquacitateȝ extinguit malitiam. Legitur in vitis patꝝ q̄ quidam portauit lapidem tribus ānis in ore vt vitaret multiloquium.

ℭ De turpiloquio. xxiij

Equitur de turpiloquio. Qđ pec-
s catuꝫ diſſuadet nobis apoſto. Ad
Ephe.v. dicēs fornicatio aut oīs
īmūdicia aut auaritia nec nominetur ī vo
bis ſicut decet ſctōs aut turpitudo ab hoc
pctō multū debemus cauere q̄ꝛ hoc pecca
tū eſt turpitudo in oꝛe vbi multū indecēs
eſt inmūdicia. Preterea turpiloquiū pri-
mū coꝛrūpit: vnde.i.ad Coꝛ.xv. Coꝛrūpūt
bonos moꝛes colloquia praua. Et.ij.ad.
Thim.ij. Quoꝝ ſermo ſepit vt Canc. Coꝛ
rūpit etiā turpiloquium ipſum qui turpi-
ter loquitur vt tandē turpia opera nō ab-
hoꝛreat. Sen. Turpia ne dixeris. Paulati
enim verba putoꝛ dediſcitur.

Ↄ De ſcurrilitate. xxiiij

Equitur de ſcurrilitate q̄ a ſtultis
s curialitas dr̄.i. Jocularitas: ſicut
dicit. Glo.ſuꝑ epiſtolā ad eph. Cō
tra quod peccatū. Primo poſſunt vale-
re verba ſacre ſcripture q̄ illud diſſuadēt
vt eſt illud ad eph.v. Fornicatio ꝛ oīs im
mūdicia nec nomietur in vobis.ſ.d.ſ.aut
t.aut. ſtul. Et.ij.ad theſal. iij.audiuimus
quoſdā inter vos ambulare inquiete nihil
operātes ſed curioſe agentes: his qui eiuſ
modi ſunt denuntiamus ꝛ obſecramus i
dn̄o ieſu chꝛiſto vt cū ſilentio operātes pa
nē ſuū manducent. Secūdo pōt valere
cōtra hoc peccatū ſi ſcurrilitas diuerſis ge
neribus rerū cōpararetur. Notandū ergo
qđ ſcurre ſunt velut capꝛe vel ſymie cū q
bus ludit diabolus ꝛ hoīes excitat ad ri-
ſuꝫ. Capꝛa animal fetidū eſt. Symia aīal
defoꝛme. Sic tales valde fetidi ſunt ꝛ val
de defoꝛmes. Ipſi etiā ſunt fures dānoſiſſi
mi. Tempus.n. quo nihil eſt p̄cioſius in
vita iſta inter trāſitoꝛia hoībus furantur.
Ipſi cōſolatoꝛes ſunt eoꝛū q laboꝛant i ſer
uicio diaboli ipſi reuelant falſis recreatio-
nibus laboꝛē eoꝛū qui vadunt in infernuꝫ
ne deficiāt a via. Ipſi etiā faciūt obdoꝛmi
re homines in peccatis vt diabolo deferā
tur in infernum ꝛ nō excutientur. Ter-
tio pōt valere contra hoc peccatum ſi po-
nantur ea que ſacra ſcriptura dicit de riſu
huius tempoꝛis ad quem verba ſcurrilia
excitant.

Ↄ De riſu.

Otandum ergo qđ riſus huius tē
n poꝛis erroꝛ ē: vn̄. Eccle.i. Riſum
reputaui erroꝛem. Eſt etiaꝫ velut
quedam ebullicio ſtulticie: vn̄ in. Prouer
xv. Os fatuoꝝ ebullit ſtulticiam. ſit auteꝫ
iſta ebullicio ad ignē ꝑaue cōcupiſcentie
ſcurra ſufflante igneꝫ illū vento vanitatis
interclußo. Riſus aūt talis eſt velud ſoni-
tus ſpinarū ſub olla crepitantiū: vn̄ Eccle.
vii. Sicut ſtrepitus ſpinaruꝫ ardentiū ſub
olla ſic riſus ſtulti. Iteꝫ riſus talis ē velut
quidam nūtius ſtulticiam coꝛdis exterius
inſinuās: vn̄. Eccle.xix. Amict⁹ coꝛpis ꝛ
riſus dentiuꝫ ꝛ greſſus hominis nuntiant
de illo. Ↄ Item riſus talis maledictus eſt:
vnde. Lu.vi. Ve vobis qui nūc ridetis q̄ꝛ
lugebitis.

Ↄ Multiplex riſus malus.

x his aūt ſatis manifeſtū eſt quāta
e ſit fatuitas ſcurrarū qui ad riſum
taleꝫ excitant. Ↄ Item notādū eſt
qđ eſt riſus inuidie riſus perfidie: riſus in
ſanie: riſus vanitatis pure: ꝛ riſus prudēn
tie. De riſu inuidie loquitur poeta deſcribēs
inuidiā Riſus abeſt niſi quē viſi fecere do-
loꝛes. De riſu perfidie legitur. Prouer.x.
Quaſi per riſum ſcelus operatur ſtultus.
De riſu inſanie legitur. Prouer.xv. Quod
ſtulticia ē gaudiū ſtulto Et. Aug. Maliit
ſapiētes ſe eſſe ſanos lugentes quā freneti
cos ridentes. Ↄ Itē Augu.dicit. Gaudiuꝫ
mundanoꝛum gaudiū eſſe freneticoꝛum.
Riſus vero pure vanitatis eſt cuꝫ aliquis
ex ſola leuitate ridet. Ad quem riſum poſ
ſumus referre qđ legitur in vitis patrum
de quodam ſene qui vidit quēdam riden
tem ꝛ dixit ei. Coꝛam celi ꝛ terre domino
ratione totius vite noſtre reddituri ſumus
ꝛ tu rides? Riſus vero prudentie eſt riſus
rarus ꝛ tacitus: vnde. Eccle xxi. Fatuus i
riſu exaltat vocem ſuam: vir autē ſapiens
vix taci. ride. Et Job.xxix. Si quādo ride
bam ad eas non credebant. Grego. prela-
tus ſe debet taliter habere ad ſubditos vt ri
dens timeri ꝛ irat⁹ poſſit amari ne nimia
leticia vileꝫ: vel immoderata ſeueritas: red
dat odioſum. Ↄ Item notandum quod ſi
cut riſus preſentis vite debet eſſe modicus
ꝛ rarus ſic: luctus frequēs ꝛ multus. Mo
nemur auteꝫ ad hoc exemplo chꝛiſti queꝫ
ter legimus fleuiſſe: riſiſſe vero nunq̄ legi
mus: fleuit ieſus ſuper ciuitatis deſtructio
ne. Lu.xix. Et ad lazari ſuſcitationeꝫ. Jo.
xi. Et in agonia quando prolixius oꝛauit:
de quo fletu habetur ad. Hebꝛe.v. Monet

etiam nos ad hoc multiplex malitia luct⁹ quam in mūdo iſto videmus: ⁊ hoc quod lacrime noſtre in valore ſuo ſunt. De hac materia require in tractatu de luxuria in capitulo de choreis.

¶ De indiſcreta taciturnitate. xxv

Sequitur de indiſcreta taciturnitate. Et notandū ꝙ ſicut vitioſa ē loquacitas ſic etiā vitioſuȝ eſt ſemꝑ tacere: vñ. Eccle. iij. Tēpus tacendi: ⁊ tempus loquendi: tempus ridendi ⁊c. Yſidorus. Seruanda eſt lingua nō inſolubiliter liganda. B. Mors ⁊ vita in manibus lingue: ⁊ ideo ori ponēda eſt cuſtodia: ne vero vitalē edificationē clauſura dānet. Nec letalis pernicies liberū ſortiatur egreſſuȝ.

¶ Qđ tacere in prelatis malū ſit: ⁊ maxīe a verbo predicationis.

Taciturnitas vero ꝑcipue eſt reprehēſibilis in ꝑlatis qui docere hñt populū. Illis. n. tacere a verbo ꝑdicationis mors eſt. vñ Exo. xxviij. Preceptū eſt qđ in extremis partibus veſtiuȝ ſacerdotaliū ponꝛ tintinabula aurea mixta malis pūicis vt audiretur ſonitus quādo aaron ingrederetur ⁊ egrederetur ſanctuariū in ꝯſpectu dñi ⁊ nō moreretur: de quo verbo loquēs. Greg. dicit. Sacerdos ingrediēs ⁊ egrediens moritur ſi de eo ſonitus nō audiatur: q₂ contra ſe iram interni iudicis ꝓuocat ſi de eo ſonitus ꝑdicationis nō procedit. Ad idē pertinet illud. Ezech. xxxiij. Si ſpiculator viderit gladiū venientē ⁊ nō inſonuerit bucina ⁊ po. c. veneritq₃ gladius ⁊ tulerit de eis a. il. in. ini. i. capt⁹ ē ſanguinē aūt eius de manu ſpiculatoris requirā. Apo. i. ad. Cori. ix. Ue mihi ſi nō euangelizauero. Ad prelatū ſpāliter pertinet illud. Iſa. lviij. Clama ne ceſſes. Et illud Oſee. viij. In gutture tuo ſit tuba. Et illud. Iſa. vi. Ue mihi q₂ tacui. Si ꝑpter taciturnitatem ꝑlati aliq̄s pereat ſimile ac ſi eū interficeret. vñ paulus Act. xx. Mundus ſum a ſanguine oīum. Nō eni ſubterfugi quo minus annunciarē verbis oē cōſiliuȝ dei his verbis innuēs ꝑ oppoſitum qđ ipſe reus eſſet ſanguinis eorū ſi ipē eis nō anūciaſſet. Indiſcreta taciturnitas diſſuadetur. Eccle. iiij. vbi legitur. Ne teneas verbum in tempore ſalutis.

¶ De octo remedijs contra peccatum lingue. xxvi.

Poſtq̄ dictū eſt de cuſtodia lingue in cōmuni: ⁊ ſpāliter de. xxiiij. peccatis lingue cōſequēter tangēduȝ eſt aliqđ de remedijs cōtra peccatū iſtud: ⁊ ponemus. viij. remedia cōtra illđ. ¶ Primū remediū eſt cōſideratio ꝑiculi qđ ē loquendo: tunc porta alicuius caſtri cautius aperitur qñ notū eſt dño caſtri qđ hoſtes porte inſidiātur: vñ cuȝ hoſtes inuiſibiles porte oris ſpāliter inſidētur cū magna cautela aperiēda eſt. Ad hoc remediū pōt referri illud. Job. xi. Memēto belli ⁊ nō addas āplius quicq̄ loqui. Scđm remediū ē cōſideratio tā nobilitatis q̄ vtilitatis huius mēbri. De qua nobilitate ⁊ vtilitate habitū eſt in principio huius tractat⁹. vbi dictū eſt: qđ in lingua precipue indecēs ſit imundicia: ⁊ qđ diuino officio pre ceteris mēbris deputata ſit. Tertiū remediū ē: ꝙ homo circa portā oris quaſi quaſdā barras faciat. Barre iſte ſunt propoſita firma declinandi ꝑſonas illas cuȝ q̄bus peccare ſolet per linguā: vel loca illa in q̄bus ſolet habere occaſionē per linguā peccandi: vel nō tenēdi ſilentiū in oris ſuis in quib⁹ hō facilius per linguā labitur vt in hora pōt cibum ⁊ alia ſimilia propoſita que cuſtodiūt hoīes ne offendant in lingua. De barris iſtis legitur. Prouer. xviij. Frater q̄ adiuuatur a fratre: quaſi ciuitas firma: ⁊ iudicia quaſi vectes vrbiū. ꝓpoſita facta ex iudicio rōnis de cuſtodia ſenſuū: quaſi vectes ⁊ quaſi barre vrbiuȝ ſunt. Quartū remediū eſt ꝙ hō raro loquatur: Exēpluȝ de hoc habemus in btā virgine cuius. vij. verba tm̄ leguntur in euangelio. Quītū remediū eſt: ꝙ homo pauca loquat. Sicut enim in multiloquio nō deerit peccatū: ſic breuiloquiuȝ ad hoc valet vt homo caueat a peccato: vñ in Eccle. xx. Qui odit loquacitatē extinguit maliciā. De quarto ⁊ q̄nto remedio dicit Phs ad ſummā ꝑfectionis volo te eſſe breuiloquuȝ rariloquū ⁊ ſubmiſſa voce loquentē: Ad rariloquiuȝ monet nos Seneca dicēs. Auribus frequētius q̄ lingua vtere. Idē. In hoc incūbe vt libentius audias q̄ loq̄ris. ¶ Sextū remediū eſt: tarditas in loquēdo vt hō nō exeat in loquēdo niſi prece dēte delibe ratiōe. Ad qđ pertinēt verba ſacre ſcripture que ſequūtur. Jero. Prius vēiat ſermo ad limā q̄ ad linguam. Eccle. iiij. Noli ci-

fatuus eſſe in lingua. Et Eccle. v. Ne temere quid loq̄ris: neq; cor tuū ſit velox ad proferendū ſermonē corā deo. Innuitur cā quare nō debeat hō loq abſq; deliberatione. Qd, n. hō loqtur: corā deo loquitur. Eccle. xxi. Verba prudētū ſtatera ponderabūtur Sen. Tardiloquū te eſſe iubeo: ⁊ prope tibi erit deus. Prouer. xiij. Qui incōſideratus eſt ad loquēdū ſentiet mala. Ille g nō vult loqui niſi precedente cordis deliberatione clauē oris habet in archa cordis. vñ quātū ad hoc ſecurus eſt. Eccle. xxi. In ore fatuorū cor illorū ⁊ in corde ſapiētū os illorū. Septimū remediū eſt: q inter oīa precipuū videtur eſſe vt homo orando linguā ſuā deo cōmendet: vñ eſt gubernare linguā: vt legitur. Prouer. xv. Unde. Dauid pone cuſtodiam ori meo.

¶ De ſilētio clauſtraliū ⁊ ei⁹ cōmēdatione.

B. o Ctauū remediū eſt ſilētium clauſtraliū. Jero. Linguā maledicā ⁊ mōtiū emēdat ſilentiū: ⁊ ſicut in ſex clauis oris ponitur marcha cordis. in. v. vero i manu dei ponitur ſic in. vij. iſtis clauis oris ponitur in manu prelati. Qui ſi nec ſciēte prelato ⁊ nolente portam oris aperit poſtq̄ clauē ei tradidit fractor eē videtur tēpli ſpūalis. Et cum clauem faciat contra clauem videtur eſſe latro.

¶ Quam valet ad cōmendationem ſilentij clauſtrales.

a D cōmendationē vero clauſtralis ſilentij poſſunt valere exempla: ⁊ pcipue exēplū xp̄i d quo dīc Glo. ſup illud. Iſa. liij. Quaſi agnus coraꝫ tondēte ſic ob. ⁊ ver. aper. o. ſ. pilato vel herodi. Pauca enim rñdit ne differretur ſalus hūani generis. Legitur etiaꝫ q abbas agaton lapidē in ore ſuo per trienniū mittebat donec taciturnitatē diſceret. Legitur etiam de abbate panto q fratres dixerūt ei vt diceret aliquē ſermonē alexandrino epō ad ſe venienti. Qui ait. Si taciturnitate nō edificatur neq; in ſermōe modo edificabitur. Inuenitur etiā de quodā milite potēte qui vouit intrare religionem ⁊ miſit quendā vaſſallū ſuū ad abbatē iniūgens ei q diceret abbati ſe velle intrare religionē: ⁊ addidit etiā ſe eē mutū ꝑparatū tñ ſe in oībus obedire. Quod ideo fecit q, ſepe in lingua offenderat: ⁊ cogitabat q niſi caueret ſibi q lingua ſibi auferret bona que ſibi faceret. Et receptus eſt miles in religiōe illa: ⁊ credebatur mutus. Exiēs aūt quadam vice cū abbate ad quēdā militē qui laborabat in extremis vidit aīam eius cū ipſe moreretur miſerabiliter a demonibus pertrahi. Et cōpatiēs fleuit. Et diſcedētes inde obuiā habuerūt aliū militē qui pmiſit abbati q renūciaret ſeculo ⁊ cū eo pce iret in quodā ponte tēptans viā corā abbate decidēs de ponte ſubmerſus eſt cuius aīam vidit miles ab angelis in ſpē monachi deferri ⁊ ſolutus eſt i gaudiū. Cū aūt abbas veniſſet ad clauſtrū adiurauit militē i virtute obediētie vt ſibi diceret ſi loq poſſet cur in morte illoꝝ duoꝝ ſe taliter habuiſſet. Cui miles. Male feciſti q contra ꝓpoſituꝫ meū me loqui feciſti ſed tñ tibi indicabo. Et narrauit ei oīa per ordineꝫ. Audiuit abbas cecidit ad pedes eius. Miles aūt renuēs petijt vt in aliquo recluderetur loco vbi taciturnitatis ſue ꝓpoſitū poſſet ſeruare. Secūdo pñt valere ad cōmēdationē ſilētij ſacra verba que illud ſuadet vt eſt illud. Aug. ſup dñe exaudi. Loquela ſit in neceſſitate taciturnitas in iocūditate. Et arſenio cum diſcederet a palatio vt monachus fieret facta eſt vox dicens. Arſeni fuge. tace. queſce. Hec eni ſunt radices nō peccādi. Jer. Melius e duobus imperfectis eſt ruſticitatē ſanctā habere q̄ eloquētiā peccatricē. Tertio pōt valere ad cōmēdationeꝫ ſilētij ſi oſtēdātur bona que ex ſilentio prouentunt.

¶ De vtilitatibus ſilentij ⁊ eius commendatione.

n Otādū ergo q ſilentiū hoīeꝫ fortē efficit: vnde. Iſa. xxx. In ſilētio ⁊ ſpe erit fortitudo veſtra: abbas paſtor. Oīs labor qcūq; euenit tibi ex taciturnitate ſupabitur. Sicut vix vel nūq̄ pugil vincitur niſi malū verbū dixerit ſic vix vincitur: qs a diabolo ſi a malis verbis cauerit. Itē ſilentiū pacem facit: vñ. Iſa. xxxij. Erit opus iuſtitie pax ⁊ cultus iuſtitie ſilentiū. Silētiū eſt quaſi quedā cultura iuſticie. Sicut. n. ex nimia loq̄la frequēter ſeqtur iniuria tā vel q̄ ꝓximi ſic ex ſilētio iuſticia nutrix q̄ velut ex q̄daꝫ arbore fruct⁹ pacis colligit. vñ cū clauſtralib⁹ pax ſūme neceſſaria ſic valde neceſſarius eſt eis ſilētiū vñ pax ſeqtur. Multe lites ⁊ ire remanent ex obſeruatiōe ſilentij. Pro

uer.xxvi. Qui iponit ſtulto ſilentiū irā mi
tigat. Jtez ſilentiū ſignū eſt ſapie. Sen̄. Ta
citurnitas hoi ſtulto pro ſapia eſt. Quidaʒ
phs cuidā ruſtico in cōuiuio tacenti ex do-
ctis inquit: hoc ſolū habes. Prouer.xviij.
Stultus ſi tacuerit ſapiēs reputabit. Et in
Job. Utinā taceretis vt putaremini ſapiē
tes. Sap̄. Nemo ſtultus tacere pōt. ¶ Jtē
ſilentiū ſignum eſt ſpūalis pfectus. Unde
Tren̄.iij. Sedebit ſolitarius ⁊ tacebit: qꝛ
leuabit ſe ſup ſe: homo qui iam leuauit ſe
ſupra ſtatū hoīum q̄ hʒ deum ꝯſolatorem
⁊ collocutorē poteſt eſſe ſolitarius ⁊ tace-
re. ex quo eniʒ hʒ deū pro ſocio non curat
de conſortio humano. Sene. Primū argē
tum cōpoſite mentis eſtimo poſſe ſecū cō
ſiſtere: ⁊ ſecum morari. Ber. Cuʒ quo deꝰ
eſt nunq̄ ſibi eſt minus ſolus q̄ cum ipſe ē
ſolus: quod ideo tunc dicitur quia libertꝰ
habet ſuum verum ſocium. ſ. deū. Homo
cui deus interius loquit̄ nō curat multuʒ
de loquela exterius. Gre. Non ſufficit pſi-
cere homo ad vtrāqꝫ diuiſus: qꝛ ſi exterius
auditū aperit interius ſurdeſcit. ¶ Jtē ſi-
E lentiū preparat hoīem colloquio diuino:
Unde Tren̄.iij. Bonum eſt preſtolari cuʒ
ſilentio ſalutare dei. Filius dei verbūʒ eſt:
ideo audituʒ ⁊ auſcultationem requirit in
Eccle. Ubi non eſt auditus non effundas
ſermonē. Et .i. Re.iij. Loquere dn̄e: qꝛ au
dit ſeruus tuus. Silentium ſeruare eſt os:
vn̄ exit ignis ⁊ flāma obſtruere. ¶ Jtem
ſilentiū ſeruare eſt beſtiā indomabilē clau
ſam tenere. Jac.iij. Ois natura beſtiaruʒ
⁊ volucrum ⁊c. ¶ Jtem ſilentiū ſeruare ē
gladiū penetratiſſimū in vagina abſcōde-
re. ps. Lingua eoꝝ gladius acutꝰ. ¶ Jtem
ſilentium ſeruare eſt foueam obturare per
quā multotiens cecidit ⁊ collum cadendo
ſibi fregit. Eccle.xiiij. Beatus vir qui non
eſt lapſus in verbo ex ore ſuo. Quam dili
genter eſſet obſtruēda fouea illa que mul-
totiens fuit homini occaſio ruine ⁊ talis
ruine. ¶ Silentiū eſt frenuʒ viri clauſtra-
lis: vnde clauſtralis ſine ſilentio q̄ſi equus
ſine freno. Silentiū etiā clauis religionis
eſt: vnde clauſtrum abſqꝫ ſilentio proprie
clauſtrum non eſt cum ſit abſqꝫ clauſura.
Sed eſt velut vrbs patēs: ⁊ abſqꝫ muroꝝ
ambitu. Un̄ Prouer.xxv. Sicut vrbs pa-
tēs ⁊ abſqꝫ muro: ſic vir clauſtralis abſqꝫ
ſilentio eſt velut vinea abſqꝫ ſepe que di-
reptioni expoſita eſt. Eccle.xxxvi. Ubi non
eſt ſepes diripiet̄ poſſeſſio. Eccleſi.x. Qui
diſſipat ſepē mordebit eū coluƀ. Mat.xxi.
Legitur de ſepe iſta. Homo erat q̄ planta
uit vineā ⁊ circundedit ei ſepeʒ. Et .xxiiij.
Prouer. Per agruʒ hominis pigri trāſiui
⁊ per vineam viri ſtulti. Et ecce totum re-
pleuerant vrtice ⁊ operuerūt ſuperficiem
eiꝰ ſpine: ⁊ maceria lapidū deſtructa erat.
Jdem per maceriam intelligitur qd̄ priꝰ
per ſepem. Et innuitur quod negligentia
⁊ pigritia prelatoꝝ cū ſit quod ſilentiuʒ ⁊
alie clauſtrales obſeruatione in clauſtris
non obſeruentur. Sicut ſolet obſtrui vas
in quo ſit vinum ferratum vt vinū fortius
ſit: ſic oportet quod clauſtralis diſtrictum
ſeruet ſilentium vt feruor deuotionis ſit in
eo. Alioquin ſi os eius ad loquacitatē ſit
apertum: quicquid deuotionis eſt in eo exa-
lat. ¶ Jtem ſilentium in clauſtrali ſuffoca
tio malicie eſt iuxta verbum prius poſituʒ
qui odit loquacitatem ex ma. Silentium
etiam ſignum eſt mortis veteris hominis
Loquacitas in clauſtrali qui dʒ eſſe mor-
tuus ſtupēda eſt ſicut ſi videremus homi-
nem mortuum loquenteʒ. Religio vbi nō
obſeruatur ſilentium poteſt dicere illud.
Job.xxx. Quaſi rupto muro ⁊ aperta ia-
nua irruerunt ſuper me. ¶ Ultimo ad cō
mendationem ſilentij poteſt valere illud
ſapientis. Loqnutum eſſe aliquando pe
nituit: tacuiſſe vero nunq̄.

¶ Ad Laudem ⁊ honoreʒ domini noſtri
ieſu chriſti. Nec non matris eius virginis
Marie. Hoc preclarum opus Summe
virtutum ⁊ vitioruʒ: litteris aureis merito
ſcribendum. Jmprimi fecit his pulcher
rimis litteraruʒ caracteribꝰ Paganinus
de Paganinis Brixienſis. Jn Alma ciui
tate Venetiarum. Die.xx. Decēbris. 149?.
Jn quo quidē ope quāta ſit adhibita dili-
gētia. Lector faciliime dignoſcet.

REGJSTRUM

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | |
| n | o | p | q | r | ſ | t | u | x | y | ʒ | ⁊ | ꝯ |
| A | B | C | D | E | F | G | H | J | K | | | |
| L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | | | |

Oēs ſunt q̄terni excepto ꝯ q̄ eſt duernus

Este libro quien le considera con poca atencion ya si vte
no le parezera cosa buena: pero si atentos le lean es todo curioso-